


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

joh 12 c 9

ysaye 6

actuum 28.

[illegible] s loquor eis qz videntes non vident et
[illegible] et audientes non audiunt neque intelligunt et videntes videant et non videant
[illegible] ... cor populi huius et auribus grav-
[illegible] ... et oculos suos clauserunt ne
[illegible] ... videant et auribus audiant et cor-
[illegible] ... at et convertantur et sanem eos

luce 10

[illegible] ... oculi et aures vestri qui audiunt
[illegible] ... multi prophete et reges cupierunt vide-
[illegible] ... audire que auditis et non potuerunt

Expositio parabolarum primus ponit sic vere ut dicit

lucey 8

Omnis qui audit verbum regni et non intelligit venit
malus et rapit quod seminatum est in corde eius. hic est qui secus viam semi-
Qui autem super petrosa seminatus est hic est qui verbum au-
dit et continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autem in se
radicem sed est temporalis. facta autem tribulatione et
tribulatione propter verbum continuo scandalizatur.
Qui autem est seminatus inter spinas hic est qui verbum audit et sol-
licitudo seculi istius et fallacia divitiarum suffocat
verbum et sine fructu efficitur.
Qui vero in terra bonam seminatus est hic est qui
audit verbum et intelligit et fructum affert et facit
aliud quidem centesimum aliud autem sexagesi-
mum aliud vero tricesimum. Parabola

c 13 e

Simile factum est regnum celorum homini qui seminavit
bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines
venit inimicus eius et superseminavit zizania et abi-
erunt ... ... Ait autem dominus discipulis

[illegible] ... diam volo et non sacrificium
Non enim veni vocare iustos sed peccatores.
Tunc discipuli Johannis accesserunt ... et phariseis ieiunamus frequenter discipuli
autem tui non ieiunant. Numquid filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus.
Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt.
Nemo mittit vinum novum in utres veteres sed vinum novum
... et alia illo loquente accessit ad eum ... princeps ... dicens
Domine filia mea modo defuncta est sed veni impone manum
... et vivet ... que fluxum sanguinis patiebatur ... accessit et tetigit
fimbriam vestimenti eius dixit ... et conversus videns eam dixit
Confide filia fides tua te salvam fecit et salva facta est

lu

joh

Recedite non est enim mortua puella sed dormit
... intravit et tenuit manum eius ...
Miserere nostri fili david ... dicens ... clamabant
Creditis quia possum hoc facere ... utique domine
Secundum fidem vestram fiat vobis ... et aperti sunt oculi ... divinitus ...
Obtulerunt ei mutum demonium habentem et eiecto demone locutus est mutus.
Miserati sunt turbe dicentes Numquam apparuit sic in israhel
... in principe demoniorum eiecit demones dicebant pharisei
Jhesus circuibat ... castella docens in sinagogis eorum ...
Videns autem turbas misertus est eis quia erant vexati et iacentes sicut oves non
habentes pastorem ... Messis quidem multa operarii autem pauci ... discipulis suis
Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam

x

Convocatis duodecim discipulis suis dedit illis
potestatem spirituum immundorum ut eicerent eos et cu-
rarent ... infirmitatem
Nomina duodecim apostolorum sunt hec primus symon qui
dicitur petrus et andreas frater eius

petri 9

XI 252.

III.C.42.

A.

L.B. 13082

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

151 D 1
CA. 1413

Makulatuur
in map
1995

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Non mediocre michi munusculum probastis pri
amicitie vestre erga me benignitatis et charitatis
Itaque habeo vobis gratias quas debeo maximas
Verbo nequaquam oblituri quae meis luminibus fuistis
Et quidem ego et vos constituimus deo agentes
Non enim ignoratis quam vos vehementer obsecro
vt: et vestri: me plurimum in orationibus vestris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

3, Gabriel viri delectabilis et humanissimi usque splendidissimi
ac qui est meam summa familiaritate coniunctus. Quem ego
vobis et vestre singulari benivolencie maiore quam modo possem
feceritis michi sane rem admodum gratam /

1 2

4

Epiſtole familiares Franciſci Philelfi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Varo qn zegt { Dollen ſt. tavernas ꝑ.
{ Dtm ſt opaz dari ut ille vocat lris

Ily Annuilly em Jarig
bimg bima bimu ij Jarig
In bimu vimu
Trimg trima trimu iij Jarig

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

FRANCISCI PHILELFI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS

FRANCISCUS PHILELPHUS LEONARDO IUSTINIANO SALUTEM PLURIMAM DICIT

q

UOD nihil apud me duxerim antiquius beniuolentia tua: nihil ſanctius tua fide: facile vel ex hoc potes exiſtimare Leonarde iuſtiniane: qđ et Conſtantinopolim nouam Rhomam mihi iucundiſſimam: et regem ipſum Joannem palęologum de me q̄ȝ optime certe meritum tua cauſa reliquerim. Non enim me mouit ſpes ampliſſima: quam tuis tam crebris: tamqȝ liberaliſſimis litteris mihi oſtendiſti: vt tibi obſeq̄rer: ſed ipſe tu: cui me chariſſimū eſſe iampridem multumqȝ cognoram Nec eſt quicq̄ȝ: quod malim: q̄ȝ et haberi me: ⁊ eſſe gratiſſimū Nam liberalitas opulenti eſt nōnunq̄ȝ: at gratitudo iuſti ſemper et boni viri. Cum igit̄ ad ſextum kalendas ſeptembres ſoluiſſem ex vrbe Conſtantinopoli: hoc die circiter meridiem poſt annum ſeptimū ac menſes quinqȝ poſtea q̄ȝ hinc primum nauigaueram in Thraciam: ad vos rediȷ. ductus ſane cōſilio tuo: cupienſqȝ ⁊ tibi et ceteris patriciȷs viris referre eam quam debeo gratiam pro virili mea. Nam priſtina veſtra illa erga me ⁊ pulcherrima beneficia neqȝ obliuiſci vnq̄ȝ poſſim: nec minus digna cenſere: quibꝰ ſim obſtrictus perpetua obſeruātia. Utinam ſequiens hęc atqȝ perhorrenda peſtilentię vis: qua vrbem video acerbiſſime laborare: non impediat cogitationes meas. Non enī poſſum non metuere huiuſmodi ſagittas quales ex Junone cognitas hoc eſt ex aere: virum etiam fortiſſimum achillem permouiſſe ſapientiſſimꝰ poeta Homerus docet. Nam ſcimꝰ huiuſcemodi vulneribꝰ cęleſti impetu cōcitatis remedia nulla ſatis certa afferri poſſe. Quo fit: vt quid me agere oporteat in tāta pernicie: nō intelligam. Jtaqȝ mihi gratiſſimum ſis facturus: ſi per te certior factꝰ fuero: quid mihi cōſiliȷ capiundum cē ſeas. Uideo enī vniuerſam ꝑpemodum ciuitatem ab vrbe eminus abeſſe pręter vnum te: qui murani int̄ vitrea iſta vaſa quaſi clypeo tectꝰ vulcani ictus Apollinis contemnas. Uale ex Uenetiȷs. vi. Jdus octobres Anno a natali chriſtiano. M. cccc. xxvij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcꝰ philelfus. Leonardo iuſtiniano ſal.

r Eddite mihi ſunt litterę tuę et peerhumane illę quidem ac plane indices amoris ſummi erga me tui. Qđ autem mones: bono vt ſim aīo: qm̄ omnia mihi ꝓ mea opinione. ꝑqꝫ inueterata iam et maxima amicicia nr̄a ſint abunde reſpōſura: etſi non erat monitore opus: nō fuit tamen ingratū audiſſe: eo te eſſe in me aīo: quo ſꝑ fue ris: amico ⁊ perbenigno. Faciam autem qđ hortaris: me domi cō tinebo. Mea oīs cō uetudo erit cū muſis Nulliꝰ homīs vtoꝛ fami liaritate: aut cōgreſſu: qui ꝑ hāc tenpeſtatis calamitatem diutiꝰ ve netijs fuerit. Te nō prius adibo: qꝫ iuſſeris. βούλομεγω λαον σόον έμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. De familia mea qđ ſci re cupis: mihi eſt vxoꝛ ānos nata ſedecim: et ex ea puer annū natus vnum mēſes duos: dies ſeptem: ac decem noīe Joānes marius ia cobꝰ: ſeruę quattuoꝛ ſeruꝰ vnus: miniſter mercenariꝰ item vnꝰ Va le Ex venetijs. v. Jdus octobꝛes. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Frāciſco barbaro ſalu.

q Uod tibi iucūdiſſimum eſſe puto: nudiuſtercius venetias ex vrbe Conſtantinopoli adueni: vnde abeſſe te ⁊ doleo quia ſuauiſ ſima tua cōſuetudine frui non licet: ⁊ gaudeo: qꝛ ſalutis tuę rationē habeas. Nam furoꝛ peſtilentię parcit nemini. nec vllis remedijs. aut arceri poteſt. aut repꝛimi: ne ſi Aeſculapius quidem ipſe huiuſue filiꝰ Podalirius. et Machaon cum Apide vna illo: qui primꝰ me dicinam dicit inueniſſe: ꝓpulſatoꝛes: ⁊ curatoꝛes adſint Quare cū vita ſis digniſſimus: facile et ęquo animo patioꝛ abſentiam tuam dum tamen litteris creberrimis pręſentis tui deſiderium reſartias. Uale ex venetijs. iiij. Jdus octobꝛes. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Marco lypomano ſal.

a Ccœpi lrās tuas: quibꝰ non dubio declaraſti tibi meum re ditum in italiam voluptatis plurimum attuliſſe: quippe qui dubi taſſes me non litteraturam ſolum: ſed naturam etiam gręcoꝝ ada mauiſſe: ob idqꝫ factum omnino gręcum: pręſertim cum gręcam vxorem: qꝫ latinam ducere maluerim. Petiſqꝫ: quātum libꝛoꝛum mecum aduexerim. Demumqꝫ hortaris: vt venetijs malim agere qꝫ alibi vſquā gentium. Mihiqꝫ etiā omnem opem: atqꝫ operā ꝓ vetere noſtra beniuolētia polliceris. Omniū primum tuū liberaliſ ſimū pꝛomiſſum: quo in litteris vſus es: ⁊ audio nō inuitꝰ: et am plectoꝛ perlibēter: eoqꝫ mihi ſemꝑ quotiēs opus fuerit: vtendū vo lo. Qđ ſi qua etiā in re mea tibi officio opus eſt: illud tibi peculiare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ducito. Poteris tu quidem beneficijs me ſupare:at ego te volūta-
tis gratitudine:id qđ eo me puto faciliꝰ conſecuturum:ꝙ venetijs
agere vitam inſtitui:quātum ſcʒ in me fuerit. Hic autem nōnulla
perſepe offeratur occaſio :⁊ tibi beneficij conferendi:⁊ mihi rurſus
vel referēdę:vel habendę gratię. Librorū vero non nihil aduexi me
cum. Eſt etiam venetijs multū cum apud te ⁊ barbarū. tum apud
leonardum meum. Reliquos autem meos codices. cum venetias
reuerteris:non modo videbis omnes:ſed etiam his fruere ex ſentē-
tia tua. Nam vt ſcis τὰ τῶν φίλων κοινά. Et ſum latinꝰ
et fui ſemper. Nec aliud quicq̄ʒ ex gręcia reportaui:q̄ʒ litteraturaʒ
atq̄ʒ diſciplinam:q̄ʒq̄ʒ ſunt item hoc tempore apud grecos ꝑmulta
et vtilia ⁊ pręclara:quę non ſolum ornent:ſed efficiāt bonos viros
Nam ſine inuidia audienda eſt veritas. Sʒ de vxore quod perur-
bane iocaris mecū:duxi ſane vxorem illiꝰ Chriſolorę filiā:quē non
latini minꝰ admirant̄ q̄ʒ gręci. Accedit ad generis vel bonitatē vel
claritudinem:ꝙ nata eſt mea vxor ea matre:quę ⁊ auria ipſa ſit et
mulierū oīm pudiciſſima atq̄ʒ optima. Sʒ de his hactenꝰ. vehemē
ter cupio reditum tuū:quem vt deꝰ maturet:opto Multa eīn ſunt
quę cupio coram tecū commētari. Uale Ex venetijs Idibꝰ octo-
bris. M.cccc.xxvij.

Franciſcꝰ philelfus. Danieli veturio ſalu.

a Go tibi grās īmortal'. ꝙ tāta beniuolētia me complecteris.
Non eīn ſine magna quadam amoris vi me hortaris:vt in
tātis peſtilētię ignibꝰ venetijs eſſe nolim:ſʒ vel patauiū concedam
vel alio vbi tutiꝰ vitę meę cōſultum ſit. Si dixero me eſſe omnino
expertē metus:plane mētiar. Metuo eīn ſed nō tam mihi:q̄ʒ infā
ti filio. vxoriſq̄ʒ adoleſcentulę:tum reliquę etiā familię:q̄ minꝰ for-
taſſe ſibi cauere norit. Nec ſatis ſcio:q̇d faciam Nā patauij quoq̄ʒ
et in reliq̇s ꝓpinquis vrbibꝰ efferatā hāc morbi īmanitatē audio ī
crudeſcē. Quare aut nuſquā eſt mouēdꝰ pes:aut fugiendū longiꝰ:
vbi pacatior ſit aeris clemētia. Cōſiliū tn̄ tuū nō poſſum nō ꝓbare
Uale ex venetijs kal'. nouēbribꝰ. M.cccc.xxvij

Franciſcꝰ philelfus. Uictorino feltrēſi ſal.

e Go te virū non ſolū mei amantiſſimū:ſʒ ⁊ prudentē et bonū
iampridem eſſe cognoui. Admonitionē tuā nō poſſum nō ꝓbare.
Sed q̇ mare ingreſſus ſit:nō hʒ ventos in manu Aduerſus con-
trarios etiā flatꝰ tantiſper nitendū eſt:dum vel fortuna vel deꝰ ali-
quis portū obtulerit:ſi minꝰ optatū ſaltem tutū. Sententiā meā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tenes. Uale ex venetijs. vi. kal'. Decẽbres. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Frãciſco ferreto ſal.

l Itteris tuis ſum mirifice delectatꝰ. Uideo em̃ noſtrã Conſtantinopolitanã illam cõſuetudinẽ tibi mente nõ excidiſſe. Quod aũt hortaris: ſi qñ ad tholentinates rediero: Ancone vt iter faciã: tibi bona fide polliceor nõ antea me ad Tholẽtinates reditur̃: q̃ʒ et Anconã ꝛ te videro. Sed quo ad tempꝰ id ſit futurũ nondũ ſatis ſcio. Uale ex venetijs Idibꝰ decẽbribꝰ. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Leonardo iuſtiniano ſal.

q Uoniã natalis chriſtianꝰ iam ꝑpemodũ pulſat fores: facies mihi rem gratiſſimã: ſi quas arcas anteq̃ʒ ego forẽ ex Conſtantinopoli ſolutturꝰ: per illiꝰ temporis naues ad te miſi: mihi reddi curaueris. Non em̃ ſolũ libris nõnullis mihi opꝰ eſt: q̃ arcis ſeruant̃: ſed etiã veſtimẽtis. cum meis: tũ vxoris. Et vt de mea ſileã: me quotidie vxor rogat: ne ſe diutiꝰ priuem voluptate ſuar̃ veſtiũ. Quare niſi ad ꝑrimũ natalẽ huic morem geſſero. ſe ab me deludi exiſtimabit. Nã neqʒ te latere debet ingeniũ muliebre. ꝛ ego vxori ea negare nõ auſim: q̃ vitę cultui decoroqʒ debent̃: adoleſcẽtulę p̃ſertim mihiqʒ morigerę. Uale ex venetijs xvi. kal. ianuarias. M. cccc. xxvij

¶ Franciſcꝰ philelfus. Antonio capanorẽſi ſalutẽ plurimã dicit.

q Uod meũ in italiã reditũ iucũdiſſime accepis: eſt mihi exploratiſſimũ. Noui em̃ bonitatẽ tuã. ꝛ aĩm erga me. Qđ autem certior fieri vis de rebꝰ meis: exponã breui. Uereor in eã fabellã incidiſſe: q̃ de cane dicit̃: qui vmbratilẽ ſecutꝰ imaginẽ. quã ferebat rictu carnẽ reliq̇t. Erãt mihi cõſtantinopoli lęta oĩa ꝛ ſecũda. Dum amicis his obſeq̃r ductꝰ ingenti ſpe: captuſqʒ ꝓmiſſis: incertã fortunã certis ornatiſſimiſqʒ cõmodis antepoſui. Et ne longior ſim: mihi deluſus videor. Quo fit. vt aliũde mihi cõſulendũ ſit. De verſura qđ ſcire vis: dupl'r exponi ſolet: cũ aut foenꝰ foenore. aut creditor creditore vertit̃. Et vt aptiꝰ loquar: ſi qñ ęs alienũ nobis cõflatũ fuerit: nec tm̃ nobis pecuniar̃ ſit. vt id diſſoluẽ liceat. aut vbi tẽpus diſſoluẽdi aduenerit: foenus additãs priori foenori. aut mutamus creditorẽ ab altero ſcʒ vſurario ęs accipiẽtes: qđ alteri reddamꝰ. Uale ex venetijs. xv. kal'. ianuarias. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Leonardo iuſtiniano ſal'.

n Olo: mea cauſa quicq̃ʒ patiaris incõmodi. Nam tua mihi vita non libris ſolum ꝛ veſtimentis. ſed mea etiam vita carior eſt. Poſteaq̃ʒ id cubiculi vbi mea illa bona continentur: ſuſpectum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

propt͛ eum: q̃ eo in loco peſtilētiali morbo correptꝰ exceſſit e viuis: non ſolū expectabo. ſed diu etiā multūq; expectabo: quo ad aer ad ſalubritatē redierit. Sed interea tp̄is vt mihi rebuſq; meis conſulas: te plurimū rogo. Nam diutiꝰ ita agere nec poſſum. nec volo. Si pmiſſa mihi ſeruant͛: manendū eſt: id q̄d eo libentiꝰ ſum facturus q̄ video me tibi cūctiſq; patricijs eſſe chariſſimū. Verū diuturniorem ſpē precio emendā nequaq̄ cenſeo ī hac p̄ſertim tp̄m pernicie. Vale ex venetijs. xv. kal͛. Januarias. M. cccc. xxvij.

Fanciſcꝰ philelfus. Leonardo iuſtiniano ſal͛.

q Vod me hortaris ad patiētiam: nō contemno. Eſt eīm ea quedā ſpecies fortitudinis: qua res arduas difficiliſq; ppetimur honeſtatis vtilitatiſue gratia. Ego me honeſtati ita video ſatiſfeciſſe in tāta periculoꝝ ac tā intolerabili magnitudīe: vt plus mihi honeſtas iam debeat: q̄ ego honeſtati. Reliqua ratio ē vtilitatis: quā in hanc diem ſcio mihi fuiſſe nullā: poſteaq; ex grecia ad vos redij. Nec que futura ſit: poſſum augurari. Sum equidem apud vos p libenter. Sed diu ita eſſe non poſſum. Itaq; te etiam atq; etiā rogo: vt proſpicias rebꝰ meis. Vale ex venetijs ex edibꝰ noſtris. xiiij. kal͛. ianuarias. . M. cccc: xxvij.

Franciſcꝰ philelfus Kyriaco anconitano ſal͛.

ſ Ingularem tuū erga me amorem ſi nō vehemēter amem: ingratꝰ ſim. Amo te inq̄ mi Kyriace cum ob tuam in me beniuolentiam: tum ob eam inquiſitionem atq; diligentiam: qua vteris maxima in earum rerum inuentione: que vel nimia vetuſtate: vel patrū noſtroꝝ negligentia apud nos perierant. Incūbe igit͛ vt facis. in tam liberale tāq; laudabile munꝰ renouande vetuſtatis: vel ab īteritu potiꝰ vendicāde. Nō eīm paꝝ ⁊ voluptatis ⁊ cōmodi pre ſe ferūt iſtiuſmodi eulogia atq; epigrāmata: q̄ tanto cū ſtudio et labore vndiq; ex vniuerſo ppe orbe in italiam aduehis. Et horū quidem gratia non ſolū viuos tibi concilias: ſed mortuos quoq; reddis obſtrictos beneficio ſempiterno. Et hac de re ſatꝫ ac ſuper: Petis a me vt tibi declarem: que publij Virgilij maronis ſententia fuerit in ſcribenda eneide Nam cōmunem illam opinionem quam ludi magiſtri afferūt: voluiſſe Virgiliū ⁊ imitari Homerū. ⁊ laudare Auguſtū nequaq̄ tibi ad modū pbari Non mediocrē pfecto rē petis: neq; breuis orōnis opus: a me preſertim. qui hoc tempore ocioſus non ſum. et angor animi non iniuria cum ob hanc peſtilentie acerbitatem. quia me venetijs obſeſſum intueor. tum quia hic inutiliter

Notabile ſigñ [illegible] mutari velle de loco ad locu͂

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tempꝰ tero:ab his deluſus:a quibꝰ minime cōueniebat. Sed ne me
difficilem voces:aut in amore tibi minꝰ reſpondentem:dicam breui
qđ ſentio. Q꞉ Uirgiliꝰ vno eneidos carmine meliſigenis. Homeri
iliada Ulyſſeamq꞉ imitatꝰ Aeneam laudās. Auguſtū quoq꞉ lau-
darit:nequaꝗ꞉ inficior ſed diuinum eiꝰ ingenium altiꝰ ſuſpexiſſe ne-
cius certe nō ſim. Quippe q̇ humanam cōditionem cōtemplati-
ue actiueq꞉ deſcribēs:eo cogitatꝰ omnis conſiliaq꞉ direxerit:vt qua
via ſummū bonum in hac vita parari poſſet:in vniꝰ enee ſapia ꝟtu
teq꞉ oſtēderet. Jd autē nō obſcure ꝑma ipſa grauiſſimi huiꝰ ſui ⁊ ele
gantiſſimi opis ꝓpoſitiōe ſignificat. Ait em̄ ſe canere arma quo ad
virtutes bellicas ⁊ actiuas:nam bellādi pugnādiq꞉ īſtrumēta ſunt
arma. Et virū quo ad ꝟtutes vrbanas intellectiuaſq꞉:in q̇bꝰ ſapiē
tia tenet ⁊ prudentia ꝑncipatū. Nam ſapia ea mihi ꝟtus ſola vide-
ri ſolet:qua ceteris animantibꝰ egregie antecellimꝰ. Qđ enim aīal
in terris eam cōſiderat veritatē:que i coelo eſt: Hāc ſola eſt ſapia:ē
que ⁊ inq̇rit ⁊ nouit. Prudētia em̄ ſapiam ita vt ars naturam imi
tata veritatem quidem inq̇rit:ſed non rez ſuperioꝝ atq꞉ diuinarū:
ſed inferioꝝ et humanarum Nam cōſultatio eoꝝ:q̄ ſint homi emo
lumēta detrimentaue allatura:q̇d aliud efficit:ꝗ꞉ vt verum a falſo ī
hac temporali ⁊ momētanea mutabilitate decernamꝰ. hoc ſcꝫ ſequē
tes. illud autem aſpernātes: Jn vita igiť ciuili prudentia ſola eſt:q̄
moralibꝰ cunctis virtutibꝰ dominatur. eaſq꞉ ſola ⁊ moderať ⁊ regit
At prudētia fracta eſt ⁊ debilis nullorumq꞉ neruoꝝ:niſi manet ab
vna ſapientia:ad eamq꞉ tanꝗ꞉ ad principem reginamq꞉ referatur.
¶ Quare qui prudentiam a prouidendo dictam mediam poſuerūt
inter moralis intellectualiſq꞉ virtutes:eamq꞉ idcirco perfectam vo
luerūt eſſe virtutem in ciuili foelicitate:quoniam virtutū ciuilium
omnium principiū ſit ⁊ forma hi nihil ſenſiſſe a veritate alienū exi-
ſtimandi ſunt. Cum ergo ꝓponit Uirgiliꝰ enean a ſe canēdum vt
virū:hoc eſt vt ſapiētem eūdemq꞉ prudentē. Que quidem ꝟtutes:
aut intellectꝰ ſunt ambe. aut intellectꝰ altera:et rōnis altera. Nam
ratio temporaliū eſt:intellectꝰ autem eternoꝝ:ita vt hec tota in cō
templando ſit poſita:illa autem in cōſultando. Quaquidem ꝓpoſi-
tione ꝗ꞉ꝗ꞉ viſus eſt virgiliꝰ Homerū imitaturꝰ:non ſolū quo ad re
rum. verūetiam quo ad ordinis ſimilitudinē:non tamē exequiť eo
ordine:quo ꝓponit. Quippe q̇ primū virtutes vrbanas canit:po-
ſtea vero bellicas. Et id quidem prudentiꝰ mea ſentētia ꝗ꞉ Home-
rus:qui primū de Achillis ꝟtutibꝰ locutꝰ eſt in iliade poſtea vero in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

vlyſſea de ſapiētia prudentiaq;. Ulixis. Natura em̄ fit: vt antea i-
telligam⁹. deinde agam⁹. Jtaq; in primis ſex ęneidos libris cōtem
platio maxime ⁊ cōſultatio locum habet. Jn ſecūdis autem libris
ſex actionis eſt laus. Et hoc quidem ſummatim intelligi velim de
vniuerſo ęneidos carmine. Nec tamē negarim ⁊ in p̄mis ſex libris
permulta inueniri: q̄ actionis ſunt moraliūq; virtutū: et in alteris q̄
q; ſex libris inueniri q̄dā non ſolū conculcatiōis: ſed cōtemplatio-
nis prop̄a. Et q̄m dixi a Uirgilio maron e deſcribi humanam vitā
hoc ita intelligi cupio: vt moralis quam ΗΘΙΚΗΝ gręci nominant
philoſophia ΤΗΦΥϹΙΚΗ̄ id eſt naturali cōiuncta ſit. Quod eius
rei vt ꝓpius accedam: illinc ordit̄ cū de Junone et ęolo acutiſſime
fabulat̄. Scim⁹ enim iunonem ⁊ regno prę eſſe ⁊ partui. Quare et
lucina dicta eſt ⁊ regina. Animū trifariam partit̄ plato in rationē:
cupiditatem ⁊ iram rationi loc⁹ datur in cerebro tanq̄ in arce toti-
us corporis. Nec ęoli nomine ideo figurat̄: quoniam ęolus ⁊ vari-
um ſignificat ⁊ mobilem ⁊ agilē ⁊ verſatilē: quę quidē omnia ratio
nis ſunt munera. ira ꝑcordia ſibi vēdicat. Cupiditas aūt iecur. At
ventis perturbatiōes ſignificari q̊s eſt: qui ambigat: Pręterea mo
ralium virtutū formam ſiquis inq̊rat: eam nullam inueniat niſi ra
tionē eſſe. Perturbationes vero materiā. Uerſat̄ inquam circa ꝑ-
turbationes moralis virt⁹: quas ratio ipſa cohibet: atq; moderatur
Quare nō abſurde legim⁹: Mollitq; aīos ⁊ temperat iras. aīos ea
dem rōne ꝓ cupiditatib⁹ poni exiſtimo: qua ΘΥΜΟϹ apud gręcos
et aīm ſignificat ⁊ cupiditatē. Quis em̄ ignorat: niſi tanta eſſet rō
nis vis: vt ꝑturbationū impetū oēm cōpeſceret facile futurū. vt ab
his omne ſanum a nobis cōſilium: oīs recta cogitatio auferat̄: Rex
igit̄ datus eſt rationis ꝑncipat⁹ ab omnipotēti deo: qui rex omniū
et pater eſt ⁊ creator: ea lege: ea poteſtate. vt ⁊ iubere ſciat. ⁊ vetare
omnia ꝑ arbitrio iuſſuq; diuino: At vide queſo: quanta cum breui
tate ⁊ ordine oēm ętatis humanę curſum Uirgili⁹ eſt complexus
Jnitium ſumit a partu infantis. q̄ periculoſiſſim⁹ eſt. ⁊ ei quę parit
et infanti ipſi. q̊ paritur. Jtaq; turbulētiſſimi ventoꝝ flatus tempe
ſtateſq; deſcribūtur . quę quidem aduerſa oīa naufragioq; obnoxia
idcirco apparente. Neptuno continuo ceſſant. qꝛ cumprimum in
fans e matris vtero veluti enatarit: vterq; omni periculo liberatur
Nec em̄ abſurdū cuiq; videri debet. ſi neptun⁹ a duob⁹ verbis grę-
cis ΝΕΙΝ quod eſt nare: et ΠΤΑΝ̄ . quod volare ſignificat deduci af
firmemus. Nam quemadmodū tarditas parientis periculoſa eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ita celeritas τ quali volat⁹ in lucē leuationē dolor̄ affert ſalutiferā qȝ quietē. Nam qđ rurſus ad çolum ſpectat άιολειν agitare ſignificat τ verſare τ variare. q̄ oīa ac ſ:lia humanę vitę cōpetere ambigat nemo: vel çolus. hoc eſt vitę deletio. Nā άεων çuū vitam qȝ ſignificat όλειν vero delere. Naſcentib⁹ eñ omnib⁹ vitę diſcrimen interituſqȝ īminet. Infantia vero q̄ in ſeptimū vſqȝ annū protendit tota in alendo verſat. id qđ per ſeptē ceruos illos. q̄s ęneas venat⁹ fingitur: nō obſcure licet intelligi. Poſt infantiā ſequit puericia. q̄ fabular̄ auditiōe ad modū delectari cōſueuit. Hic Iliȷ captiuitas vaſtatioqȝ narrat τ ęneę troianorūqȝ errores. Deinceps adoleſcentia eſt. quę ꝑpter vęhementiſſimū ſanguīs augmentum atqȝ ardorē tota eſt dedita voluptatib⁹: vnde quanta ſit vis amoris: quantus ignis: iucūda expoſitione oſtendit. Cōſequens eſt iuuenta laudis cupida τ plane ambitioſa. Quare honorifici ludi cū pulcherrimis p̄miȷs referūtur. Poſt iuuentā ſequit ętas grauior q̄ in huius vitę cōſideratione τ in veritatis perſpiciētia tota verſat. Quo factū eſt. vt deſcēſus ad inferos fieret. eaqȝ narrarent: q̄ a Pythagoricis et Platonicis de animis hoīm rebuſqȝ diuinis diſputata ſunt. Et hęc quidem in ſexto ęneidos libro. Nā reliqui ſex libri circa vitam actiuā diſtributi: qđ ad mores attinet: mirabili artificio cōplectuntur vbi q̄zq̄z multa de iuſticię multa de pietatis munere apparēt fortitudis tamē laus in p̄mis floret. Et quemadmodū initiū ſumptū eſt a p̄mo infantię ortu: ita ętatis humanę finis eſt mors. Itaqȝ nō inepte vltimo loco ſubdidit. Uitaqȝ cum gemitu fugit indignata ſub vmbras. Turnus eñ qui ſe iniuſticię fecerat: ignauięqȝ obnoxium in obſcuritate nomīs morit ſempiterna. Aeneas vero vir iuſt⁹ et quaſi numē indies magis atqȝ mag̃ diuturnitate glorię illuſtratur: Et hęc ſunt: quę mihi ad tuas lras in hac tempor̄ difficultate reſpondenda occurrerūt. Uale ex venetiȷs. xiȷ. kalendas Ianuarias. M. cccc. xxviȷ.

Franciſc⁹ philelfus. Ioāni auriſpę ſal.

q Uod mihi gratularis de meo in italiam reditu: lętor equidem meū tibi ꝓbatū iri cōſilium Uer̄ in hāc diē fortuna cōſilio nō reſpondet. Nā quā mihi ſpē apud venetos ampliſſimā propoſitam ſum ſecut⁹: ea me video fruſtratum iri. Itaqȝ me facti mei iam poenitet. etſi conſilium nequaq̄ȝ eſt accuſandum. Hic eñ diutius mihi cunctandum non eſt: cui neqȝ promiſſa ſeruant. τ morb⁹ peſtifer. quo vniuerſa ciuitas eſt correpta īminētem interminat interitū. Uale ex venetiȷs. x. kal. Ianuarias. M. cccc. xxviȷ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcꝰ philelfus. Frederico cornelio salu.

t Uam erga me ſingularē beniuolentiā iam multos annos ⁊ perſpectā ⁊ cognitā habeo Itaqꝫ nulliꝰ hoīs teſtimonio opꝰ eſt. Qđ autem tua oīa in mea ptāte poſita eſſe affirmes habeo tibi gratias. quādoquidem vel vetere illo grecoꝝ ꝓuerbio. τά τῶν φίλων κοινά mecū vti nō diſſimiles. Faciat deꝰ. vt aliquādo vna eē poſſimꝰ. Nā vereor fore vt longiꝰ diſiungamur q̄ꝫ vellem. ita peſtifer hic morbꝰ indies magis magiſqꝫ incrudeſcit. Uerū vbicūqꝫ futuri ſimꝰ. tui profecto erimꝰ. Iterim Uale et nos ama vt facis. ex venetijs. vi. kal'. Januarias. M. cccc. xxvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Gabrieli mauro sal'.

l Audio te mi Gabriel. ꝙ te a litteris abdicare nolueris vt ſolent nōnulli vulgo. vbi ad gerendam rempubli. ſe cōtulerint. Lege ſemper aliq̄d. aut ſcribe. cū tibi licet ꝑ publica munera. Magno tibi cōmodo. mihi crede. litterę ſunt futurę. ſi is vti ꝓ ingenij tui magnitudīe pręſtantiaqꝫ volueris. Nūc ad id. qđ petis. Uis em̄ ſcire quid interſit int' feciales ⁊ caduceatores Feciales eos fuiſſe conſtat apud priſcos. qui certa iuris ſolemnitate bellū hoſtibꝰ indicebant. At caduceatores eſſe pacis legatos dictos a caduceo. quem manu geſtabant. ⁊ caduceū quidem ipſum Apollinē inueniſſe. ⁊ eo donaſſe Mercuriū. a quo ipſe lyra donatꝰ ſit. de qua quidem re apud Horatiū mentio eſt in eo carmine. qđ incipit. Mercuri facūde nepos Atlantis. Ubi etiam patet mercuriū auctorē extitiſſe nō lyrę ſolū ſed ⁊ eloquētię. et paleſtrę. et pręſtigioꝝ. Uale ex venetijs ꝑdie kal' Januarias. M. cccc. xxvij.

¶ Frāciſcꝰ phi. Petro thomaſio pħo ac medico ſalutē dicit.

r Ecte mones ⁊ peramice. vt nō vitę minus. q̄ꝫ conſtantię habeam rationē. Fruſtra em̄ eam eſſe conſtātiam. quę ſimul cū vita peritura ſit. At ego vt tibi vera loquar ⁊ ex animi ſententia nihil eſt qđ malim. q̄ꝫ me conſtantiſſimū ſimulqꝫ gratiſſimū ⁊ eſſe et haberi. Multa hominū opinioni. multa famę conſentienda ſunt. Non em̄ qđ interiꝰ ſit. ſed qđ exteriꝰ. ſępe homīes iudicant. Itaqꝫ q̄ꝫdiu mihi per hanc coeli intemperiem integrū fuerit. non patiar. vel ab imperitis accuſari officium meuꝫ. At dixeris. ſatis ac ſuper tuo es functus officio. cum non promiſſione minus q̄ꝫ ſpe tua fruſtraris. Et id quoqꝫ tibi aſſentior. verum nixius vrgendum: quo pudor meus alios in pudorem agat vel inuitos. Itaqꝫ rem mihi pergratam facturus es. ſi quid ex te et meę ⁊ amicorum ſimul rei

profuturꝫ excogitaris. Uale ex Uenetijs. tercio nonas ianuarias.
Anno a natali chriſtiano. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Gabrieli mauro ſal'.

q Uod ſcire a me vis: quot fuerint amicoꝝ paria priſcoꝝ me-
moria maxie celebrata: ea reperio quattuor numero extitiſſe The-
ſeū et Perithoū. Achillē et Patroclū. Oreſtē et Pyladen. Phy-
tiā et Damona. Addūt etiā iuniores apud grecos Epaminondā
et Pelopidā. Uale ex venetijs. Idib⁹ ianuarijs. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Kyriaco anconitana ſal. di.

p Lacuiſſe tibi lrās meas ꝛ ea que de Uirgilij maronis ſentē-
tia ſcripſim⁹ in eneide gaudeo. Quod autem petis: qua ratio-
ne Neptun⁹ ab Ouidio naſone cognominat⁹ ſit amphitrites ꝛ for-
tuna Rhamnuſia: paucis accipe. Rhamnuſia quidem non eſt for-
tuna: vt vulgo exponūt magiſtriludi: ſed indignationis dea: quam
greci tui ΝΈΜΕϹΙΝ nemeſin vocant. Nam cum narciſus forme
bonitate abuteret̃ ſuperbi⁹. recte fingitur eiuſmodi dea aduerſus il-
lum indignata iuſtis precib⁹ aſſenſiſſe. Eſt enim indignatio animi
egritudo aduerſum eum: qui bonis preſentib⁹ ſit indignus. Neme-
ſis inqꝫ indignationem ſignificat. Rhamnuſia ꝑo dicta eſt a Rhā-
nus q̇ eſt attice vicus: vbi colebat̃. Cuiuſquidem dee ſimulacꝝ eo in
loco pulcherrimū fuiſſe tradūt factum a Phidia vlnarum in alti-
tudinem decem: illudqꝫ marmoreum. Neptun⁹ autem nequaqꝫ eſt
amphitrites cognominat⁹. Dictio illa deprauata eſt apud Ouidiū
librarioꝝ inſcitia. Eſt eīm foeminini generis: Declinat̃qꝫ more gre-
co. Nominatiuo amphritite. Genitiuo amphritites. Fingit̃ autē
a poetis eſſe Neptuni vxor. Unde claudian⁹ de raptu proſerpine
ita cecinit: Etiam nereia glauco neptunum gremio complectitur.
Amphritite. Nam amphritite mare ſignificat: dicta illa quidem
ab ἀμφί amphi circum: et ΤΡΈΙΝ trin terrere. Mare eīm circū
ſe nauigantis pereundi terrore inſequit̃. Ex Amphritite autem et
Neptuno Triton nat⁹ fingit̃ a poetis. Si quid eſt: quod aliud a
me velis: nunqꝫ fruſtra requires officium meum. Uale ex venetijs
quinto kal'. februarias. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſc⁹ philelfus Andree iuliano ſal. dicit.

m Aximas tibi grās habeo mi Andrea: ꝙ omnib⁹ in reb⁹ mi-
hi gratificaris. Uellem autem: mihi aliqua te digna offerretur oc-
caſio non habende ſolum: ſed etiam referende gratie. Intelligeres
profecto me vnum omnium eſſe gratiſſimum. Itaqꝫ eo mihi mole

ſtioꝛ eſt: eo inimicicioꝛ pn̄tis peſtilētię vis: qua vniuerſus populus
miſere vexatur: quo futuꝝ video mihi locum ſublatum iri declaran
di tibi beniuolētiſſimi animi mei. Cogoꝛ em̄ habere vitę rationem.
Quare hic diutius eſſe non poſſum: ea preſertim fruſtrat⁹ ſpe: qua
ductus ad vos reuerteram. Nec eſt: quod quenq̄ȝ accuſem pręter/
q̄ȝ tum ſęuiētem foꝛtunam ipſam: tum nimiam meam credendi fa
cilitatem. Unum tibi tamē perſuade me tuū eſſe ſemperq̄ȝ futurū.
Uale ex venetijs. iij. kal'. februarias. M. cccc. xxviij.

Franciſc⁹ philelfus. Leonardo iuſtiniano ſal.

c Um indies magis atqȝ magis Uenetijs tempus tero ea
duct⁹ ſpe: quā mihi tot litterę tuę cum pulcherrime Conſtātinopo
li agerem: tāta cum charitate fideq̄ȝ pꝛomiſerāt: ecce nudiuſtercius
repēte febꝛis peſtifera ſeruam mihi vnā adoꝛta eſt: quā hodie intere
mit. Quo fit: vt hic mihi diutius cunctādum non ſit Intra qȝ tri
dnū ſum hinc Bononiā verſus abnauigatur⁹: vbi ſi honeſtā cōdi/
tionem offendero: vlteri⁹ pꝛofecturus nō ſum. Sin min⁹ honeſtā
ad floꝛētinos me recipiam. Tu ſi quid interea tp̄is me vis factuꝝ:
ſignificato litteris. Nam poſt quatriduū fruſtra ad me ſcripſeris.
Uale ex Uenetijs. v. Idus febꝛuarias. M. cccc. xxviij.

Franciſc⁹ philelfus. Frāciſco barbaro ſal'.

a D triduū vſqȝ ad ſummum ſoluere hinc decreui: idqȝ nō ſo
lum quia coꝝ mihi: quoꝝ ſpe duct⁹ reuerteram in italiam: nihil om
nino obſeruatum iri intelligo: verumetiā ꝙ peſtilētia iam me intra
cubiculum obſedit. Heri vna mihi ſerua eaqȝ puellula ſubito moꝛ/
bo ⁊ coꝛrepta et interempta ſepulta eſt. Quāto igiť verſer in pericu
lo non te latet. Nolim: quātum in me fuerit: ante diem cōſtitutā
a viuis decedere: ne qui annoꝝ numerus ſcd̄m Pythagoꝛicos vtro
qȝ homīe mihi ſit explend⁹ altero expleatur. Et vt apertius loquar
vitę malo q̄ȝ inani ſpei nulliqȝ conſulere. Nam ſi vixero. ⁊ mihi et
amicis vſui eſſe potero. In moꝛte em̄ boni quid inſit: minime intel/
ligo vbicūqȝ autem ſum futur⁹: tuus certe ſemp̄ futur⁹ ſum. Uale
Ex venetijs. iiij. Idus febꝛuarias. M. cccc. xxviij.

Franciſc⁹ philelfus. Leonardo iuſtiniano ſalutem dicit.

q Uod me hoꝛtaris: ne ꝓperem: neqȝ deſperem: foꝛe em̄ vt me
lius mihi venetijs q̄ȝ vſquam gentium cōſulatur. Hoꝛtaris
tu quidem recte: modo, nō ſit p̄cio ſpes emenda. Quare ſi ita certi q̇c
q̄ȝ intra cōſtitutum temp⁹ allatum fuerit: vt intelligā non eſſe diu/
ti⁹ mihi arādum litt⁹: ſequar cōſilium tuū vel in h̄ vitę diſcrimine

Sin aliud nihil q̄ꝫ verba animaduertero faciam: vt ſcripſi ad te an
tea. Neqꝫ aut ad bononiēſes recipiā: aut ad florentinos Uale ex
Uenetijs. iij. Idus februarias. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcꝰ philelphꝰ. Franciſco barbaro ſalu. dicit

e Go quod fore nunq̄ꝫ putaui: hoc veſperi nauim inſcēdere in
ſtitui. Ferrariam verſus nauigaturꝰ Inde Bononiam petā.
Ubi ſi honeſta mihi cōditio ꝓpoſita fuerit: eam accipiam. Nam
ſi ſecꝰ ceciderit: cōcedam ad florentinos: quos audio grece litteratu
rę atqꝫ eloquētię in primis ſtudioſos. Quicq̄d egero q̄ꝫ primū tibi
declarabo litteris: quo meos ad me libros aduolaturos cures His
enim mihi vt ſcis. ad modum opꝰ eſt. Uale ex Uenetijs Idibꝰ fe
bruarijs. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcꝰ philelphus Joāni auriſpę ſalutē.

v Eni Bononiam mi Auriſpa ſecūdis (vt aiūt) auibus. Eo
dem em̄ die quo vrbem ſum ingreſſus (is autem fuit terciꝰ: ex quo
a te abij) tantus eſt cōcurſus ad me ſalutātū factus nō ſcholaſtico
rum ⁊ doctorꝝ ſolum: ſed vniuerſę ꝓpe ciuitatis: vt nihil neqꝫ fre
quentiꝰ neqꝫ honorificētius dici queat. Poſtridie venit ad me no
mine apoſtolici legati Lodowici alamādi cardinalis harelatenſis
Alberthus florentinꝰ vetuſta ac nobili natꝰ alberthorꝝ familia quę
ſtor apoſtolicꝰ: preclarus iurecōſultꝰ ⁊ vir omni ꝟtute prędītꝰ. Is
vbi me perhumane ⁊ perbenigne allocutꝰ eſt hortatꝰ: vt ſecum vna
ad cardinalem eam: quippe quem diceret eſſe percupidum videndi
mei. Huic ego vbi obtemperaſſem: ad legatumqꝫ veniſſem: eſſem
qꝫ breui apud eum: ſed nō incōmoda vſus orōne: tāta me is cū hi
laritate ⁊ cum tāta ꝟborꝝ honorificētia excepit: vt nihil neqꝫ hilari
us nec honorificētius dici poſſet. Deinde permulta ē vltro pollici
tus: quę idcirco nō refero: ne videar cuiq̄ꝫ ambitioſior. Et ne te diu
tius morer: ego Bononię ſum futurꝰ prefectus annuo docēde ora
torię ⁊ moralis philoſophię muneri cum ſalario aureum quadrin
gentorꝝ quinquaginta: quorꝝ trecenti ſoluūtur mihi ex ęre publico:
centum vero ⁊ quinquaginta priuatim mihi legatꝰ ipſe daturꝰ eſt:
fecitqꝫ iam mihi quinquaginta numerari. addiditqꝫ alia plura do
no ad vſum cultumqꝫ domeſticum. Quare quātum licet ſperare:
q̄ꝫ optime nobis hoc inicio cōſultum intelligo. Uale mi Auriſpa.
et me ama vt facis. Ex Bononia vij. kal'. martias. M.cccc.xxviij

¶ Franciſcus philelphꝰ Marco cannetolo equiti
aurato ac iureconſulto ſalutem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

q Vibus me laudibꝰ heſterno veſperi extuleris apud p̄ſulem
hunc noſtꝝ apoſtolicum legatum pleriq̄ʒ viri graues ⁊ ami
ci mihi renunciarūt. Ego autem etſi miratꝰ certe non ſum qđ enm
oꝛnaueris: qui te ⁊ amat: et obſeruat plurimum. malo tamē de me
poſthac parcius loquaris: ne te qui grauiſſimus et habearis: ⁊ ſis:
minus cōſideratum in laudādo iudicent. Non em̄ ipſe de me ꝓfite
oꝛ: at ne ſentio quidem: quę tu tam fidenter ⁊ tam amplo oꝛe ⁊ affir
mes et prędices: ſed facis tu ſane ꝓ magnitudīe: ⁊ benignitate ani-
mi tui: qui eos omnis tui ſimilis eſſe iudicas: quos in amiciciā tuā
admiſeris. Itaqʒ tibi habeo grās: ꝙ me tuū eſſe dilucide cognoris.
Uale Bononię ex ędibꝰ noſtris. xij. kal'. apꝛiles. M. cccc. xxviij.

Franciſcus philelphꝰ Joanni auriſpę ſal'.

p Ollucem quem petis: dabo ad te ꝓpediem: ea tamen lege.
vt cōmodato accipias non dono: hoc eſt vt cum eo vſus fueris mi-
hi reddendum cures Ambroſiꝰ monachus camaldulēſis dedit ad
me ſupioribꝰ diebꝰ lrās hūanitatis plenas ⁊ officij eaſqʒ gręco ſcri
ptas eloq̄o εκὶ την φράσιν βουλόμενος ἑλληνίζειν
λατινίζειτο ιπαράπταη. His me vehemēter hoꝛtatus eſt vt
Florētię q̄ʒ bononię eſſe malim: ſeqʒ datuꝝ operā eſt pollicitus: vt
honeſtiſſima mihi conditio offeratur. Ad id ego ob eam rem nihil
reſpōdi: quod ⁊ hic ago pulcherrime: ⁊ nulla emolumēta cum gra-
uitate ⁊ cōſtantia conferenda cenſeo. Uale. Ex Bononia p̄die no-
nas apꝛiles. M. cccc. xxviij.

Franciſcꝰ philelphus. Leonardo iuſtiniano ſal.

i Oannes coꝛbicius mercatoꝛ floꝛentinꝰ meo noīe te adibit
vt meos ſibi des ad me libꝛos vna cum rebus omnibus: quas depo
ſui apud te. Qđ vt facias: te etiā atqʒ etiā rogo Nā his diutiꝰ care
re nō poſſum. Uale ex Bononia. x. ka. maias. M. cccc. xxviij.

Franciſcꝰ philelphus Antonio capanoꝛēſi ſal.

q Uod iam diu meas nullas accoeperis lrās: aliud certe ni-
hil fuit in cauſa q̄ʒ tuum diuturnum ſilētium. Quo factum eſt vt
putarem te quęrendę pecunię magis q̄ʒ colendę amicicię factū ſtu
dioſum. Itaqʒ verebar: ſi ad te ſcripſiſſem: ne impoꝛtunꝰ magis q̄ʒ
officioſus accederem. Nunc autē lecta pulcherrima tua ad me epi
ſtolaītellexi rediſſe iam muſas cum vetere amico ī gratiam. Qua
re non poſſum non gratulari mutuę noſtrę beniuolentię. quę vel
abſentis viciſſitudine litteraꝝ conatur pręſentis reddere. Qđ qui-
dem humanitatis ac benignitatis officiū ne vtiqʒ pretermittamꝰ:

ęque ſperare de te debeo: vt de meipſo poſſum immutabiliter profi-
teri. Quod autem laudas meam abitionem a Venetis; gaudeo cō
ſilium meum omne laudari abs te viro ⁊ optimo et prudenti mihi
qꝫ amiciſſimo. Nam quod ſcire cupis. quam me delectat bononiē
ſis manſio. delectat ſane plurimum. Nam ⁊ vrbs amoena eſt. ⁊ po
pulus perhumanꝰ. ⁊ rerum omnium quę vel ad victum vel ad vi
tę cultum attinēt magna abūdantia ⁊ laudatiſſimarum omnium
artium ſtudiū vehemēs. Preterea quod me maxime delectat. om-
nibꝰ ſum gratiſſimꝰ. Faciat deꝰ. vt nobis hoc gaudiū ſit perpetuum
Tu vale. ⁊ ſi quid eſt. quod poſſim tua cauſa. ſcribe Ex Bononia.
iiij. Idus maias. M.cccc.xxviij.

Franciſcꝰ philelfus. Nicolao fabę philoſo
ac medico ſalutem:

o Veris a me certior fieri Utrum Ariſtoteles in ęthicis ad
Nicomachum circa principiū primi libri ſcriptū reliquerit apud
gręcos. ideo bene oſtenderūt bonū eſſe. quod omnia appetūt an po-
tiꝰ bene oſtenderūt ſummum bonum. quod omnia appetūt Ego au
tem et ſi mihi videor coniectare. quid ea me roges. obſequar tamē
volūtati tuę. ⁊ id quidem non ea ratione vt ſus mineruam doceā.
ſed ne imprudentior vel inſolentior iudicer. vbi minꝰ ad rogata re-
ſpondero. Tu vero quę ab me diſſerentur. conſiderabis omnia diligē
ter. Dein qđ tibi viſum fuerit minꝰ recte dictum. id mihi vt ſigni
fices rogo. Longe enim diſcere malim. qꝫ docere. preſertim abs te
eruditiſſimo grauiſſimoqꝫ philoſopho. Omnium primū hęc duo
audeo profiteri. nec eſſe verbum copulatiuū vt dialectici vocāt nec
item ſummum eo loco apud Ariſtotelem ſcriptum inueniri: quo-
rum etiam alterum non ſit admodum neceſſarium: eſſe vero omni
no abſurdam. ⁊ ambo quidem hac ratione. Proponit Ariſtoteles i
hoc prohoemij ſui principio ea: quę in vniuerſo ęthicoꝝ opere prę-
cepturus accedit. Ea vero duo ſunt pręcipua ſcđm duplicem finē
eoꝝ: q̄ expetūtur Quędā em̄ expetūtur ꝑpt̄ ſe ⁊ ꝑpt̄ aliud. Quędā vo
ꝑpter ſe tantū. Sola foelicitas ē. quę expetitur propter ſe. Quippe
quam conſecutꝰ qui fuerit. nihil eſt reliquū in bonis: quod ſibi expe
tendum ducat. At reliqua bona omnia et propter ſe digna ſunt: q̄
expetantur. ea tamen natura ſunt: vt etiam cui contigerint: ei nō ſa-
tis ſint. quo minus aliquid appetat. Nunqꝫ enim quieſcit homis
deſiderium: quoad non id fuerit adeptus: ſupra quod bonum aliud
eſt nihil. Hoc autē cum ſummum vocamꝰ et vltimum ⁊ maximū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

bonum: tum vno, communiqꝫ verbo vel foelicitatem vel beatitudi nem. Recte igitur Ariſtoteles in huiuſmodi propoſitione a bonis particularibus rem ipſam aggreditur vt ex iis quod omnium vltimum eſt per inductionem inferat. Quis enim ambigat: ſi finis cuiuſqꝫ artis quo ad vitam actiuam appetitur: tanq̄ꝫ bonum quoddam ipſius. et eodem modo quo ad vitam contemplatiuam: finis cuiuſqꝫ ſcientię affectatur: conſentaneum eſſe: vt quidam ſit finis omnium vltim⁹ ad quem reliqui referantur: hoc eſt ꝙ reliqua omnia affectent. bonum enim et finis: vt noſti cōuertuntur. Actio autem duplex eſt interior. et exterior ⁊ interior quidem ea: quam gręci ἐνέργειαν nominant. Nos vero ſuo proprioqꝫ verbo agilitatem: hanc vos pleriqꝫ operationem appellatis. aut actum primum: At exterior ſimpliciter actio dicitur: ad quam ipſa interior ē veluti dux ad res gerendas. Idem etiam de electione oſtendit: ſecūdum quam omnis eſt actio. Cum igitur cętera bona omnia particulareſqꝫ fines ad vltimum finem illum bonumqꝫ referantur: ſubdidit Ariſtoteles non abſurde ſuperiores philoſophos pulchre oſtēdiſſe bonum illud ſcilicet ſummum: quod omnia affectāt: id eſt ad quod inferiora omnia referuntur. Quare ſi ſummum etiam appoſitum minus fuerit intelligitur. Itaqꝫ quod propoſuerat lati⁹ ac dilucidius oſtenſurus: continuo ſubiicit differentiam quandā eſſe finium: cum alii ſint quędam ἐνέργειαι hoc eſt interiores actiones ſeu agilitates tantum: vt in ſpeculatiuis ſcientiis: alii pręter illas opera quędam: vt in actiuis facultatibus vſu fieri videmus. et ita multa percurrens tandem docet: qui ſit agibilium omniūꝫ finis Nam quod aiunt per definitionem dixiſſe Ariſtotelem bonum eſſe quod omnia appetunt: ſtulta ſane definitio videri queat: non ſolum quod nulla eſt copula huiuſmodi in textu gręco. ſed etiam ꝙ ea definitio non magis boni eſſet: q̄ꝫ aliarum rerum prope innumerabilium. Quod ſi definiendi peritiam tenerent: nunq̄ꝫ in tanto verſarētur errore. Pręterea de hominis bono loquitur Ariſtoteles: nō ignis. non lapidis. non pecudis. Et ita infinita ſunt quodammodo: quę a tuis iſtis philoſophis deprauantur: corrumpunturqꝫ. Quo fit: vt eo ſis dignus maiore laude: ꝙ nullum velis errori locum apd̄ te eſſe. Cęterum quod modo dicebam. hęc velim. expendas argutius. ⁊ mihi ſententiam tuam liquido declares. Uale ex Bononia ex ędib⁹ noſtris pridie Id⁹ maias. M.cccc.xxviii.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Ioanni auriſpę ſalutē

a Dmonitionem tuam libenter admitto:ac probo. Idem eti-
am ex alijs audiui. Si res vt cœpit:proſpere ſucceſſerit:nuſ-
quam hinc mouebo pedem. Sin alter acciderit:pro tempore naui-
gabo. Nam neſcio quid monſtri hos inter ſe ciues latere audio.
Quod ne quid pariat magnę calamitatis.non poſſum non vereri
Ego autem in omnem fortunam paratus ſum: Uale ex Bono-
nia.vi.kalendas. Junias. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Leonardo iuſtiniano
ſalutem dicit plurimam

n Arrauit mihi Joannes corbitius:quanta me beniuolentia
complecteris:et q̃ de me nō modo amice ſed etiam honorifice es lo
cutus. Addiditq; te propediem effecturū:vt vel Uenetijs vel Pa
tauij q̃ honeſtiſſime eſſe poſſem:quare non eſſe opus vt libros ſibi
meos ad me darem:cum apud vos ſim q̃ honorificentiſſime futu-
rus. Beniuolentia tua mihi certius nihil eſt. Itaq; mirandum nō
eſt:ſi de me ſemper amice atq; honorifice ⁊ ſentis.et loqueris. Tibi-
q; habeo gratiam:ꝙ das operam ⁊ priuatim et publicę. vt omnes
intelligant me tibi eſſe cariſſimum. De meo autem ad vos reditu ni
hil eſt hoc tempore:quod labores. Ea enim mihi apud bononien-
ſes conditio eſt:vt hinc honeſte abire non liceat. Noſti tu ſane iam
pridem meum ingenium:q̃ pluris facio quod honeſtū eſt. q̃ quod
vtile. Itaq; rogo te q̃ poſſum diligentiꝰ:vt et liberos ⁊ cęteras res
meas cures ire ad me q̃primum. Hoc mihi facere gratius hoc tem
pore nihil profecto potes. Uale ex Bononia.kalendis. Junijs.
M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcus philelfus. Gaſparino bergo
menſi ſaluecem dicit

g Aleatius mediolanenſis aulicus ducalis me adijt tuo no-
mine atq; ſaluere iuſſit petijtq;.te facerem certiorem :quo in ſtatu
eſſem:quippe qui id a me intelligere cuperes. Ago gratias tuę hu-
manitati:quod tam beniuole mecum agis. Faciſq; nihil alienum a
ſingulari meo erga te animo. Quod autem ſcire de me cupiebas:id
circo paucis oſtēdi:ꝙ is Galeatius me primū adiuit:cum iam eſſem
equū aſcenſurus. Ego in italiam redij eo conſilio. vt Uenetijs apud
veteres amicos vitam agerem. Exiſtimabamq; mihi honeſtiſſimā
propoſitam eſſe fortunam.ſed mea me plurimum fefellit opinio.
Nam longe illic eram deteriore futurꝰ conditione. q̃ pro pactis p
miſſiſq; deberetur. Itaq; cœpi ex tempore conſilium. Meq; Bo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

noniã recepi Qua in vrbẽ ⁊ ampliſſima et bonarum omnium artium ſtudijs munitiſſima honeſta omnia ſecũdaqꝫ ſunt. Jd quod ex optimis filijs tuis Joanne Auguſtino atqꝫ Guiniforto cognoſcere potuiſti. Ex quibus ipſis ego de omni re atqꝫ ſtatu tuo certior factus ſum. Tibiqꝫ plurimũ gratulor: ꝙ apud eum es principem: quo hęc ętas nihil habet neqꝫ illuſtrius neqꝫ pręſtantius. Uale ex Bononia pridie Jdus iunias. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcus philelfus. Ambroſii monacho
camaldulenſi ſalutem dicit

q Uod me nondum viſum tanta humanitate proſequeris: vt iam non modo diligere. ſed amare etiam videaris. habeo tibi gratiam equidem ſingularem. Es enim ingenio et facili et perbenigno. Quas autem mihi laudes tribuis. eas aſcribo bonitati ⁊ manſuetudini tuę. Non enĩ is certe ſum: quem tanti facere debeas. Jtaqꝫ nõ poſſum te non exiſtimare ingenti virtute prędıtũ. qui ea de me prędices: quę eſſe oportet in eruditiſſimo eloquentiſſimoqꝫ quodã viro ac plane tali: qualem te iam binis litteris perſpicue eſſe dignoſco Faciat deus vt aliquando: quod tantopere deſideras. vna eſſe poſſimus quo mutuo conſpectu iucũdiſſimoqꝫ affatu vti liceat. Ad cętera vero quę ſcribis: cõmodius dabit̃ reſpondendi tempus. Nam in pręſentia publicę occupationes me longiorem tecum eſſe non ſinũt. Uale ex Bononia. iiij. kal'. Julias. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcus philelfus. Antonio capano
renſi ſalutem dicit.

o Rationem quam petis: dedi ad te. Miror autem tam repente ea de re apud vos rumores increbuiſſe. Quod autem lętaris nomen noſtrum iam late per italiam in omnium ore verſari: ne me rideas: vereor. Non enim is ſum: qui mei ipſius ſim neſcius. Jtaqꝫ tibi cauendum eſt: ne aut me: aut teipſum fallas quorum alterũ iniuſticię alterum aſcriberetur imprudentię: Nec pręterea te latet rumoribus credi non oportere. Ego autem quantum anniti potero: dabo operam ne ſecundi iſtiuſmodi rumores falſi omnino extitiſſe videantur. Uale ex Bononia nonis Julijs. Milleſimo. cccc° xxviij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Uictorino feltrẽſi ſal.

a Riſtotelis artem ad Thodecten quod antea te monui ex Conſtantinopoli dedi ad virum clariſſimum Franciſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

cum barbarum eo conſilio: vt eas tibi reddendas curaret. Quod ab illo factum non eſſe miror. Itaqȝ velim: ad eum litteras des: atqȝ libros repetas: quos ſi minus q̄ȝ primum ad te remiſerit. tūc ego iuſta vtar expoſtulatione. Quod de meo ſtatu vis certior fieri· nos hic valemus perbelle. Suntqȝ nobis ſecunda omnia. id qȝ in dies maius fortunet deus. Vale ex Bononia. iiij. kalendas Auguſtas. M.cccc.xxviij.

Franciſcus phileſfus. Bartholomeo fracanzano ſalutem dicit

t Riplicem eſſe vitam hominib⁹ pręcipue expetendam preſtātiſſimi philoſophi tradiderūt. Contemplationis. Actionis. Fruitionis. Contemplatiua tota eſt animi: cui⁹ ſapientia dux eſt. Actiua corpori maxime opitulatur: quam prudētia moderat̄. ꝛ regit. Quę vero in fruendo verſatur. eam referūt ad voluptatem: quę ipſa qualis ſit. difficile eſt dictu. Et ne id quidem mirum. habet eñ magnos oppugnatores. Nam qui ita ſtatuit voluptatem. vt nihil habeat cum ratione coniūctum. is ab eneruata pecude nihil differt. Sed quę voluptas eſt ſecūdum honeſtatem: hanc non multo ea puto inferiorem ſi recte velim⁹ interpretari. quę vera eſt voluptas ꝛ chriſtiana. Eſt enim poſita et conſtituta in ea animi ſecuritate tranquillitateqȝ in qua nulli inſunt ſtimuli. nulli tumultuarij motus. nullę perturbationes. Et hanc quidem gręci αλυπιαν alypian nominant quam nos haud abſurde appellemus indolētiam. At ſunt qui inſimulent voluptatem eſſe ſolius corporis ac turpem. quaſi cum dicimus tuę mihi litterę voluptatem incredibilem attulerunt. non animum lętari dicamus. ſed corpus. et id turpiter. Excedat e medio iſtiuſmodi omnis calumniola īterpretatio. et ad animum enim et ad corpus refertur voluptas. Nec aliam id verbum ſignificationem apud nos habet. q̄ȝ ηδονη hedone habeat apud gręcos Hedone eñ ꝛ animi eſt ꝛ corporis. poteſtqȝ ꝛ honeſta. ꝛ turpis eſſe ſecūdum aut rōnis aut temeritatis viſum. Pręteā ęque int̄ animi bona voluptatem reponit Ariſtoteles ac prudentiā ꝛ ꝟtutē Nec ſane vero. vt mihi videt̄. inſimulāt epicurū. quem voluptariū ac laſciuū dicunt. cum illū ꝛ temperantem virū fuiſſe conſtat ꝛ eruditum ꝛ grauem Cuiqȝ pręter crebriora mordacioraqȝ cauilla: quibus in cęteros philoſophos vtebatur: aliud arbitror obfuiſſe nihil. Cęterum conſtat eum virum non de corporis. ſed de animi voluptate ꝛ ſenſiſſe ꝛ diſſeruiſſe. Sed vt epicurū reliquoſqȝ illi⁹ priſtinę

antiquitatis philoſophos: quibꝰ verus deus omnino erat ignotus:
omittamꝰ: ego eam arbitror laudabilem voluptatem ⁊ maxime ex
petendam: quę ex intelligentia veritatis: ⁊ ex actione totiꝰ honeſtę
vitę conflat. Ueritatem vero in ijs rebꝰ ſitam exiſtimo: quę ſunt i-
cõmutabiles ⁊ ęternę. Quid autez aliud ſit huiuſmadi pręter vnũ
et immortalem deum: haud quaq̃z intelligo. Actiones vero ad ve-
ritatis intelligẽtiam ita iudico oportere accõmodari: vt ſciamꝰ eas
omnis ad imperium ſapientię eſſe referendas. Sapiẽtia em̃ ſola ẽ
ea: quę tanq̃z regina quędam ⁊ imperatrix ſeqz ipſa contẽta: quo re
rum iſtarum inferiorum ⁊ temporalium cura omni ſoluta in ſempi
terni ac ſupremi illiꝰ boni lucem ⁊ intendat et figat intuitum: cęte-
ris morum virtutibꝰ prudẽtiam pręficit: quę prębitoris inſtar per
ſingulas actiones ſingulis pro ſuo cuiuſqz officio faciunda tribuat
Moralis igitur virtutes omnis ad prudentiam referamus: opor
tet: quę rationis eſt virtꝰ: at prudentię ſapiẽtia dominatur: quę to
ta eſt intellectꝰ. Qui autem ita vixerit: qui hũc negat in ſumma vo
luptate verſari ac plane fœlicem ⁊ beatum eſſe: is mihi non ſtultus
modo: ſed fatuꝰ et inſanꝰ videtur exiſtimandꝰ Quid em̃ huic obeſſe
queat: quo minꝰ ſemper ſit compos ſui. ⁊ nõ modo nulli ſeruiat tur
pitudini: ſed honeſta ſemper ⁊ cogitet: et loquatur. ⁊ faciat: Gratu
lor igitur mi Fracanzane tuis laudatiſſimis vitę inſtitutis: qui ita
cõtemplatiuę viuendi regulę dicaris: vt ab aſſiduę actionis morũ-
q̃z virtutibꝰ nunq̃z abhorreas: quin potius vnꝰ ſis: qui ęque omni-
bus proſis ⁊ conſilio et ope atqz ipſi tibi: tamq̃z tibi voluptatẽ cen-
ſeas eẽ maximam: ſi bonitatis tuę participes omnis efficias: qui ſe
homines eſſe q̃z pecudes maluerint. Quos ego de te rumores cum
audio: audio autem quottidie: ita lętor pro noſtra vetere beniuolẽ
tia: vt pręlęticia videar altius attolli atqz exiliri. Quid autem fu-
turum putes: ſi detur vnq̃z: vt vna eſſe poſſimꝰ: Id vero cũ hoc tẽ-
pore nobis ſit interduſum: tuę erit vel humanitatis vl' officij: vt vi
ciſſitudine litterarum tollatur omnis corporum diſiunctio. Hoc erit
vtriqz noſtrũ non minꝰ facile q̃z iucũdum. Uale ex Bononia kal.
Auguſtis. M. cccc. xxviij.

Franciſcꝰ philelfus Joãni auriſpę ſal.

a Ntonius capanorẽſis: qui a principe lucenſi orator it ad ve
netos eſt mihi ab ipſa adoleſcẽtia coniũctus tanta familiaritate: vt
vix mihi eiꝰ conſuetudine ſit dulcius quicq̃z. Nam et Patauij an
te meam nauigationem in Thraciam fuimꝰ condiſcipuli, et ea eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

vrbanitate morumqꝫ elegantia: vt vel ipſos lapides, excitare que-
at in amorem ſui. Nam quid loquar de preſtanti hominis ingenio
et facūdia: quid de liberalitate ⁊ animi gratitudine: Dignus eſt ꝑ-
fecto: quē ames: quod ſi feceris egregie: me non mediocri abs te be-
neficio affectum iudicabo. Uale ex Bononia pridie nonas Augu
ſtas. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao fabę philoſopho ac medico ſalu
tem dicit plurimam.

p Ridie Idus Maias vnas ad te litteras dedi: quib⁹ ad id
reſpōderam: quod ex me quęſieras de Ariſtotelis textu in ꝓ
hemio ꝓmi libri ethicoꝝ ad Niconiachum filiū circa principium.
Quęſieras em̄ ſit ne in textu greco. Ideo bene oſtenderūt ſummū
bonum: quod omnia appetūt: an poti⁹ bonum eſſe: quod omnia ap
petūt. Ipſe autem reſpondiſſe memini neqꝫ ſummū inueniri apud
grecos: id quod foelicitatem per inductionem ſignificaret: nec item
eſſe: quod ipſum verbum: quandam prę ſe ferre videretur vel defini
tionis vel deſcriptionis ſpeciem. Multaqꝫ in eam rem ſum locut⁹:
quę tibi audio probari: vtpote quę a philoſophię pręceptis non ab
horrēt. At ego ſane cupiebam te diſſerentē audire: quid ea de re ſen
tires. In pręſentia vero poſteaqꝫ admiſiſſe te animaduerto: quę per
id temporis ſcripta ab me ſunt illa ad te epiſtola: aperte loquar: vt
textus ille apud grecos habet: dicit em̄. Ideo pulchre oſtenderūt bo
num quod omnia appetūt. Noſti em̄ finem ⁊ bonum inuicem cō-
uerti: Quare cum ꝓpoſuiſſet omnem artem ⁊ omnem ſcientiam eo
demqꝫ modo ⁊ actionem et electionem bonum quoddam appetere:
ex iis concluſionem quandam inducit ſuperioris philoſophos pul
chre oſtendiſſe vel etiam affirmaſſe aut ſtatuiſſe potius bonum: ſcꝫ
illud: quod omnia appetūt. Non em̄ ratione ſolum: ſꝫ etiam vi na
turę omnia ferūtur ad finem ſuū. Hanc autem propriam eſſe ac ve
ram Ariſtotelis ſententiam patet alio loco: cum in ſecūdo magno
rum ethicorum libro de voluptate loquens: quā ipſam bonum eſſe
vult: ita ſcriptum reliquit ad verbum. Propterea videretur videli-
cet voluptas eſſe bonum: quod hanc omnia appetūt. Ex quib⁹ qui
dem verbis haud obſcure patet Ariſtotelen intellexiſſe de bono rei
ſenſitiuę: quod non cadit neqꝫ in ignem: neqꝫ in lapidem neqꝫ ī ali
ud quodqꝫ: quod ſenſu careat. Sed hac de re alias. Habes tu ſane:
et qualis ſit apud grecos Ariſtotel' text⁹: et quo pacto ītelligi opor
teat. Nam reliqua tu ꝓ ſingulari tua eruditione ⁊ ingenij magni-

tudine:ſummaqꝫ prudentia ſi vniuerſum Ariſtotelis prohemium diligenter conſiderare volueris:dilucide perſpicies. Inuenies em̄ ex multiplicibꝰ finibus vnū tandem offerri finem ad quem ceteri omnes ſint referendi. Uale Bononię ex ędibus noſtris nonis Auguſtis. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Pallāti Strozę equiti aurato ſal'.

b Ononienſis huiꝰ reipublicę ſtatus quibꝰ procellis agitari ſit aggreſſus proximis diebꝰ. ⁊ quantum iam impendeat naufragium. quia noui non eſſe obſcurū tibi:illud dūtaxat ſignificabo: rem omnem eſſe penes cānetulos. Alteriꝰ factionis principes magna ex parte vitę magis:q̄ꝫ decoro conſulētes: vrbem deſeruerunt: alij alio ſe recipientes Nicolaꝰ Tholentinas:quem ſub foederibꝰ interpaciſcendū cannetuli cum magna coniuratorū manu ductu Lodowici ſeuerinatis clam adorti:ingenti detrimento affecerant. Imolam fugiens contendit:vbi etiam eſſe in hanc diem cū reliquijs exercitꝰ narratur. Joannes eiꝰ filius:qui a patre datꝰ Bononienſibꝰ obſes fuerat:ne q̄d tranſeūtes milites aut iniurię:aut maleficij.ī Bononienſi agro inferrēt:poſt has perpetratas inſidias in carcerē eſt cōiectus. Hic omnia tumultuaria ſunt atqꝫ turbulenta. Cardinalis herelatenſis Lodowicꝰ:qui in hac vrbe pro Martino pontifice. Maximo legatū geſſerat.erepta ſupellectili p̄cioſiſſima ⁊ maxima:amiſſiſqꝫ bonis omnibꝰ:hinc abire p̄miſſus eſt:vel expulſus potius. Quę futura ſint:ipſe coniectato. Quare ſequi inſtitui adhortationem ⁊ cōſilium de me tuū. Haud em̄ debes eſſe oblitꝰ: q̄ mecū nuper locutꝰ es:cum hac iter faciēs ex Brixiana obſidione. vel deditione potiꝰ in patriā reuertiſti. Si honeſta mihi apud vos cōditio propoſita fuerit:iſtuc ibo. Uale ex Bononia iij. kal'. Septembres M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcus philelfus. Joanni aurispę ſalu.

ſ Unt hic omnia procellarū tempeſtatūqꝫ pleniſſima ob hāc reipublicę ab eccleſiaſtica dicione defectionem. Deꝰ bene vertat Bononienſes ipſi de ſe viderint. Ego mihi atqꝫ rebꝰ meis omnino cōſulere inſtitui. Non em̄ tutum eſt muſis inter gladios ſicaſqꝫ verſari. Jam ciuili cruore madent omnia. Nullꝰ hic ocio. nullꝰ paci relictꝰ eſt locꝰ in tantis diſcordiarum ſeditionūqꝫ fluctibꝰ. Itaqꝫ Florentiam petam:neceſſe eſt. Nec ſum oblitꝰ conſilij tui. Sed neceſſitati parendū eſt. Tu ſi quid meliꝰ habes:oſtende. Uale ex Bononia. Idibꝰ Septembribꝰ. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcus philelfus. Pallanti Stroze equiti au-
rato ſalutem dicit

q Uod ſapientis dicto illo admonemur: quoniam tempꝰ co-
gnoſcendum eſt: admittere cogimur cōditionem: que offertur: pre-
ſertim cum ſubdideris fore: vt in proximum annū plus mihi ſalarij
detur. Quare quos trecentos aureos mihi recipis in hūc annū no-
mine tue florentiſſime reipublice: ita mihi datum iri volo: vt ſine
quottidianis moleſtijs ij mihi ſuis temporibꝰ numerentur. Exiſti-
mo tibi cōſuetudinem meam non eſſe ignotam. non modo foenera-
ri non didici. ſed ne parcꝰ quidem eſſe. Haud enī̄ conſueui vnqꝫ ſer-
uire nūmis: ſed ijs potius vti pro ſeruis. Uerum hec tu pro tua be-
nignitate qꝫ amiciſſime curabis. Ego me interim accingam itine-
ri. Uale ex Bononia. xiij. kal'. octobres. M. cccc. xxviij

¶ Franciſcꝰ philelfus. Nicolao nicolo ſal'.

q Uod ad conſtitutū diem Florētie me non videris: aliud ni-
hil fuit in cauſa qꝫ inopia mulionū. Nam ſine mulis: quibꝰ et libri
et reliqua ſupellex quam ab vſqꝫ Conſtātinopoli in italiam aduexi
mecum: iſtuc cōuehatur: pedem hinc mouere minime decreui. Ita-
qꝫ ſi hoc laboris pro tua humanitate capeſſeris. rem mihi facies nō
minꝰ gratam. qꝫ neceſſariam. Mulis mihi ſex opus eſt. Quod pre-
cium pro cōuexione pepigeris. liberrime preſtabo. Que mihi Coſ-
mi medicis nomīe polliceris. ⁊ audio libēter. ⁊ vt ei me cōmendes:
te rogo. Ambroſium monachum vt meis ꝟbis ſaluere iubeas. a te
peto. Uale ex Bononia pridie kal' Octobres. M. cccc. xxviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus Bartholomeo fracāzano ſalu.

q Ueris: quid ego de ꝟginitate ſentiam: cū ſint nonnulli: qui
eam virtutē eſſe negent. Non enī̄ temperātie eſſe ſpeciē: nec
vllum eiꝰ extremum: quod inter parum nimiſqꝫ verſat': ſed contra-
rium prorſus. Rem ſane queris non paruam neqꝫ cōdemnādam
vt qui celibatū coniugio p̄tuleris. nam quam in muliebri ſexu vir-
ginitatē dicimꝰ: eam in virili nō virginitatē. ſed celibatū priſci vo-
cant: cupias ꝓ tua in me ſingulari beniuolētia tuam animi grauem
probatiſſimāqꝫ ſententiā meis etiam aliquibꝰ rationibꝰ cōfirmari.
Itaqꝫ altiꝰ mihi repetendum eſt: quo non veritati minꝰ ſatiſfaciā:
qꝫ tibi homini amiciſſimo ⁊ optimo. Omnium primum hoc nobis
propoſitum eſſe volo ita cōiugium virginitati ſubijci: vt parem nu-
merum impari. Quecūqꝫ paria in arca noe ſeruata ſunt animalia:
ea immūda fuiſſe quis ambigat: Et vnus eſt deus: et numero deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

impare gaudet. Ut igitur impar numerꝰ mundus eſt: ita paria om
nia immūdicię ſunt obnoxia. Quod etiam idem poeta Uirgilius
Platonem Pythagoricoſq₃ ſecutꝰ cum minime ignoraſſet: facit ī
ſexto eneidos libro Deiphobum talia locutum. Ne ſęui magna ſa-
cerdos diſcedam. explebo numerum: reddarq₃ tenebris. Respon-
det inquam Deiphobus turbatę Sibyllę: ne ob preſentiam confa
bulationemq₃ ſuam iraſcatur: quoniā continuo diſcedet: numerū-
q₃ diminuet. imparem ſc₃ et ternarium. Non em̄ huiuſmodi nu-
merus cōueniebat apud manes: quibꝰ etiam dum vano gentiū mo
re ſacrificaretur: non impari ſed pari numero arę dicabantur duę.
Nam dijs ſuperis tris aras poni mos fuerat. Verſabatur em̄ ſuꝑ
ſtitioſa illa gentilitas in eo quoq₃ errore: vt et bonos quos vocabat
et malos deos venerandos opinaret: alteros quidem: vt eſſent pro-
futuri: malos autem: ne nocerēt. Nonne idem Maro Platonicꝰ
quidam Pythagoricuſq₃ poeta in animi quoq₃ partitiōe ternario
impariq₃ numero vſus eſt? Quid em̄ cum ait: Celſa ſedet ęolus ar
ce ſceptra tenēs: mollitq₃ animos ⁊ temperat iras: aliud ſenſiſſe ar
bitremur poetā prudentiſſimū: quam animi rationem: cuiꝰ ſedem ī
cerebro tanq̄₃ in arce eſſe voluit: eiuſq₃ et cupiditates ⁊ iras in car-
cere quaſi quodā intra pręcordia iecurq₃ relegatas ęoli ſceptro: hoc
eſt rationis imperio molliēdas temperādaſq₃ ſubiecit: illam quidē
imparis numeri concluſione perfectam eſſe: duas partis reliquas ī
perfectas? Totum autem in ſe numerū ⁊ imparem eſſe eundemq₃ ꝑ
fectum? Sed quid poetarū. quid philoſophoꝝ. quid gentilitatis il
liꝰ vane vtimur teſtimonijs? Unde hauriamꝰ aut locupletius aut
verius argumētum. q̄₃ ab eo. quod et ſolum ⁊ ſemper eſt: et idem per
ſe ſubſiſtit. Una eſt diuina eademq₃ ſubſtantia. Hanc in tribꝰ ęqua
liter abſoluteq₃ perſonis ineſſe ⁊ aperte dicimꝰ. et indubitato credi-
mus Nam quanq̄₃ deus. qui infinitꝰ eſt. nullo numero capi poteſt.
numerum tamē non aſpernatur. In eo em̄. quod tris eſſe dicimꝰ.
ineſſe numerū quis negarit? Quod ſi eum cōſiderare voluerimus
qui ſit tres numerū non eſſe inueniamꝰ. Nec ſane mihi videor igno
rare eos numeros. qui ad ſeipſos recurrūt in ſuis partibꝰ illis. qua
in ſummā redactę fuerint. perfectos dici ſolitos. ⁊ eos rurſum dici ī
perfectos: quoꝝ iſtiuſmodi partes: vbi ſimul ducātur: nequeūt eoſ-
dem implere numeros: quorū ipſi ſunt partes. Nam quorum nu-
meroꝝ partes etiam excedere reperiūtur: cum abūdantis: tum plus
q̄₃ perfectos nominari manifeſtum eſt. Atqui in numero ternario

ob quem ipſum quoqꝫ Ariſtoteles diuinam ſanctificationem ve-
nerationemqꝫ introductam eſſe teſtatur: eam video ineſſe perfectio
nem quod nulla eſt parte mācus: ſed plane totus: qⁱ ippe qui ⁊ p̄n
cipium habet: et medium: et finem. Ac ne in re perſpicua videri vo
luiſſe: vt iuuenis: argutior inſimuler: num vlla paris ī trinitate: an
imparis numeri ratione vtimur? At vt omnis numerorum pari-
tas ad vnius eius: quod cuiꝰ numeri ⁊ principium eſt ⁊ cauſa: refer
tur imparitatem: ita queqꝫ parium p̄erfectio ipſiꝰ imparis perfecti
oni ſubiecta eſt: vt agenti patiens. Ex quo fit: vt perfectio coniugij
quod aut in remedium incontinentie: aut ad procreandos liberos
eſt inuentum ⁊ cōſtitutum. longe ſit inferior perfectione virginita-
tis aut celibatꝰ: que ipſa ſua quadā vi naturaqꝫ laudatur: eoqꝫ plu
ris ducit: quod non precepti vi cogitur ſed offert vltro. Et matri-
monio quidem creſcit: ac multiplicatur hominum genus: terraqꝫ
repletur. Uirginitatis autem ⁊ celibatꝰ bono chorus quaſi quidā
angelicꝰ augetur: coelumqꝫ repletur. Itaqꝫ tibi mi Fracanzane nō
poſſum non gratulari: qui militare Chriſti et virginale ſagulū con
iugali ocioſeqꝫ toge ſeculi p̄tuliſti: qui humanum omnem fulgorē
ne minima quidem coruſcatiōis ſcintilla cum ſplendore celeſtis glo
rie cōferendum exiſtimaris Induiſti te inquam Bartholomee mi
dilectiſſime Chriſti veſte. et ea quidem veſte: que vniꝰ eſt impariſqꝫ
numeri Hanc vt incorruptā puramqꝫ tueare: te nō ſolum hortor:
ſed etiam rogo. Uerū decoepiſti Philelfum tuū: quem olim religio
nem diui Benedicti inire cupiētem: cum Uenetijs ageret: anteq̄ꝫ
in Thraciam nauigaret: ne id faceret: hortatꝰ es: cum diceres fru-
ſtra me tam longum ſtudiū ſuſcepiſſe: ſi etatem omnem in templo
diui Georgij cognomento maioris orando contererem. Nec tamē
accuſo iudicium tuū. Ita em̄ viſum ē immortali deo. Itaqꝫ vt tua
tu: ita ego mea ſorte contentꝰ ſum: quo ipſe mihi faueas apud ſupe-
ros: ego autem apud homines tibi. Hoc em̄ pacto cum omnia ami
cis cōmunia ſint. ⁊ coeli vterqꝫ ⁊ terre gloriam conſequamur. Sꝫ
tu eo es foelicior iudicandꝰ: quod virtute quadam heroica clarus
eris. Nam ego ſatis ſum habiturꝰ: ſi coniugij lauder apud homines
Quod autem ſcire vis: quot ego in preſentia etatis ſum annos na-
tus: accipe breuibꝰ. Ago etatis annū triceſimū: quippe qui natus
ſim anno a Chriſti natali die tricēteſimo nonageſimooctauo ſupra
annum milleſimū. et id quidem ad octauū kalendas Auguſtas. de
hac vrbis conditione nihil eſt: quod ad te ſcribā. Agitātur em̄ om-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nia procellis ac fluctibꝰ: Nec multū a naufragio abſumꝰ: Vale ex Bononia nonis decembribꝰ. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Andree Conſtātinopolitano theologo ordinis predicatorꝝ ac Rhodiorꝝ Archipō ſalu.

l Itteras tuas ex vrbe Rhoma tum libēter vidi: tum lectitaui qꝫ iucūdiſſime. Erant enim non grauiſſime ſolum. ſed etiam locupletiſſime teſtes ſingularis tue erga me charitatis. Quod aūt me hortaris. iſtuc vt qꝫ primum veniam. id mihi hoc tēpore nequaqꝫ eſt integrum Nam florentinis obſtrictꝰ ſum in annuū docēdi munus. Nec mihi quicqꝫ duco honorabiliꝰ fide. Quam ſi paterer meo aliquo emolumēto infirmam fieri rumores quos increpuiſſe clariſſimos de me ſcribis apud ſummū pontificem. leuiſſimos redderem ac mendacis Verū cum per ſtudij vacationem dabit᷑. ibo in vrbem Romam ꝛ quod me mones. qꝫ diligentiſſime tuebor. Quando autem hinc mihi mouendū ſit: non ſatis ſcio. Dominicꝰ enim Capranicanꝰ. qui electus firmanꝰ pro Martino ſummo pontifice legatꝰ apoſtolitꝰ maximis viribꝰ vrbem obſidet. oppugnatqꝫ conſtantiſſime. nondum mihi concedere voluit tuti itineris litteras. Quid autem in cauſa ſit. ignoro. Tu interea temporis Vale. Et quod ad tēpus ſis in Thraciā Rhodumue ſoluturꝰ. me tuis lr̄is certiorē facito. Ex Bononia Idibꝰ decembribꝰ. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Thome Sarzanenſi ſalutē dicit plu.

q Vam mihi verbis reuerendiſſimi Cardinalis tui imo noſtri conditionem proponis apud nobiliſſimum iſtum munificentiſſimūqꝫ principem Nicolaum eſtenſem. et ſi perutilis eſt atqꝫ honorifica: eam admittere nequaqꝫ poſſum. Sum enī florētinis obligatꝰ annuo docendi munere. et id quidem ornatiſſime Itaqꝫ immortalis gratias velim. agas nomine meo iſti humaniſſimo patri: cui me ſi diligentiſſime cōmendaris: rem facies amicicia noſtra admodum dignam. Vale ex Bononia. xiiij. kalendas Januarias. M.cccc.xxviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Bartholomeo fracanzano ſal

q Vo frequentiores eunt ad me littere tue. eo maiore afficior voluptate. In ijs enī lectitandis videor et eſſe ꝛ loqui tecum Quod autem mirari te dicis a me voluptatem laudari. cum a cicerone in queſtionibꝰ tuſculanis et in libris de finibꝰ bonorum ꝛ maiorꝝ apprime vituperetur: nihil eſt opꝰ: vt mireris. Nam quod Cicero in alijs reprehendit: in hoc ipſe ſepe peccat. Litigat enim

de verbo.rem negligit:quanq̄z ne de verbo quidem recte ſentit. Nā
quod voluptas non omnis ſit turpis.immo etiam ſepe honeſtiſſi-
ma:cum alia pleraqz ei⁹ ſcripta:tum epiſtolarum libri infinitis in
locis liquido declarāt. Preterea ſi bonum eſt ſcd̄m Ariſtotelem:
quod omnia appetunt:num minus omnia que ſenſu mouētur na-
tura appetūt voluptatem? Quod autē eſt ſcd̄m naturam num
id bonum non ſit? Nam de animi voluptate:que ab honeſtis actio
nib⁹ proficiſcit̄:queqz ex cōtemplatione veritatis ⁊ dei capitur ma
xima:num eam quiſquā neget eſſe bonum.⁊ maximum quidem bo
num? At referti ſunt grauiſſimoꝝ philoſophoꝝ libri Ariſtoteliſqz
in primis ſublimiſſimis ⁊ firmiſſimis queſtionib⁹:quibus ⁊ proba
tur prudentiſſime.⁊ laudat̄ egregie voluptas. Qua de ipſa plurib⁹
ad te ſcriberem:ſi eſſem ocioſus. Sed cui eſſe ocij quicqz poſſit int̄
arma bellorumqz fragores? Atqui dabitur temp⁹:vt ſpero:quo et
tibi ſatiſfaciam.⁊ alios.nōnullos iſtiuſmodi imprudentia vna me-
cum liberabo. Nunc ignoſce breuitati mee. Uale ex Bononia pri
die kal'. Januarias.M.cccc.xxviij.

Franciſc⁹ philelfus Thome ſarzanēſi ſal.

e Go mi Thoma dilectiſſime ſum Florentine reipublice iam
obſtrict⁹ annuo munere. Jtaqz aliam nullam cōditionem poſſum
amplecti. Quid eīn dedecoroſius:q̄z vel eſſe. vel haberi leuem. Nā
fidem minus ſeruare hominis eſt non iniuſti ſolum:ſed impij. At
ſcio nō modo Reuerendiſſim⁹ pater cardinalis tuus id a me factū
iri nollet:ſed nec etiam tu: qui ſpeculum es imagoqz et probitatis.
et grauitatis. Uale ex Bononia pridie kal'. Januarias .M.cccc.
xxviij

Franciſc⁹ philelfus Joāni auriſpe ſalu.

d Amnas tu auriſpa conſilium meum:quod nolim eam con-
ditionem admittere:quam humaniſſim⁹ cardinalis bononi
enſis Nicolaus:vir ſanctiſſim⁹ mihi proponit.ſcribiſqz futurum.
vt me poeniteat mei inſtituti:ſi maluero Florentinis. q̄z magnani
mo iſti pricipi Nicolao marchioni gratificari.addiſqz:vt mihi an-
te oculos ponam et Manuelem noſtrū chryſoloran doctiſſimorū
virorum omnium hui⁹ tempeſtatis principem :dum vixit et alios
non nullos eruditos ac diſertos homines :quorum nemo diutius
potuit agere Florentie propter varias quorūdam inſidias :quorū
inuidentia terra coelumqz vexatur . At ego tibi paucis reſpondeo.
Et omnium primum maximas tibi ⁊ ago.et habeo gratias . quod
amiciſſime conſulis reb⁹ meis. Sed quid mihi faciundum ſuades?

Num vt alicuius vtilitatis gratia. quod honeſtum eſt. negligam:
An es oblitꝰ nihil apud me minꝰ habere ponderis. q̄ꝫ rei pecuniarię
rationem: Fidem dedi reipublicę Florentinę. quam certe inuiolate
conſtanterqꝫ ſeruabo. Nec vlla patiar vtilitatis ſpecie meę initia
hęc iuuētę cuiuſquam leuitatis nomine accuſari. Inuidentium au-
tem morſus animi grauitate atqꝫ magnitudine me facile vitaturū
ſpero. Quod ſi minꝰ mihi diu licuerit. operam dabo. vt aliorum id
culpa factum iudicetur. non mea. Uale ex Bononia kalendas Ja-
nuarias. M.cccc.xxviij.

Franciſcꝰ philelfus. Leonardo Arretino.
ſalutem dicit plurimam.

n Ulla ego in culpa ſum Leouarde arretine. quod ad conſti-
tutum tempus ad vos non ierim. Scis enim vrbem hanc non ob
ſideri modo ab eccleſiaſticis viribꝰ. ſed die noctuqꝫ acerrime oppu-
gnari. Hi primo qui reipublicę pręſunt. mihi abeundi nullam da-
bant facultatem. Qui vbi ab me multis fatigati cum pręcibꝰ. tum
etiam quandoqꝫ cōuitijs expoſtulationibuſqꝫ. eam ceſſere. tum le-
gatus apoſtolicꝰ qui Martini pontificis maximi vicem in caſtris
gerit. Dominicꝰ capranicanꝰ tuti itineris litteras petenti mihi nul
lo pacto in hanc diem tribuit. Itaqꝫ haud ſcio. quid ipſe ſim factu-
rus. Verſor profecto in maximis animi curis. Nec quid conſilij
capturꝰ ſim. noui. Niſi fortaſſe mihi iucūdum putes aſpectū quot-
tidianum gladiorum ac ſęuicię. cum alijs laqueis gulę frangūtur.
alij obtrūcantur. alij ſcindūtur in partes. alij defodiuntur. alij tru-
cidantur. Quid pluribus: Omnia humano cruore madent. Iure
ne. an iniuria. non eſt meum iudicare. Nam in ciuitate factionibꝰ
ſeditionibuſqꝫ ardenti nihil eſt tam iniuſtum. tam impium. quod
minus detur et pietati ⁊ iuſticię. Hac in re vnum remediū dari poſ
ſe intelligo. vt publicis veſtrę reipublicę litteris cōtendatur ab hoc
legato apoſtolico vt me ad vos libere ac tuto ire patiatur. Tuū igi-
tur fuerit id q̄ꝫ primum curare. Quod ſi feceris fore certo intelligo
vt propediem iſtic mutuo colloq̄o ⁊ quottidiana conſuetudine no-
bis inuicem vti liceat. Uale decus litterarum ⁊ eloquentię. Me-
qꝫ vt facis. ama. Ex Bononia Idibꝰ februarijs. M.cccc.xxix

Franciſcus philelfus. Gabrieli mauro
ſalutem dicit plurimam

n Ihil mihi iucūdius tuis litteris. Gabriel mi chariſſime: qui-
bus humanitatem tuam ac morum ſuauitatem bonitatemqꝫ inge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Nota nij ita repręſentas. vt te coram aſpicere. alloqui. et complecti vide-
ar. Non poſſum mihi non lętari. quod ſtudijs olim meis ac lucu-
brationibus in te adoleſcente inſtituendo. id me videam conſecutũ.
vt florentiſſimus ſenatus tuus talem ſit virum te habiturus. qui ⁊
ampliſſimę patrię futurus ſis ornamento. ⁊ amicis adminiculo at
qꝫ voluptati. Incumbe igitur pro viribus. teqꝫ amplificandę glo-
rię totum dede. Non multos habiturus eſt nobiliſſimus ſenatꝰ tu-
us ſimilis tui. Noui acrimoniam ingenij tui. noui magnitudinem
animi. noui conſilium. noui probitatem. Nihil habet tua reſpubli
ca te vno continentius. nihil moderatius. nihil ad omnis pręclaras
actiones aut ſplendidius. aut ſtrenuũ magis. Sed quid ego fru-
ſtra ſim longior. qui ita videar te adhortari: quaſi nõ per te ſatis ſis.
qui et prouidendo. ⁊ conſultando. et agẽdo nulli rei deeſſe poſſis. De
fratris tui Dominici moribus quę ſcripſiſti: non potui non dolere.
Sed tu fer omnia moderate: ętas enim fortaſſis. eius animi acerbi
tatem aliquando ad maturitatem aget. Quod ſi ſecus accidat. tu
te ipſo contentus eſto. Ego quod ſcire vis. bene valeo cum vniuer-
ſa familia. migraturus breui Florentiam. vbi honorifice et cõmode
ſum futurꝰ. Titum Liuium meum cõmendo tibi. Uale ex Bono
nia pridie kal. Martias. M. cccc. xxix.

¶ Fanciſcus philelfus. Leonardo Arreti
no ſalutem dicit plurimam

i Erunt ad me tandem litterę ex caſtris a legato apoſtolico. q̃
bus tuto hinc ad vos ire permittitur. Itaqꝫ ad triduum aut qua-
triduum Bononia abibo. Forum Cornelium verſus. ita em̃ quam
Immolam appellare libet. Nam aliud iter longe tutiꝰ eſt hoc tem
pore propter hoſtium caſtra. quę a reliquis partibꝰ vrbi adiacent
ꝗ quod recta Florentiam agit. Intellexi deniqꝫ. quid in cauſa fue-
rit. quod hę litterę ante hũc diem mihi negatę ſunt. Conſpirarant
non nulli ciues ac ſacerdos quidaꝫ ex ordine heremitarꝫ pro Mar
tino pontifice maximo contra hanc rempublicam. Et quia legatꝰ
credebat certo vrbe ſe potiturum. nolebat me hinc abire. Sed ea cõ
ſpiratio ⁊ detecta eſt. et de coniuratoribꝰ omnibus ſupplicium ſum-
ptum. Quare legatus ſpe ſua fruſtratꝰ. vltro litteras ad me miſit.
Tu me inclitis principibꝰ iſtis tuo more et cõmendatum. et caruꝫ
reddito: tibiqꝫ ĩ primis. Uale ex Bononia pridie Nonas Apri-
les. M. cccc. xxix.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Franciſco barbara ſal.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

e X Immola haſce litteras ſeptimo Idus Apriles ad te dedi cum eſſem poſtridie Florentiam petiturus. Quid enim diutius Bononię expectarem in tanta gladiorum impunitate? Me plurimum miſeret illiꝰ afflictę vrbis. quę omni facinori. omni immanitati eſt diritatiqꝫ expoſita. Ibi quicquid cuiqꝫ collibuerit: licet. Nullus eſt clementię. nullus cōmiſerationi locus. Quare etſi nihil mihi metuendum erat. quippe qui omnibus eſſem cariſſimꝰ. tamen omnia metuebam in tanta ciuium cęde. Spero mihi Florentię fore ſecunda omnia. ſiquidem locus erit doctrinę ⁊ innocentię. Qua in vrbe cum fuero. ſcribam ad te pluribus. Nunc ex itinere prolixiori mihi eſſe nō licuit. Uale ex Immola. vij. Idus Apriles. M.cccc.xxix.

Franciſcus philelfus Leonardo Iuſtiniano ſalutem dicit.

e Ripui me tandem ex Bononienſi naufragio. quo tota vrbs perit. Petoqꝫ Florentiam. quo ſum ⁊ honorifice. et pulcherrimis quidem premijs publice accerſitus. Itaqꝫ non mireris. ſi in pręſentia paucis tecum egi. hęc enim ex itinere ſcripſi tibi. Cum Florentię mihi per ocium dabitur. pluribus tecum agam. Interea temporis rogo te per humanitatem tuam per qꝫ meam in te obſeruantiam. vt me memineris mei. librorumqꝫ meorum q̄ꝫ diligentiſſimaꝫ curam geras. Uale ex Immola ſeptimo Idus Apriles. M.cccc.xxix.

Franciſcus philelfus. Marco lypomano philoſopho atqꝫ Iurecouſulto ſalutem plurimam dicit.

q Uod me antea tuis humaniſſimis litteris monuiſti: vt me ex Bononienſibus fluctibus in tutum aliquem portum reciperem id tandem cum primum licuit: feci. Proficiſcorqꝫ Florentiam hęc enim ex itinere ſcripſi tibi: Scio: maluiſſes pro tua ſingulari erga me beniuolentia: apud vos eſſem q̄ꝫ optime de me meritos Et idem ego maluiſſem. Quod ſi ea manſiſſet me condicio: cuius gratia ex Thracia ad vos ſolueram a vobis nunq̄ꝫ abijſſem. Quo factū eſt: vt neceſſitatem ſequar: non volūtatem. Uale ex Immola. vij. Idꝰ Apriles. M.cccc.xxix.

Franciſci philelphi Epiſtolarum Liber ſecundus ſequitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcꝰ philelfus. Antonio luſco ſecretario apoſtolico ſalu-
tem dicit.

Ratulatio tua Antoni luſce non debet mihi non pro-
g batiſſima videri: nam et vir es optimꝰ. ꝛ mei certe amā
tiſſimꝰ: haud em̄ oblitus ſum ꝛ quę mecum olim Vicē
tię: cum eſſem conſtantinopolim nauigaturꝰ: locutus
es: ꝛ quantam mihi beniuolentiam oſtendiſti. At meam rurſus er
ga te obſeruantiam animaduerto te memoriter meminiſſe. Ita ma
ximas habeo tibi gratias: quod me tanq̄ꝫ in principijs animi tui in
ter honeſtiſſima amicicię monumenta ſeruare volueris. Mihi au-
tem non poſſum non iure optimo lętari: cum intelligo me non fru-
ſtra te meis omnibꝰ ad probitatem actionibꝰ perinde atqꝫ calcem ꝓ
ꝓſuiſſe: ad quam dirigēdi ſint omnes non bene loquēdi ſolum: ſed
etiam bene viuendi cogitatꝰ ac ſtudia noſtra. Quod autem me hor
taris. vt romanam curiam petam. cum ea ſit ſola eruditionis. ꝛ elo
quentię domicilium: ad idqꝫ omne ſtudium tuū atqꝫ operam polli
ceris. ꝛ cōſilium probo. ꝛ adminicula tua omnia libeter amplector.
Vex nondum menſis preterijt. poſteaq̄ꝫ Florētiam veni. Quare
neceſſe eſt. vt cōſtitutum annuū tempꝰ integre abſoluaꝫ. quod vbi
fecero. ſi mihi tua opera ꝛ gratia honeſtum locum apud pontificem
maximum ꝓponi intellexero. confeſtim in vrbem aduolabo. Nam
hic: quautū mihi augurari iam videor inter Scyllam charybdim
qꝫ nauigabo. Quo fit. vt quibꝰ ant rudentibꝰ malum. aut anchoris
nanim muniam. haud facile queam hinc prouidere At ego ingenu
um otium malim. q̄ꝫ periculoſum negociū. nam hęc vrbs non mul
to minus q̄ꝫ Bononia factionibꝰ diſſidet. quin eo periculoſius. quo
acutiora videntᷣ mihi hominum ingenia ꝛ ad nocendum prodiuio
ra. Vale ex Florentia. xiij. kalēdas. Maias. Anno a natali Chri-
ſtiano. M. cccc. xxix.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Ioāni auriſpę ſal.

q Vod ſcire cupis. nihil te cęlabo: Florentia me plurimum de-
lectat. Eſt em̄ vrbs: cui nihil deſit: neqꝫ ad ędificiorū magni
ficentiam atqꝫ venuſtatem. neqꝫ ad ciuium dignitatem ꝛ amplitu
dinem. Adde: quod vniuerſa in me ciuitas cōuerſa eſt. Omnes me
diligunt. honorant omnes. ac ſummis laudibꝰ in coelum efferunt.
Meum nomen in ore eſt omnibꝰ. Nec primarij ciues modo: cum
per vrbem incedo: ſed ipſe etiā nobiliſſimę foeminę honorandi mei
gratia locum cędunt. Tantumqꝫ mihi deferūt: vt me pudeat tanti

cultus. Auditores ſunt quottidie ad quadringentos: vel fortaſſis
etiam ampliꝰ. et hi quidem magna ex parte viri grandiores ⁊ ex or
dine ſenatorio: Quid multis omnia mihi ſecūda letaqꝫ ſunt. Cete-
rum quo me fortunatiorē eſſe animaduerto: eo magis mihi metuo
ab inſidijs inuidentium Nicolaus Nicolus et Carolus arretinus
quottidie me publice audituri adeūt vna cum alijs ciuibꝰ. Et Ni-
colaus quidem: quantū in hanc diem animaduertere potui: homo
eſt loquacior. ſed non admodum vafer: quippe qui effutiat facile ac
temere omnia. At Carolus ωσπερ στυγνοσ ωνκαι μισ
άνθρωποσ triſtis eſt ſemper: ac loquit̃ nihil. Videturqꝫ mon-
ſtri quippiam intus alere. Et ſunt: qui mihi dicant eum cauendū
eo eſſe magis: quo magis ſilet: id enim non a modeſtia atqꝫ verecū-
dia proficiſci: ſed ab inuidentię vulnere. Ego tamen in portu naui-
go. Leonardꝰ autem arretinꝰ mihi vehementer afficitur: quem eo
puto rerum mearum ſtudioſum magis fore: quod aduentu preſen
tiaqꝫ mea maximo eſt leuatꝰ onere. Nam et Nicolaus. et Karolꝰ
qui ante aduentum meū illi plurimum detrahebant: ab omni ciuſ
modi calumnia maledictoqꝫ deſtitere (mea cauſa vt exiſtimat̃ deter
riti) quod vidiſſent ab me Leonardum publice. et grauiter. et ple-
no ore laudatum Coſimus Medices vt humanitatis plurimū pre
ſe fert: adijt me perhumane: nec id ſemel ſed iterum atqꝫ iterū: dixit
qꝫ ſiqua mihi in re opus foret opera ſua: ne de ſe mihi deeſſem vnqꝫ:
nam ſeſe mihi defuturum nunqꝫ Pallas Stroza ſplendidiſſimus
eques auratꝰ omnibus in rebꝰ mihi ſemper adeſt. Honoriqꝫ ⁊ com-
modis meis omnibꝰ non ſecus ſtudet: ac ſi eſſem filius Ambroſius
monachꝰ vir diſertiſſimus et ſi me amare videtur plurimum: tamē
non poteſt mihi non ſuſpectus eſſe. Και γαρ. επαινόυν πον
ημῶν ὤσ χρή τον αρρητῖνον λεωναρδὼν. εφη.
αλλου και τασκαλῶσ τον ανδρα. Quę quidem ora
tio ουκ ειναι μοι δοκει ανδροσ ιερέωσ καί αγα-
θου. Haberem tibi ſcribere alia et quidem plura: que nūc conſulto
pretereo. Tu ſiquid habes de rebꝰ orientalibus: fac vt ſciam. Theo
dora te ſalutat. Vale ex florentia pridie kalēdas. Auguſtas. M.
cccc. xxix.

Franciſcus philelfus. Marco cannetulo equiti aurato ac iure-
conſulto ſalutem dicit plurimam.

n E videar oblitꝰ amicicię noſtrę: in illud qꝫ prouerbium inci-
diſſe: quo dici ſolet. Qđ abeſt ab oculo: id quoqꝫ abeſſe a corde

volui ꝟbis paucis te adire. q̄ ſi diligēter cōſideraueris: iudicabis nō
abſurdū eſſe: cōſilium meū. etſi admonitio eſt potius: q̄ȝ conſilium.
Qui em̄ conſulat iuuenis viro graui ⁊ ſapienti: Videm⁹ tamē fie
ri ſepe viſu: vt q̄ ludo calculoꝝ interſunt. ⁊ ſi ſpectatores ſunt: nō col
luſores: nō nihil acuti⁹ videant: q̄ȝ ij. quoꝝ eſt lud⁹. Quis em̄ igno/
rat vehemētiore animi affectu plerūqȝ accidere: vt mēdacio cedat
veritas. honeſtaſqȝ turpitudini. Quo maiore q̄s dignitate pollet:
eo reddit̄ inſolentior. ꝯ min⁹ recta vtit̄ ratione. ac prudentia quidē
eſt. qua recta rō definit̄. Hec vero ita ſine ꝟtutum moraliū admini
culis eſt manca: vt ꝟtutes relique nulle ſine prudentia. Nec poteſt
quiſquam bene vti bonis iſtis: q̄ vel corpi. vel fortune tribuūtur: ni
ſi vir bon⁹ fuerit. Et vir quidem bon⁹ nunq̄ȝ abutat̄ neqȝ honorib⁹
neqȝ diuitijs. nec vllis omnino iſtiuſmodi cōmodis. etiam ſi id fa/
cere impune quiuerit. At abſoluta ꝟtute q̄ caruerit. ⁊ cogitet ob li/
centiam. ⁊ dicat. ⁊ faciat sec⁹ omnia. q̄ȝ par ſit. Quo fieri videmus.
vt iſtiuſmodi homīes ⁊ ſe tandem perdāt. ⁊ patriam. Ego ſane mi
Marce nihil huiōi de te vereor. noui em̄ moderationem animi tui
egregiamqȝ prudentiam. Sȝ cum mecum memoria repeto. q̄ cum
anno ſupiore ꝑpetrari apud vos vidi. tum deinde abſens. ⁊ audiui.
et audio quottidie. nō debeo non metuere ⁊ tibi ⁊ tuis. ne aliqn̄ ni/
mia iſta licētia ⁊ vobis omnib⁹. et Bononiēſi reip. magnam ſit cla
dem importatura. Quid em̄ per deum inmortalē adeo ciuili cruo/
re ꝑfundimur: Vos nō alienis modo. q̄ȝq̄ȝ nemo debet alien⁹ duci.
qui ciuis ſit. ſed ne ſanguine quidem cōiunctiſſimis parcitis. quan/
doquidem eodem ordie habetis oēs. quos vlla vel mīnima animi offē
ſione oderitis. Offenſio autem iſtiuſmodi omnis nō ab emulatiōe
virtutis. q̄ charitatez mutuam. nō odium parit. ſed qḋ tua bona cū
venia dictum velim. partim ab auaricia. partim ab ambitione ma
nat. Que due pērnicioſiſſime peſtes in ciuitate iura diuina. omnia
humanaqȝ ꝑuertūt Harum vos inquā ſtimulis agitati. ꝑ omnem
impietatem facinoris. int̄ vos digladiamī. Et ita in oēs veluti de/
bacchamī. vt dicionē eccleſiaſticā in truculentā inmanēqȝ tyrāni
da mutaueritis. Nolite obſecro ꝑ tantā impotētiam diritatemqȝ
aīoꝝ latius ferri. Cohibete iam tandem odiū recordatiōe ciuilis ſo/
cietatis. Inijcite frenū ire. Perturbatiōi ratio dominet̄. An illud
fortaſſis eſtis obliti. Mihi vindictā. ⁊ ego retribuā: At illud ſaltē
memineritꝭ. hodie mihi. cras tibi Nec etiā vos latet. quāta muta/
bilitas ſoleat eſſe fortune. Quonā clauo. q̄ robore rotā ei⁹ ita ſiſta/

tis. vt vobis ꝑpetua ſit futura: Quo magis alludit. blādit. fauet co
fallit de īprouiſo magis. nocetq; acerbi⁹. Pręteā q̇b⁹ Jaſon ille phę
reus. aut leon. aut phalaris. aut clearc⁹. aut Nero vel mortu⁹ non
eſt odio: At clementia. D. Julij Cęſaris. Juſticia Traiani. pietas
Antonij. grauitas Alexādri ſeueri in dies magis magiſq; laudat.
Quę ab me ſidenti⁹ nūc ſcripta ſunt Marce vir clariſſime. hęc ami
ci oēs tui. q̄s Florētię ꝑmultos habes. et loquūt. ⁊ ſentiūt Sꝫ hęc
a me plurib⁹ fortaſſe. q̄ꝫ oportuit. Nec em̄ ipſe docend⁹ es. q̇ ⁊ iure
cōſult⁹. et vir ſapiētiſſim⁹ docē alios cōſueſti. Cęteꝝ vis amoris. vt
hęc audacter ſcriberē. eſt me cohortata. q̄ ſcio ꝓ tua ſingl'ari pruden
tia in bonā ꝑtē accipies Ua. ex Florētia. iij. nonas Decēbres. M.
cccc. xxix. ❡ Fanciſc⁹ philelfus Joāni lamolę ſal.

q Uod fieri certior ab me q̄ris. q̇d ipſe de me ſtatuerim. hoc ē.
manſur⁹ ne ſim Florētię in ꝓximum annū. an alio cōceſſur⁹
quid tibi reſpondeam. haud ſatis ſcio. Delectat me certe vrbs. dele-
ctāt ciues. delectat etiam cęlū ipſum. q̄d ad ꝓclara dexteraq; īgenia
vim plurimā hꝫ. Cęteꝝ terrēt me ciuiles diſcordię. quas hic nō mi
noris. q̄ꝫ Bononię vigere. ⁊ in dies inualeſcē magis aīaduerto. At
in ciuitate ſeditioſa. q̄ quies. quę tranquillitas vlla cuiq; eſſe queat.
Quin eo mihi magis hic. q̄ꝫ Bononię ciuilis diſcordię metuendę
ſunt. q̄d Bononiēſes tui ſibijpſis nocēt. ꝑegrinis autem fauēt oēs
At Florentię ſec⁹ omnia. Accedit ad hanc difficultatem. q̄d mihi
paratę ſunt priuatę quędam illoꝝ inſidię. qui virum hic doctū ne-
minem vellent quo ipſi inter luſcos oculatiſſimi viderentur. Jtaq;
omnino hinc mihi alio tandem migrandum eſt. ſi velim. ⁊ mihi. et
rebus meis ſalubriter eſſe cōſultum. Sed quoniam temporꝫ eſt ha
benda ratio. nūc mihi velificādum eſt pro ventorum flatib⁹. Quo
fit vt in proximum quoq; annum hic futur⁹ ſim. Uis autem peſti
lentię. q̄d noſſe vis. iā ꝓpe oīs cōtabuit. Uale ex Florē. kal'. No-
uēbrib⁹. M. cccc. xxx. ❡ Fran. phi. Joāni auriſpę ſal.

m Querūt mihi riſum litterę tuę. quib⁹ Macrobiū atq; dio-
nem quos cōmodato acceperas. repetenti reſponderis eos me tibi
dediſſe dono. quo tempore Conſtantinopoli ſum profectus ad re-
gem Romanoꝝ Sigiſmundū. Et ita niteris oratorie mihi ꝓba-
re tuū commētum vt niſi iuuenis admodū eſſem. me putarē oblitū
mei. At vereor. q̄m ſenectutē attigeris. ne ipſe obliuioſus ſis factus
nam ſunt. qui ſenectuti imbecillitatē memorię aſcribant. Ego em̄
memoriter memini, cū eſſem triremem prope inſceſurus: petyſſe te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

vt duos illos codices ad reditum vſq3 meum ex pānonia tuę fidei
cōmendarem: tutius eñ eos apud te futuros: q3 domi. Cum vero
Conſtantinopolim reuertiſſem: tu aberas in italia. Quod ſi poſtea
q3 in Italiam rediȷ: illos ſerius repeto: nolo ob id putes me eſſe obli
tum mei. Quare te rogo vt eos iure poſtliminiȷ vti ſinas qd tum
feceris cum liberi ad me reuerterint. Uale ex Florentia pridie Id⁹
Septembres. M.cccc.xxxi.

Franciſc⁹ philelfus. Leonardo Juſtiniano ſal.

c Um memoria mecum repeto magnitudinem atq3 crebrita
tem tuoꝝ erga me meritorum: nō poſſum non plane intelligere me
charum tibi olim iucūdumq3 fuiſſe Eſſe autem hoc tēpore haud ſa
ne aīaduerto. Adeo eñ me ſuſpenſum ⁊ ancipitem vſq3 tenet tuaꝝ
intercapedo litteraꝝ: dum nihil omnino reſpondes: vt aīm a me tu-
um alienū quodāmodo factū exiſtimem. Quę mea calamitas ſi for
te accidiſſet: id qd mīme omniu3 velim: nullo neq3 errato meo: nec
item tuo accidiſſe certo ſcio ſ3 inuidoꝝ dumtaxat ⁊ obtrectoꝝ mali
gnitatē ac pfidiā in cauſa fuiſſe nō debeo non exiſtimare: nā vt inqt
Sophocles προσ τοη ἐχονθ ὀφθηοεπει. Quare cū hi
viderēt me tua ſingulari beniuolētia atq3 caritate palam gloriari et
eam ducere perinde atq3 cuiuſdam foelicitatis loco: nō potuerūt ho
mines perditiſſimi p peſtifero ſuo animi liuore non vehemētiſſime
dolere. In idq3 maxīe elaborauerūt: quantū videoꝛ vidē: vt σ μι-
κροσ εγω μεγάλουσου χορισ σφαλερον πυρ-
γου ρῦμα πελωμεμετά γαρσου μεγάλοὺ βα-
ιοσ ἄρι δεδρωη. Quę quidem inſidię inuidentiū quanta me
ſollicitudīe atq3 moleſtia affecerit: potuiſti ex aliȷs nō nullis ſupio-
rib⁹ noſtris lrīs liquido pſpicē. Qd autem hoc tpe aliud ad te ſcri-
bā: habeo nihil niſi vt te rogē: atq3 obteſter: ne obtrectatorib⁹ ⁊ ma
liuolis aures pateſacias. ſ3 illū me ⁊ eſſe. ⁊ ppetuo futuꝝ erga te phi
lelfum arbitreris. q̇ nulla vnq3 animi gratitudīe didicit a quoq3 ſu
perari. Nā qualis ſp in te fuerim: iāpridē ⁊ pſpectū habes. ⁊ cogni
tū. Uale ex Florētia Nonis Januariȷs. M.cccc.xxxi

Franciſc⁹ philelfus. Joāni Lamolę ſal.

n E aut te aut alios: quos huc diſcendi gr̄a venturos ſignifi-
cas. ancipites teneam: ad proximū menſem Juliū maximo cū toti⁹
hui⁹ ciuitatis cōſenſu ac ſtudio cōduct⁹ ſum premio aureū treceno
rum quinquagenoꝝ in ſingulos annos pro toto triennio. cui⁹ qui-
dem ſtatuti tpis initiū eſt quītodecimo kal̕. Nouēbres. Qd tpis

curriculum· faciat deus optimus maximus. vt cum minima in me
moleſtia liceat percurrere. Uale ex Florentia kalendis. Auguſtis.
M.cccc.xxxi.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Nicolao arcimboldo iurecõſulto ſal.

e X qua die te Bononię primũ vidi: cum legatꝰ pręſtãtiſſimi
mediolanẽſium ducis Philelfi Marię illac iter faceres: tã
ta me tibi beniuolentia deuinxiſti: vt omnia me tua cauſa facturꝫ li
benter vltroqꝫ recoeperim. Et tu item cõtra mihi omnia tua ſtudia
et officia es pollicitꝰ Itaqꝫ tempꝰ obtulit: vt ipſe anteuertã: cum an
teuerti libentiꝰ vellem: quippe q̃ honeſta in re opa tua opeqꝫ vti ve
lim. Qui meas tibi lrãs reddidit: iuuenis eſt ſenẽſis ęneas Siluiꝰ
noīe. honeſta natꝰ familia: mihiqꝫ chariſſimꝰ: non ſolum qđ annos
duos meꝰ auditor fuit: ſꝫ etiam qđ ad ingeniũ acrimoniã dicendiqꝫ
leporem moribꝰ eſt ⁊ vrbanis ⁊ cultis. Cupiditate aũt ductꝰ viſen
di Mediolani ad vos venit. Quid multis hoīem tibi tãto ſtudio
cõmendo: vt maiore nequeã. Quicq̃d in hũc vel officij: vel opis cõ
tuleris: in meipſum collatũ exiſtimabo. Adhortationẽ autem illaꝫ
tuã neqꝫ ſum oblitꝰ. nec obliuiſcar quidem. Quin hac ipſa de re me
us ęneas iſte tecũ verbis meis q̃dã cõmentabiť. Uale ex Florentia
Nonis Nouembribꝰ: M.cccc.xxxi.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Antonio panhormitę ſal.

e Go mi Antoni mallem iſtic eſſe: vbi quietior mihi: vt exiſti
mo: vita offerrẽtur: q̃ꝫ florentię: vbi omnia ſunt tumultuaria ple
naqꝫ inuidię. Ad quod animi conſiliũ cum multi me hortanť: tum
Guarynus noſter in primis. Sũt mihi Mediolani amici nõnul
li: ſed Guarnerius Caſtellio: et Nicolaꝰ arcimboldus. et Aloyſius
Crotrus omnium primi Cum iſtis igiť velim: de re mea aliq̃d com
menteris: ⁊ qđ ipſi hanc in ſentẽtiam dixerint: ad me et q̃ꝫ primum
et q̃ꝫ diligentiſſime perferendũ cura. Nã ſi honeſta mihi cõdicio fu
erit oblata. eã non detrectabo. Uale ex Florentia. iij. Jdus Julias.
M.cccc.xxxij.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao Cardi
nali Bononienſi ſal.

t Domas ſarzanenſis vir perhumanꝰ ⁊ eruditus amplitudi
nis tuę ſecretariꝰ pater clementiſſime tuo nomine lrãs ad me dedit:
quibꝰ: quod mihi erat ſole (vt aiũt) clarius: nõ amice minus q̃ꝫ elo
quenter oſtendit: quanta ſit tua erga me charitas: dein monuit vt
tibi ſignificarem: q̃ꝫ me florentia delectat. Preterea ſiqua in re tua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

opera opeqꝫ vti velim:ſcriptorio calamo ne parcam. Te em̄ paratū
ſemꝑ fore:vt mihi benefacias. Et habeo tibi. ⁊ ago immortalis gra
tias pater humaniſſime:qđ ex qua die ꝓmum Bononię me vidiſti
ac tuam excepiſti in clientelā:te mihi patronū ſemꝑ:te patrē. te bn̄
ficū pręſtiteris. ⁊ id quidē nullis meis de te meritis:ſꝫ ſola tua mā-
ſuetudie atqꝫ benignitate. Imitat⁹ tu ſane eū:cui⁹ crucem ꝓ ſigno
geris Chriſtum maximū:qui vt cūctis mortalib⁹ benefacēt:ſibi ipſi
nō pepercerit. Nūc ad ea:q̄ verbis tuis mihi Thomas tu⁹ ſcripſit:
et de Florētia ꝓmū. Quem florētia min⁹ delectarit:is certe nulla bo
nitate floret. Eſt em̄ eiuſmodi vrbs florētia:cui tanq̄ꝫ Pādorę cui
q̄ꝫ dij omnes:vt ad poetas redeam:ſinguli bona ſingula dono dede-
rit. Nihil em̄ huic vrbi deeſt:qđ ad humanam accedat foelicitatē.
Cęterꝝ int̄ roſas etiam ſunt ſpinę. ⁊ in terra nihil eſt tam ex omni ꝑ
te ꝑfectum:qđ nō aliq̄d habeat:qđ offendit. Equidem vniuerſę ci
uitati ſum chariſſim⁹. Meqꝫ viri omnes boni ac pręſtantiſſimi ci-
ues ⁊ colūt. ⁊ faciūt plurimi. Nec eſt mihi apud florentinos optā-
dum quicq̄ꝫ qđ ſperare non liceat. Vix primarij ipſi ciues in reb⁹
etiam maximis pl⁹ habent auctoritatis:q̄ꝫ ipſe ego. Oēs mihi gra-
tificari ſtudent:obſequūtur oēs. Nihil ab me neqꝫ mea. nec amico-
rū cauſa fruſtra petit̄: Cęterꝝ quo magis valeo apud florētinos vel
autorirate:vel gratia:eo magis mihi cauendum eſt:nequid magni
mali inuidia mihi aliq̄n pariat. Sūt em̄ aliqui fucati lr̄is:q̄s mea ꝑ
ſentia idcirco plurimū turbat qđ ſperent:ſi ipſe abeſſem:ſeſe ī maio
re aliquo ꝓcio futuros. Itaqꝫ dignitati meę clam ſꝑ inſidiant̄ Qui
et ſi mihi nihil obeſſe p̄nt:metuendū eſt tn̄. Nā ingenia Florētina
acerrima ſunt. ⁊ in oēm ꝑtē ſtrenua. Quid multis: Niſi adhuc in
proximū annū publico docēdi muneri eſſem obſtrict⁹ operam darē
oīno:vt inuidię cederē. ⁊ in aliquē tutiorē portū ex huiōi fluctibus
me reciperem. Nam quanq̄ꝫ vniuerſa me Florētina reſp. ⁊ diligit
plurimū. ⁊ facit maximi:ea tamē eſt hoīm natura:vt nō min⁹ pau
ci atqꝫ imbecilli nocere poſſint:q̄ꝫ vniuerſa man⁹ potentiorū ꝓdeſſe
cuiq̄ꝫ. Miſerent̄ ſane omnes. ⁊ permoleſte ferūt:ſi cui bono viro in
ferat̄ iniuria. Succurrit autem nemo. Nec id de peregrinis ſolum
vſu venit:ſed de ipſis etiam pręſtantiorib⁹ ciuibus. Sunt:qui ſica
rios parauerint:per quos Nicolaum Buzanum virum primariū
in republica interimerēt. Detectis inſidijs:nō modo nullum de ijs
ſupplicium ſumptū eſt:qui ſicarios inſtruxerūt:ſed temptatū poti-
us:vt Nicola⁹ ipſe plecteret̄:qui et vir grauiſſim⁹ eſſet. ⁊ ī re publi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ca potentiſſimꝰ Nam ſicarij ferūtur inſtructi a duobꝰ ſoderinis fra
tribus Nicolao: ac Thoma iuuenibꝰ promptis et audacibꝰ: quo-
rum pater fuerat: vt vulgo dicitur. machinatore ⁊ auctore ipſo Ni
colao: publico iudicio obtruncatꝰ: quoniam eſſet inſimulatꝰ inijſſe
conſilium: neſcio quod: aduerſus remp. Qui ergo ipſe minus mihi
metuendum putem: qui et iuuenis ſim. ⁊ peregrinꝰ. ⁊ nullarum vi
rium: cum videam virum tantis fretum clientelis: tantis opibꝰ tan
tis factionibus in vltimum prope periculum adductum: quoniam
aduerſus ſontis cauſam perſequeret᷑: Nam alterꝰ factionis prin-
ceps dicit᷑ Coſimus medices. vir vt ſcis Florentinoꝝ omnium pecu
nioſiſſimꝰ. Eoqꝫ mihi res videt᷑ per mutua animoꝝ odia irritamen
taqꝫ ꝓceſſiſſe: vt nobiliſſima hęc Ciuitas nō admodum lōge abeſſe
poſſit in tātis ꝓcellis ac fluctibꝰ a triſti ⁊ miſerabili naufragio. Ac
cedit ad hāc mali ſuſpicionem: qđ ij qui liuore me atqꝫ odio īſequū-
tur ipſiꝰ Coſmi vtunt᷑ veulti patrocinio: At Coſimus quanq̄ꝫ videt᷑
amantiſſimꝰ mei: eiuſmodi tamē virum eſſe aīaduerto: qui ⁊ ſimu-
let. ⁊ diſſimulet omnia. Eſtqꝫ vſqꝫ adeo taciturnꝰ: vt ne ab ītimis
quidem familiaribꝰ ac domeſticis queat intelligi. At Laurentiꝰ hu
ius frater ingenio eſt ⁊ aperto. ⁊ leni: cui Coſmꝰ et ſi vir eſt grauiſſi-
mus: tamē vt audio: nequaq̄ꝫ audet aduerſari. Ego autem neutrā
pendeo in partem. Aeqꝫ omnibꝰ morem gero. Illudqꝫ Ciceronis
ſtudioſiſſime tueor: non oportere peregrinum in aliena republica eē
curioſum. Ceterum quoniam in naui obnoxia naufragio nemo po
teſt tuto nauigare: ego hinc q̄ꝫlibentiſſime abfuerim. Duo in Italia
loca ſunt: quorum alterutrū non inuitꝰ optarem Mediolanum. ⁊
Romana curia: ſiue em̄ apud Pontificem maximum: ſiue apud ī
clitum ducem Philippum mariam honeſtꝰ mihi daretur locꝰ: euꝫ
non modo nō reijcerem: ſed ceteris omnibꝰ iucūdiſſime preferrem:
atqꝫ amplecterer. Tenes tu pater reuerēdiſſime ⁊ ſtudia mea oīa. ⁊
cōſilium. ⁊ volūtatem. Quantū mihi prodeſſe poſſis. nō ſum igna-
rus. Quantum etiam velis: iampridem expertꝰ ſum. Que cum ita
ſint. clementiam tuam rogo etiam atqꝫ etiam: oroqꝫ: vt huic meo
deſiderio cōſulas. Quicq̄d ipſe de me ſtatueris: indubitato ꝓſequar
Operamqꝫ dabo: vt tua de me opinio te nunq̄ꝫ fallat Nam neqꝫ fi
dei vnq̄ꝫ deero: neqꝫ induſtrie. neqꝫ diligētie. Valeat q̄ꝫdiutiſſime
integritas ſanctimoniaqꝫ tua pr̄ clemētiſſime Tibiqꝫ certo ꝑſuade
me ita eſſe ī ptāte tua. vt oīa de me tibi polliceri queas. Ex florētia.
x. kal'. Octobres. Anno a natali Chriſtiano. M. cccc. xxxij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcꝰ philelfus. Thome Sarzanenſi ſal.

v A T tuis me humaniſſimis monuiſti lrīs: ſcripſi ad reueren⸗
diſſimum communem patrem Cardinalem tuū: immo meum: im
mo noſtrum: queq̄cūqꝫ honeſte tutoqꝫ ſcribi a me poterāt. Sꝫ tecū
loquar apertiꝰ: que tu ꝓ noſtra vetere ſummaqꝫ amicicia ita accipi
es tractabiſqꝫ: vt magis ī rem meam cōductura iudicabis. Nemo
Florētie fuit vnq̄: vt publice oēs p̄dicant: in quo vno ita: vt in me
vniuerſa ciuitas cōquieſceret. Omniū in me oculi ⁊ ſermones con
uerſi ſunt. Oēs me magni ducūt. Oēs tollūt ad coelum: Nemo ē
neqꝫ ex preſtantioribꝰ ciuibus: neqꝫ ex ipſa plebe: qui non mihi gra
tificetur omnia. At ipſe quo videor beatior: eo mihi metuo magis.
Qđ vt mihi accidat: duo ſunt in cauſa tum ipſa int̄ ſe ciuium ſedi⸗
tio: q̄ ⁊ maxima eſt: ⁊ periculoſiſſima: vt ex meis ad Cardinalē lrīs
potuiſti intelligere: tum inita inuidoꝝ aduerſus me cōiuratio. Ni⸗
colaum Nicolum noſti. Hic loquacior eſt. ⁊ leuior. At Karolꝰ ar
retinꝰ vt eſt verſuto occultoqꝫ ingenio. ⁊ eo plane improbo: ita mihi
clam maxime inimicꝰ. Is apud Medices plurimū poteſt. Vere⸗
orqꝫ ne illos obtrectationibꝰ ſuis ⁊ maledictis aduerſus me exul⸗
cerarit. Idqꝫ vt credā: plurime ſunt coniecture. Quare mihi tutū
nō eſt int̄ huiōi verſari inſidias. Proinde Cardinalē hortare: vt q̄
celerius poteſt: cōſulat rebus meis. Tu rem paucis tenes. Vale ex
Florentia kal. Octobres. M.cccc.xxxi.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Joāni Auriſpe ſal.

q Vo ī ſtatu poſite ſint res mee: nō eſt difficile iudicatu. Uni
uerſa hec ciuitas factionibꝰ tumet. Nec diu abeſſe poteſt: quin pari
at maximi quippiam mali. Preterea noſti quū mihi aduerſi ſunt.
Vbiqꝫ gentium malim eſſe: q̄ florentie. Vale ex Florētia. iij. Idꝰ
Decēbres. M.cccc.xxxij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Frāciſco barbaro ſal.

n Oſti iampridem: quanta mecum familiaritate atqꝫ beniuo⸗
lentia functꝰ eſt Antoniꝰ capanorenſis. Qui quanq̄ ſua ꝓbitate et
innocentia tibi debeat eſſe chariſſimꝰ: tamen vt mea etiam cauſa ali
quid cumuli accedat ad priſtinā tuam in eum benignitatem: te eti
am atqꝫ etiam rogo. Vale ex Florentia. iij. kalendas. Januarias.
M.cccc.xxxij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Joāni Auriſpe ſal.

m Ihi polluce meo vehementer eſt opꝰ. Itaqꝫ rogo te: vt eū
ad me ire q̄ primum cures. Nam illum tibi tantiſper vſui dedi: do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nec abs te repeterem. Quare fac: ne ſcd͞m hac de re ad te ſcribã. Va
le ex Florẽtia. iiij. kal'. Januarias. M.cccc.xxxij.

Franciſcꝰ philelfus. Ambroſio monacho ſal.

l Ittere mihi tuę ſemper gratiſſimę fuerũt. Indicant em̃ dilu
cide ab quibꝰ mihi cauẽdum ſit. Verꝫ vtar equidem more meo: vt ⁊
nemini noceam ⁊ laceſſitꝰ iniuria me virꝫ eſſe meminerim. Vale ex
ędibꝰ noſtris Florẽtię. xiij. kal'. februarias. M.cccc.xxxiij

Franciſcꝰ philelfus. Thomę ſarzanẽſi ſal.

p Lacuerũt: quę ſcripſiſti mihi verbis. Reuerendiſſimi com/
muniſqꝫ patris Cardinalis. Nec aliud quicq̃ꝫ habeo qd reſpondeã
q̃ꝫ maturato opꝰ eſſe. Nam hic omnia ſunt turbulenta. ⁊ mihi ne/
quaq̃ꝫ tuta. Cauſam tibi iampridem ſignificaui. Cura igitur ne fru/
ſtra mihi ſcripſiſſe iudiceris. Vale. Et me clemẽtiſſimo patri Car/
dinali ⁊ cõmendatũ. ⁊ carum reddito. Ex florentia. xiij. kal'. Apri
les. M.cccc.xxxiij.

Franciſcꝰ philelfus. Karolo Arretino ſal.

Vnt nõnulli. qui me monuerint. vt mihi a te caueam. Mo
liri em̃ te mihi. neſcio quas inſidias. vt q̃ eruditione. ⁊ pbita
ſte nequeas facinore mihi noceas. Sum equidem id miratꝰ. quod
neqꝫ deum metuens. nec hominũ famam tãto ſceleri te obnoxium
ſis facturus. pręſertim cũ nullam habeas iuſtam aduerſus nos cau
ſam. Non em̃ vicio dandum eſt ſi te doctior exiſtimor magiſqꝫ di/
ſertꝰ. ſed ingenio ignauięqꝫ tuę. qui ſi ita lr̃is ⁊ bonarꝫ artium diſci/
plinę operam dares: vt exercẽdo foenori ⁊ flagitio eſſes me fortaſſe
multo ſuperior. Nam qd iactites. ijs anchoris te munitum vt nul
los fluctꝰ. nullos turbines pertimeſcas. vidi ego perſępe tantũ eſſe
ventorꝫ impetum. vt nullę anchorę. nullum robur. nulla alia muni
mina ſatis ſint. quę validiſſimas etiam nauis tueant'. qua minꝰ ob
ruant' fluctuũ vorticibꝰ. ac patiant' deniqꝫ naufragium. Itaqꝫ pru
dentiꝰ feceris. ſi rationi malueris. q̃ꝫ perturbationi parere. quarꝫ al/
tera excutit ex hoĩm mẽtibꝰ tenebras inſanię. perturbatio vero lucẽ
ſapię. Tu de me Karole nihil habes. quod iure queas expoſtulare.
Nam neqꝫ publice. neqꝫ priuatim nocui tibi vnq̃ꝫ. Quin vt ſcis
nõnunq̃ꝫ es a me pulcherrime laudatꝰ. vel tum maxime. cũ a qui/
buſdam grauibꝰ integerrimiſqꝫ viris eſſem cõmonefactus te mihi
moliri inſidias. Id em̃ idcirco ab me factum eſt. vt aliquã do pude/
ret tui. atqꝫ reſipiſceres. Sꝫ quantum poſſum augurari tanta eſt
vis morbi: quo inuidentia te excruciat: vt nullꝰ neqꝫ humanitatis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

neqꝫ admonitionis remedijs ad ſanitatem redeas. Me tamē nul-
lę tuę mouebunt iniurię: quo minus pergam ſimilis eſſe mei. Va-
le Florentię ex ędibus noſtris Idibꝰ Aprilibꝰ: M.cccc.xxxiij.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao Nicolo
ſalutem dicit plurimam

e Go te Nicolae Nicole vel ex vſqꝫ Conſtātinopoli ex Chry
ſolora ſocero meo ſapiētiſſimo clariſſimoqꝫ viro: quo eſſes ingenio
quibus moribꝰ: ad vnguem didiceram. Cūqꝫ poſtea in Italiam re
uertiſſem: eadem ac etiaꝫ plura tum ex Guaryno veronenſi: tum ex
Joanne Auriſpa viris prudentiſſimis ⁊ apprime eruditis audierā
Nec deſtiti tamen ea pręſtare omnia: quibꝰ te mihi ſumma beniuo
lentia deuincirem. At nullis meis nec officijs: nec meritis potui te
alium reddere: q̄ꝫ eſſes ⁊ iam factꝰ: et diuturna conſuetudine con-
firmatus: quippe qui tibi magnę laudi ducas: ſi pręſtare id queas:
vt viri omnes docti ⁊ boni tua opera ⁊ induſtria Florentia extrudā
tur. Itaqꝫ gloriaris et Chryſoloram Florentia eſſe a te expulſum:
et Guarynum et Auriſpam ambos turpiter eiectos. Reliquū eſſe
Philelfum vnum: quem aut breui exulem facies: aut mali afficies:
Quid iſta ſibi tua velit oratio nō intelligo Non eñ eiuſmodi ſunt
nerui tui vt mihi quicq̄ꝫ poſſis incōmodare. Nam quod ad floren
tiam attinet: ego mea ſponte inuidię cedere inſtitui: non minis tu-
is: qui nullarum es virium: nulliuſqꝫ autoritatis vir: non metu po
tentioris cuiuſpiam cuiꝰ opibus audaciaqꝫ inſanis: ſꝫ vt viuam ip-
ſe mihi liber cum muſis. Vides tu ſane: niſi penitꝰ mentis lumini-
bus captꝰ es: q̄ꝫ vnus Philelfus vniuerſę ciuitati charus eſt ⁊ per-
iucundus. Nihil neqꝫ priuatim nec publice petitur a me fruſtra.
Si lapides ipſi loqui poſſent: omnes in meas laudes linguas ſolue
rent. Mihi gratificant omnes: quęcūqꝫ optarim. obſequūtur om
nes. inſeruiūt omnes. Quis vir bonꝰ ⁊ grauis cuiq̄ꝫ aduerſetur be-
ne ꝓmerito: promererique aſſiduiſſime ſtudenti? Velim mihi dicas
quod eſt erratum aduerſus te meum? Nonne omnibꝰ in rebus ti-
bi vſqꝫ morem geſſi? Quid habes: quod mihi des crimini? Num ſi
nis te virum iam decrepitū: ⁊ rerum humanaꝝ callentiſſimū ſedu-
ci a verſuta maleficaqꝫ vulpecula Carolo arretino? Nōne aīaduer
tis aliquando deprauatū perditiſſimi hominis corruptūqꝫ ingeni
um? An pateris eū vti te veluti inſtrumento quodam furoris ſui?
Reſipiſce: reſipiſce tandem. Cōſidera annos tuos. Quādiu nobiſcū
futurꝰ es? Qđ ſi nullū putares fore diuini iudicis vel p̄miū. vel ſup

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

pliciũ hoīm tamen de tua vita atq̃ morib⁹ exiſtimatio tibi verēda eſſet. Ego. qđ in me erit vt nunq̃ preſtiti. ita tibi p̄ſtabo nunq̃. nō modo inimiciciaꝝ: ſ; ne minime quidem vel ſimultatis. vel īdignationis materiam. Uale Florētie Ex edib⁹ noſtris Jdib⁹ Aprilib⁹ M.cccc.xxxiij.

Franciſc⁹ philelfus. Thome Senece ſal.

q Uod te mihi tam ſubmiſſe p lrās commendaris. tibiq̃ vt ignoſcerem. petieris. minime op⁹ erat. Nec eñ te latet equanimitas mea ꝛ quā ferre pfacile cōſueui hoīm iniurias. p̄ſertim eoꝝ. qui ſue nō ſunt ſpontis. Ego idem erga te ſum futur⁹. quem es iampridem ſepenumero expertus. hoc eſt ꝛ human⁹. ꝛ liberalis. Quare quocūq̃ in officio mea opa vti volueris. ſenties eā tibi nuſquā defuturā Tn ſi potes. aliqñ tecum habita. atq̃ reſipiſce. Uale ex florētia. xv kal'. Maias. M.cccc.xxxiij.

Franciſc⁹ philelfus. Cincio Romano ap'lico Secretario ſal.

q Uam mihi ſpem iampridem in vrbe Roma coram recepiſti. vt eā mihi perducas ad finem. te etiā atq̃ etiam rogo. Nūq̃ mihi crede. intermoriet apud me officium tuū. Noui bonitatem animi tui: noui integritatē. benignitatem pl'us expertus ſum. Scio: nō falles opinionē de te meā. Reliquū eſt. vt coepta perficias. Uale Ex florētia pdie kal'. Maias. M.cccc.xxxiij

Franciſc⁹ philelfus. Coſmo medici ſal.

i Mpiū illud eſſe hoīm gen⁹ arbitror Coſme medices. quorū artib⁹ atq̃ dolis labefactat ac ſoluit iucundiſſimū humane beniuolentie ꝛ amicicie vinculum. Nam ſi ex omnib⁹ animalibus homo ad ſocietatem maxime nat⁹ eſt. quis illū non putet ab omni nature inſtituto humanitateq̃ alienū qui aīoꝝ charitate cōiunctos. qua ſine ſocietas eſſe nulla pt. diſiūgere ſeparareq̃ conat: Cum pmū florentiā veni. nō expectaſti tu tātis opibus. tanta amplitudie vir vt te et iuuenis. ꝛ peregrin⁹ et paucis admodum cognit⁹ adirem prius. vt par eſſe cenſebam. idq̃ facere inſtitueram. ſed anteuertes p tua ſingulari modeſtia perbenigne me adiiſti. nullumq̃ preterniſiſti munus neq̃ optimi. neq̃ beneficentiſſimi viri. Ego item contra. quicquid in me erat vel obſeruantie. vel ſtudij. id omne detuli tibi. Neq̃ ſum vlla in re paſſus vnq̃ deſiderari abs te officiū meum. Jd certe probant cum alia permulta mei erga te beneuolētiſſimi animi documenta. tum pleraq̃ ſcripta mea. quib⁹ clariſſimum nomē tuum immortalitati apud poſteros cōmendaui. Quod eñ

maius mun⁹ prodire in te pō̃tuerit: ꝑſeuerauit ſemper ęquis: vt ita dixerim: lancib⁹ citro vltroqꝫ beniuolē̃tia noſtra: donec ob peſtilentię vim: qua vniuerſa hęc ciuitas cœperat laborare. Veronā̃ tuendę valitudinis gr̃a cum tota familia cō̃cęſſiſti. Vtinam ea omnis morbi cō̃tagio florē̃tię muris tanq̄ꝫ labyrintho quodam ſeſe occluſiſſet: neqꝫ longi⁹ peſtiferum virus ſuū̃ emiſiſſet. Sed longe ſecus videor accidiſſe. Duo em̄ te ſunt ſecuti: quorum anim⁹ omni eſt peſtilentia peſtilentior. Nicolaus Nicolus: et Carolus Arretinus. Horum tu cō̃ſuetudine vſus: min⁹ tibi cauens: ea es peſtiferi morbi cō̃tagione vſqꝫ adeo intercœpt⁹: vt iam tuę ſpontis haud eſſe videaris ſed perinde atqꝫ in ꝑtā̃te poſit⁹ aliena: ea ſi min⁹ facias / at aſſentiaris omnia: q̄ aſſentatores leuiſſimi: ac facinoriſſimi nebulō̃es voluerū̃t. An es oblit⁹ Coſme medices: q̄ mihi olim reſponderis an̄ tuam in vrbē̃ Veronam ꝑfectionē̃: quo tp̄e apud te q̄rerer ⁊ de Nicolao Nicolo: et de Carolo Arretino: qđ mihi clam detraherē̃t. qđ multa aduerſus me cō̃fingerent: qđ nihil aliud ſtuderē̃t: nihil molirent᷑ accuratius q̄ꝫ mihi incommodare atqꝫ nomen obſcurare meum. Ad ea tu ſane leuiter reſpondiſti ac ſubridens: non oportere inquiens mirari me: nec ęgre ferre Nicolai Nicoli detractionem: eo em̄ eſſe hominem ī̃genio: vt neminē̃ doctum viꝝ relinquat intactū̃ mordacitate ſua: quiqꝫ ne ſoli quidem ipſi parcē̃t: vtpote q̊ et Manuelem Chryſoloram ſapiē̃tem ⁊ ſummū̃ illum virū̃ barbam pedicuIoſam adhuc ſemꝑ nominet. et Ambroſium monachum: cui magis affect⁹ eſt: q̄ꝫ proprię aī̃ę: attonitum per cō̃tumeliam vocet. In Leonardum autem Arretinū̃ qualem ſe p̄ſtiterit: ipſi⁹ Leonardi ſ̄ eum īuectiua teſtimonio eſt. Quid em̄ comemorem aut Guarinū̃ aut Poggium: aut Auriſpū̃. quos quottidie maledictis inſequit᷑. Quo quis doctior eſt: aut eloquē̃tior: aut eruditior. aut melior vir: eo magis Nicolai cō̃uicijs ⁊ opprobrijs eſt obnoxius. Quare tibi ſubdidiſti: non modo non eſt dolendum: ſed lętandum potius: qđ in Nicolai maledicentiam incideris. Nam quanto is te magis vituperabit tanto apud grauis illuſtriſqꝫ viros laudabilior ſis futurus. De Carolo autem quod expoſtulas nollem tibi materiam expoſtulandi datam: idqꝫ magis eius q̄ꝫ tua cauſa. Nam vt tibi ille nihil obeſſe poſſit: cum nullam in ciuitatem autoritatem habeat: ita ſibi plurimum nocuerit: ſi Nicolai veſtigia imitabitur. Hęc tu mecum familiariter ⁊ perhumane locutus es. Meqꝫ es hortat⁹: vt omni in re ⁊ te: et tuis rebus omnibus non ſecus atqꝫ meis vterer.

Te enim omni in re ſemper affuturum mihi. Id quod tu certe face
re nunq̃ deſtitiſti. ante eam ſcꝫ. quam modo dicebam. veronenſem
profectionem. Te vero abſente ab vrbe. ſum omnia in republica. q̃
volui. ⁊ facile. ⁊ honorifice conſecutꝰ: Ubi autem florentiam reuer
tiſti idem Nicolaꝰ. et Carolus maiore quadam audacia aduerſus
me agere ſunt aggreſſi. Nam tuoꝝ. et Clientium ⁊ neceſſarioꝝ mu
niti factione. tantum efficere potuerũt. vt publica doctoꝝ omnium
ſalaria diminuerent̃. opinati ij ſane. ſi mihi quoqꝫ ex publica merce
de ſubtraherent̃. fore. vt ipſe neceſſario cogerer abire Florẽtia. vt qui
ſine magno ſalario vir. qui parcere pecunię nunq̃ didicerim florẽ-
tię ꝓ dignitate viuere nullo pacto poſſem. At hic videre tu Coſme
perſpicue potuiſti. q̃ vniuerſa ciuitas me diligeret. Diminutionē
illam conſtitutę pecunię doctores omnes tuoꝝ opera aſſenſi ſunt. ſi
ne id arte. ſeu vero fuerit factum. Solꝰ ip̃e rei indignitatem nõ ad
miſſi. Qui mihi incõmodaſſe arbitrabant̃. lęti atqꝫ exultantes per
vrbem ferebant̃. Putabãt homines ſtultiſſimi voto ſe potitos. ne-
ſcientes eſſe virtutem deniqꝫ apud omnes venerabilem. ⁊ eam eſſe
vim eloquentię. quę in liberis ciuitatibꝰ plurimum ſemper valeat.
Nondum ſecundꝰ pręterierat menſis. ex quo per dominos ⁊ colle-
gia. quę vocatis doctoribꝰ premia fuerant diminuta. cum ipſe veni
in ſenatum vbi cum pro re mea orationem habuiſſem. ⁊ moderatã
et ſimplicem. conſurrexere nonnulli familiares. ⁊ amici tui. ⁊ qui-
dam etiam ſanguine coniuncti. in quibus erat Julianus medices.
Auerardi patruelis tui filiꝰ. Hi ſane omnes aperto Marte cõtra
poſtulata mea perorarũt. quantum potuerũt acrius magiſqꝫ appo
ſite. Tum ego coactus ea neceſſitate. quam mihi res atqꝫ ratio affe
rebat. nulla item circuitione vſus. ita egi cauſam meam. vt non mo
do qui erant pro republica ⁊ decoro. ſed tui etiam ſere omnes ꝓ me
occulta ſuffragia reddiderint. Nam cum omnes in eo ordine ſint
ſeptem ac triginta in reddendis ſuffragijs. pro mea cauſa fabę nigrę
trigintaquattuor ſunt repertę. Qui quidem bene ſentiendum ani-
mus ac fauor etſi mihi fuit honorificꝰ. cauſam tamen pręſtitit ini-
micis vt ſe magis ad nocendum excitarent. Non multo enim po-
ſtea ambiendo. rogando. quęrendo. incuſando. monendo. adhortã-
do per omne humilimę ſubmiſſionis munꝰ tantum ſibi apud tuos
ſtudium vendicarũt. vt ſimulatione vtilitatis publicę viri quattu
or vt ſcis. declarati fuerit. quibꝰ pręcipuũ ius eſt permiſſum ad mo
derandam publicam omnem impenſam. Ii vero omnium ꝑmum

ſalaria queq̄ʒ litterature ⁊ diſcipline. vt rem inutilem ⁊ indignam
omnino abrogarūt: cum dicerēt non eſſe temp⁹ diſcendi: ſʒ belli ge
rendi. Que quidem res etſi omnib⁹ bonis ciuib⁹ viſa eſt indigna: ta
men q̄ animaduerterēt: eam ꝓbari atq̄ʒ laudari a tuis omnibus:
quieſcebāt etiam ipſi: ne in tuenda reip. dignitate aliq̄d paterentur
indignum. Sol⁹ hic Philelfus in tam florēti. tam magnifica vrbe
inuent⁹ eſt. qui cauſam nō publicam minus q̄ʒ priuataʒ ac ſtrenue
amplecteret̄ ⁊ fortiter. Nam ꝓuocatione vſus ad ſapiētes ciuita-
tis: q̄ vocant̄: abrogatio ea omnis ſapientib⁹ ipſis ꝑ viſitata. a ꝓſcis
vſq̄ʒ annis cōſuetudine demandatur publico decreto. At ij: vt erāt
viri grauiſſimi atq̄ʒ optimi: re mature ⁊ q̄ʒ diligentiſſime cognita:
qđ quattuor illi viri de impēſa ſtudij litteraꝝ diſciplinarūq̄ʒ libera-
lium abrogarāt: vanum eſſe atq̄ʒ fatuū decernētes: nō me ſolum: q̄
prouocaram: ſʒ etiam reliq̄s doctores omnis priſtine dignitati at-
q̄ʒ emolumētis cum ingenti toti⁹ ciuitatis leticia ac plauſu reſtitu
erūt. Tum inuidentium animi ardentiorib⁹ irarum ignib⁹ inflam-
mati: nō clam vt antea: ſed palam: ⁊ tanq̄ʒ aperto. Marte ī aciem
prodeuntes dictitare minitariq̄ʒ coeperūt non oportere poſthac vti
magiſtratuū adminiculis aut alicui⁹ obtentu iuris: ſʒ armis poti⁹
et cruore: cum ſubderēt turpe eſſe principem ciuitatis ab homīe pe-
regrino totiēs ſuperari. At quem vocāt illi ꝑncipem ciuitatis Coſ
me medices. Si te vnum illi nō vocant: quem alium poſſint: intel
ligo neminem. Nam ⁊ viri nobiles ceteri ſemꝑ mihi fauerūt: ac fa
uēt. ⁊ popul⁹ vniuerſus me plurimum diligit Tui vero. ſi ꝑ te licue
rit: nō modo mihi nō ſunt aduerſi: ſed maxime oīm ꝓpitij id qđ ex
oculis ſuffragijſq̄ʒ q̄nq̄ʒ patuit. Qđ ferrum autem cruorēq̄ʒ mi-
nent̄: nulla rōne adduci poſſum: vt credam te paſſuꝝ: vt quiſquam
potētia tua fret⁹ tantum ſcel⁹: tm̄ facin⁹ audeat machinari. Nam
ſine cōſenſu tuo pugna ſit aquile a graculis inferēda. Nō em̄ iſtos
pluris factur⁹ ſim: q̄ʒ pigmeos Hercules. Ad hec velim tecū aīo
volutes: quid in Nicolao et Carolo ꝑcipuū vides. quapropter abs
te mihi ꝑferendi ſint. Num ingeniū. num doctrina. num eloquen
cia. num moꝝ elegātia. num vite integritas Qđ ſi nō ita frequen-
to edis tuas. vt iſti quottidie faciūt. id occupationibus meis dato.
Scis em̄ publico docendi muneri ſatis me facere oportē. Preterea
pudor vite paraſitum me eſſe nō ſinit. Nō blandiri. nō adulari. nō
aſſentari vnq̄ʒ didici. Si q̄d me velis facere tua cauſa. modo me fe
ceris de tua volūtate certiorem. factum puta. Nihil ꝑfecto fruſtra

iuſſeris. Et priuſquã veniſſem Florẽtiam. diligebam te plurimũ.
Et Florẽtiam poſteaq̃ꝫ veni. in hãc vſqꝫ diem nullũ pretermiſi vn
q̃ꝫ officium amoris ſummi erga te mei. Itaqꝫ rogo te. atqꝫ obſecro
ne patiaris cuiuſquã inuidentiam plꝰ apud te valere. q̃ꝫ meam in te
et fidem. ⁊ obſeruantiam. Uale Florentie Ex edibꝰ noſtris kalen.
Maijs. M.cccc.xxxiij.

Franciſcꝰ philelfus. Ambroſio monacho ſal.

d Ere mea te multum habuiſſe ſermonem cũ viro clariſſimo
Coſmo medice. ⁊ eum de me amiciſſime ſentire vehemẽter gaudeo.
preſertim cum tibi. vt ſcribis. ſanctiſſime reſponderit mihi non mo
do nõ eſſe formidãdum mali quicq̃ꝫ. ſed ne cauendum quidem Nõ
eñ poteram nõ ſubuereri. ne quid aduerſus me inſidiaꝝ inſtrueret
Uerꝝ miror. quid Laurentiꝰ Coſmi frat. quotiẽs in me incidit. ſꝑ
obliquat faciẽ. ſalutatuſqꝫ a me. reſpondet omnino nihil. Sed qm
Coſmi fide debet mihi certiꝰ eſſe nihil. alioꝝ mores feram equo aio.
De diogenis aũt laercij verſibꝰ quod perurbane expoſtulas. ne mi‑
hi ſucceſeas. rogo. Nam partim occupationibus meis. partim ani
mi molestia ob cõtinuas inuidoꝝ in me inſidias factũ eſt. vt verſus il
los latinos facere. vt iuſſeras. diſtulerim in hanc diem. Sꝫ geram
profecto morem voluntati tue. idqꝫ prope diem. Diodoꝝ ſiculũ ad
te dedi. Uale Florentie. Ex edibus noſtris. vi. Nonas Maias.
M.cccc.xxxiij.

Franciſcꝰ philelfus. Bornio ſale iurecõſulto ſal.

e T te et vniuerſam familiam tuam. imo noſtram valere per
belle. libẽter accipio. atqꝫ deum oro. vt ita q̃ꝫ diutiſſime habeas. De
me autem quod ſcire cupis. in freto nauigo ſiculo inter ancipites
eſtuantiſqꝫ procellas. ⁊ turbulentiſſimos fluctus. Exiſtimarã Bo
noniam ſolam ciuilibꝰ factionibus diſſidere. Sed Florentia longe
magis diſcordijs ac ſeditionibꝰ feruet. Utinam huc aut veniſſem
nunq̃ꝫ. aut abire liceret pro dignitate. Sed neutrum mihi integrũ
eſſe video. Nuncius mihi fuit impedimento. quo minꝰ tibi potue‑
rim omnia explicare. Ignoſce. Uale ex Florentia. v. nonas Ma‑
ias. M.cccc.xxxiij

Franciſcꝰ philelfus. Frãciſco barbaro ſal.

a Ccoepiſſe te ſcrib mihi nõ cõmode eſſe florẽtie. ita ẽ ſane. vt ac
coepiſti. Idqꝫ quod recte auguraris. nulla mea culpa. Ad vos au‑
tem redire nondũ mihi ẽ integꝝ. Cũ licebit. te faciã meis lrĩs certio
rem. Nam totũ hunc annũ id quod permoleſte fero. obſtrictꝰ ſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

reipublicę Florentinę. Occupationes meę faciũt. vt tecum. hoc tẽ
pore longior eſſe nequeam. Uale ex Florentia. v. nonas Maias.
M.cccc.xxxiij.

¶ Franciſcꝰ phi. Leonardo Juſtiniano ſal.

l. Laudari abs te viro amiciſſimo eodemq; ⁊ ſapiẽtiſſimo ⁊ op-
timo conſilium meum quod me tandem ex vrbe Florentia tanq; ex
officina ſicariorum eripuerim non debeo non lętari. Ac feci id ſane
tempeſtiue. Nam ſi ad reditum Coſmi Medices in tanta gladio-
rum impunitate continuiſſem me Florentię. actum eſſet ⁊ de mu-
ſis ⁊ de Philelfo. Si enim qua tempeſtate inimicꝰ virium habet Coſ
mus. impune ſicarius eſt paratꝰ qui me trucidaret. q̇d factum tum
foret. quo tpe eiectis omnibꝰ viris optimatibꝰ. omne ius reipubli-
cę ad vnum Coſmum delatum eſt. Sum autem nũc Senę inter
humanos atq; bonos viros. Apud q̊s mihi cõdicio ꝓ temporꝝ for
tuna ſatis honeſta eſt. Soluũtur eñ mihi quotannis ex ęre publi-
co aurei quinquageni ac treceni quadringẽti quinquaginta in hũc
annũ mihi Florẽtię fuerant cõſtituti. ſ; malo minorẽ pecuniã quie
te ⁊ ſine vitę diſcrimĩe. q̃ȝ multo maiorẽ intꝰ gladios. ⁊ venena Ue
vrbi illi. q̃ tanto ampliſſimorꝝ ciuiũ ſplẽdore orbata eſt. Qđ autem
me hortaris. vt ad vos me recipiam. cõſilium de me tuum ⁊ ꝓbo. et
laudo id qđ etiam ſequar. cũ honeſte fieri a me poterit. Nũc enim
haut licet. Nã bienniũ Senenſibꝰ ſum obſtrictꝰ Uale ex Sena ꝑ
die kal'. februarias. Anno a Chriſto natali. M.cccc.xxxv

¶ Franciſcꝰ philelfus. Leonardo arretino ſal.

l. Lapus Caſtelliunculꝰ auditor ⁊ familiaris meꝰ renunciauit
mihi tuo nomine abitionem iſtic meam ⁊ permoleſte tuliſſe te. quo
niam priuatꝰ eſſes iucũdiſſima noſtra conſuetudine. ⁊ rurſus ꝓba
re. quia iſtic eſſe non poſſem ſine certiſſimo vitę periculo. adeo quoſ-
dã animaduerteras inuidię flãmis aduerſus me indies magis ma
giſq; ęſtuare. Utrumq; certe quod mihi ſignificaſti: pręſe fert per
ſpicuũ argumentum ſingularis tuę beniuolentię erga me. At ego
ſane mi Leonarde. quanq; libenter agebam florentię. tum ob alias
pleraſq; cauſas. tum etiam propter te eruditiſſimum et optimum
virum tñ eo magis ęquo animo florẽtia careo. qđ inter iſtos flores
multę viperę deliteſcũt ⁊ eę quidem venenoſę ac peſtiferę. Nec eñ
te latet. quanta moderatione animi quanta etiam patientia ſemper
tulerim inimicorum inſidias. Itaq; ne ſemper impendenti naufra
gio ſubiacerẽ. ex iſtis quottidianis ⁊ turbulentiſſimis fluctibus in

proximam Sene vrbis ſtationem hanc me recepi: vbi tam diu fu
turꝰ ſum: donec aliq̃s ſecūdior flatꝰ in tutiorem portū aliquem me
cōuexerit. Nam ne hic quidem ſatis tuto me agere poſſe video pro
pter iſtoꝝ ꝓpinquitatē: quibꝰ vitam meā odio eſſe aīaduerto Sed
hac de re ſatis. Tu velim me facias certiorē de omni tuo ſtatu. Va
le ex Sena. iiij. Idus Apriles. M.cccc.xxxvi.

Fanciſcꝰ philelfus. Albertho zancario ſal.

T recte quidem tu mi Alberthe et peramice facis: q̄d de me
nunq̄ꝫ deſinis aliq̄d cogitare. ⁊ agere: quod honorificum mihi ⁊ fru
ctuoſum ſit Conditio: quam mihi ꝓponis nomine tuę florētiſſimę
republicę talis eſt: vt eam non modo nō improbem: ſed et probem
potius ⁊ laudem. Cęterū breui reſpondebo tibi. Vale ex Sena pri-
die Idus Apriles. M.cccc.xxxvi.

Franciſcꝰ philelfus. Petro perleoni ſal.

ſ Ilentium tuū tam diuturnum tamqꝫ inuſitatum ſuſpicionē
mihi affert: neſcio quam Itaqꝫ ſi tibi bene eſt: vt ⁊ opto. et volo. ſcri
be ad me q̄ꝫprimum: quo tecū vna gaudeam. Sin ſecus eſt: id q̄d
minime omnium velim: ſcribe etiam mihi: quo tibi conſilio ſaltem
prodeſſe poſſim. Vale ex Sena. pridie Idus Apriles. M.cccc.
xxxvi.

Franciſcꝰ philelfus. Joāni franciſco gallinę ſalutem dicit pl.

c Um ſuperioribꝰ diebus ſplendidiſſimꝰ eques auratus Pe-
trus Michael Senenſium legatus iſtinc Senam reuer-
tiſſet. Barnabas humanꝰ ac modeſtus iuuenis: qui cum illo Me-
diolanum petierat: mihi verbis tuis renunciauit: bono vt eſſem a-
nimo ac fiducia. Fore enim: vt ad pauciſſimos vſqꝫ dies tua ⁊ hu-
manitate ⁊ opera: quod maxime ſemper concupieram: atqꝫ exop-
taram: tandem aſſequerer. Pergratum em̄ eſſe deſiderium ſtudium
qꝫ meum magnanimo iſti inuictiſſimoqꝫ prīcipi. Fuit profecto mi-
hi huiuſmodi nuncius iucundiſſimus. Expectaui igitur cōpluſcu-
los dies: rurſuſqꝫ expectarem: ſi vel per inimicorum Florentinoꝝ
inſidias: vel per calamitates temporum liceret. Sed vides tu: quā-
ta arte quibuſqꝫ conatibus hi perditiſſimi ⁊ facinoroſiſſimi homīes
qui florentię tyrannida nunc gerūt: cum alijs viris optimatibus
proſcriptis omnibꝰ: tum mihi in p̄mis vitam eripe moliūtur. Q̄d
eo facilꝰ ſibi factu fore arbitrant̄: quo ꝓpter loci ꝓpinquitatem me
oportuniorem habēt: in quē deſęuiant. Mouet me ſecundo loco nō
minꝰ aeris inclementia: quę in dies magis atqꝫ magis cum multo-

rum pernicie ⁊ interitu increbreſcit: incrudeſcitqꝫ. Fuerit igitur hu-
manitatis tuę. vt quod mihi iam pridem hac iter faciens coram re-
coeperas: nuperqꝫ vel nixius cõfirmaſti: iam tandem perſoluas Nã
quanq̃ꝫ munificentiſſimꝰ iſte princeps q̃ꝫ plurimis abundat ⁊ pru-
dentibꝰ ⁊ eruditis viris: tamen fideli ⁊ innocenti deeſſe nemini po-
teſt apud eum locꝰ. At qui ſi is vnꝰ eſſem: qui pro volũtate iter ca-
pere atqꝫ expedite poſſem: aduolaſſem ad vos iam pridem. Sed q̃
alijs voluptatem afferre conſueuit: familia mihi hęc tempore ſolli-
citudini eſt. Nam neqꝫ hanc deſerere debeo: neqꝫ mecum ſine certa
ſpe poſſum adducere. At ne dubitem quidem: ſiquid accuratiꝰ ela-
boraris: futurum. vt ⁊ q̃ꝫ primum et recte huic meę pientiſſimę vo-
lũtati tuo beneficio mos geratur Id autem ęque te velle pro tua hu
manitate ac poſſe exploratiſſimũ habeo. Proinde reliquũ eſt: vt cur
riculo tranſigas: omninoqꝫ cõficias. quod coepiſti. Hac vna re me
tibi ſummo ⁊ immortali munere deuinxeris. ⁊ animum in te meuꝫ
non ingratum experiere. Pudet me profecto hac de re pluribꝰ ad te
ſcribere: ne de tua vel beniuolentia in me: vel beneficentia erga om-
nes diffidere videar. Sed quę me vrgent intelligis Rogo te etiam
atqꝫ etiam: vt quicq̃d i me officij collaturꝰ es (es autem plurimũ)
breui id cõferas. ⁊ cum primũ facultas datur. Facultatem vero nõ
minꝰ conſilium ⁊ induſtria q̃ꝫ aut tempꝰ offerat: aut locꝰ. Et hac de
re ſatis. Erit cum hiſce litteris ſatyrica quędam exhortatio: verſibꝰ
a me ſcripta ad inclitum iſtum principem pro Genuenſibꝰ et exuli-
bus Florentinis. Hanc velim: cures is aut intelligat: aut ſaltẽ vide
at. Nec em̃ dubito: quam viderit: daturum etiam operam: vt intel
ligat. Uale ex Sena Idibus Aprilibꝰ. Anno a Chriſti natali die
M. cccc. xxxvi.

Franciſcꝰ philelfus. Antonio panhormitę ſal.

t Erentium: quem eſſe apud me voluiſti. illi ad te dedi. cui tu
per litteras dari iuſſeris. Lucretiꝰ: quem tantopere flagitas: ſi meꝰ
eſſet. continuo ad te iret. Sed de re aliena irrequiſito domino. nihil
mihi agendum exiſtimo. At non requiſiui modo. verumetiam ro-
gaui. atqꝫ oraui dominum eius Codicis vt ſineret me in re ſua libe-
ralem eſſe. Saxei eſt capitis ac plane inexorabilis. Nullo pacto in
duci poteſt. vt Neapolin Lucretius nauiget. veritus. ne qui ob po
culum amatorium furuerit: rurſus ſirenis parthenopes veneficio ĩ
tercoeptus. inſaniat. Uale Ex Sena. iij. Idus Octobres. M.
cccc. xxxvi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſc⁹ philelfus. Petro perleoni ſal.

q Uas vnas dediſti ad me lrãs. eo iucũdius lectitaui. quo diu
tius eas deſideraram. Et vt quę tibi ſec⁹ ac volueras. acciderũt moe
roꝛe me affecerũt. ita quę ex ſentẽtia contigerũt. mirificam mihi vo
luptatem attulere. Deus tibi coepta in dies magis magiſqꝫ ſecũdet
Tu interim facito. ne tibi ipſe defuiſſe videare. Dicteria Plutarchi
ad Traianum Ceſarem. quę in latinum vertimus. prope diem da
bo ad Joannem Cornelium hominem clariſſimũ. Et cum his ora
tionem quoqꝫ et acrem. ꝛ longiuſculam mittam ad te ꝛ quidem ta
lem. qualem non Poggius modo. ſed Coſmus etiam ipſe medices
multomagis doliturus ſit. Nunc vero ad id. quod petis. Cupis tu
quidem a nobis ſcire. an lachꝛyma aſpirationeꝫ admittit Reuocas
nos ad grammaticos. Mos tibi tamen gerendus eſt. Si vim na
turę rationemqꝫ attendimus. nulla conſonans in latinis dictioni
bus aſpiratur. Fecit tamen doctiſſimoꝝ hominum conſuetudo. id
qꝫ iam pridem vt quorundam verboꝛum conſonantes aſpirationeꝫ
reciperent. vt inchoare. pulchꝛum. ſepulchꝛum. lachꝛyma. Et id ſa
ne ob eam rem factum exiſtimo. quo eiuſmodi conſonans vehemẽ
tius ſonet. Tametſi inchoare ſi a chaos deſcẽdit. id quod non ab re
dictum a quibuſdam puto ab ſua ipſi⁹ origine aſpirationem ſeruat
Quod autem mones dictitare iſtic quoſdam nõ lachꝛyma eſſe apd
A. Gellium. ſed lacrina. ꝛ ita quodam in codice legiſſe te. profecto
codex iſte latrinarius quiſpiam eſt. Nam hi omnes quotquot in
tuſcia ſunt. Gellij codices. habent lachꝛyma non latrina. qui ꝛ emẽ
datiſſima ſunt. ꝛ iſtoꝛum omnium vt ita dixerim. parentes. Pre
terea duo me ad hanc rem plurimum mouent. quod et Rhomę in
quodam vetuſtiſſimo monumento. ꝛ in illo meo. quem noſti. de na
tura deoꝛum antiquiſſimo Ciceronis codice lachꝛyma ꝛ cum aſpi
ratione et per. y. tenue ſcriptum aduerti. Quo fit. vt etiam grecum
eſſe nomen. hoc eſt a greco ductum quod illi δάκρυον vocant
nequaqꝫ dubitem. Quod autem. d. in. l. mutata ſit nihil eſt. quod
miremur. Nam et l in d. et rurſum d in l. plerumqꝫ mutari inui
cem conſuerunt. Quippe et μελετᾶν meditari dicimus. et al
lido pro atlido. et mediuſfidius pro eo quod eſt per iouis filium.
Uidemuſqꝫ apud vetuſtiſſimos latini eloquij auctores nonnunqꝫ
lachꝛuma pro lachꝛyma vſurpari. Nec id ea ratione. qua optum⁹.
et maximus pro optimus. ꝛ maximus dicit̃. ſed potius vt fuga pro
φυγά tu pro τυ, mus pro μῦς, ſus pro σῦς, thus pro τῖς. et id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

quidem dorenſium more. qui pro. y. proferre. u. conſueuerũt. q̄zuis
placuerit et Uarroni et Priſciano nomen hoc non a gręco. ſed a la
tino verbo quod tundo eſt deriuari. cupientibꝰ ijs quidem. vt exiſti-
mo. blandius hac via latinis vti: quibus admodũ gratificari volue
rũt quaſi noſtris etiam armis ius noſtrũ tueri poſſimꝰ. Si q̇s au-
tem mireť quur lachryma aſpireť: Δάκρυον ſit inaſpiratũ: repe
tat memoria ipſe ſecum etiam αγκυρα και τροπαιον. και
πυτιοσ apud gręcos non aſpirari. At anchora: et trophęum. et
phyrhius apud nos vulgo aſpiranť. Idemqꝫ ⁊ in horcꝰ ⁊ in lurcho
intueri licet. ὅρκοσ en̄ nunq̄ꝫ aſpirant gręci: nec itidē λάρκοσ
qđ eſt cophini genus: vnde lurcho deductũ eſt. Fit id inquã ſępe: vt
valentiꝰ ſonet dictio. Nec in conſonantebꝰ ſolum: ſed in vocalibus
quoqꝫ inuenias idem obſeruatũ. Sic mihi dictum eſt. ſic ahenũ. ſic
hallucinari. ſic honus. ſic honuſtus: qđ tn̄ permulti nõ volũt ab ho
nus. ſed ab honos deſcendere. ſic helluo ⁊ helluari. qđ ab edo manat:
ſic vęhemens qđ ex vę ⁊ mens componi arbitror: tametſi vęhemēs
eo quidam dictũ velint. qđ vehatur eminentiꝰ Permultaqꝫ huiõi
inueniri licet. quibꝰ eruditiſſimoꝝ vſus. qui ip̄e rationem facit. aſpi
rationem ſuo quodam iure addiderit. Itaqꝫ non eſt mirandũ tra-
here ⁊ vehere aſpirari. Fit en̄ non ſolũ differentię cauſa. vt quibuſ-
dam videť. ſed etiam magis vt augmento ſpiritꝰ ſonantiꝰ proferan
tur. ſicuti etiam in pręhendo. vęhemens. aha. vaha. ohe. et in ſimili
bus patet. Nam cohors a cohortando diciť. nihilum vero ex ni et
nihil compoſitũ eſt. Sed de his hactenꝰ. Quod de ſtatu noſtro cer
tior fieri cupis. Nos hic valemus recte. Et cõmode Senę ⁊ hone
ſtiſſime agimꝰ. Id vnũ eſt. quod virtutem ocioſam eſſe non ſinat.
Quottidie puccini homines impuriſſimi per veneficos ac ſicarios
vitę noſtrę inſidias tendũt. Ego autem non modo intrepide me cõ
ſtanterqꝫ defendo. ſed omni etiam cura. ⁊ induſtria molior. efficior
qꝫ. vt permagno ipſi detrimēto pernicieqꝫ premanť. ac extremo cõ
ficianť exitio. Id qđ breui diuina benignitate futuꝝ ſuſpicor. Qua
in re illud eſt. qđ me vnice perturbet Uenetos iuſtiſſimos ſanctiſſi
moſqꝫ viros. quibꝰ omnia iure debeo. puccinoꝝ ſocios appellari. ſi-
qua fortaſſe rationi ⁊ conſtantię cũ temeritate ⁊ furore. ſi fidei cum
perfidia. ſi pietati cũ ſcelere eſſe ſocietas vlla poſſit. Uale ex Sena.
Idibꝰ Sextilibꝰ. M. cccc. xxxvij

Franciſcꝰ philelfus Leonardo Iuſtinia
no ſalutem dicit plurimam

n Eſcio quo tandem iure te adeo affirmaris.vt cõtra omne vl'
amicicię.vel humanitatꝫ ius meos mihi libros ac veſtis nõ
reſtituas.Tuę em̄ iuſticię fuerat. qui te iuſtinianum cognomines:
vt q̄ apud te depoſuerā:mihi ꝑ tua fide tuaqꝫ innocētia reſtitueres
Quare ꝛ hortor.et moneo:ne me diuti⁹ vana ſpe ludas:ne iniuria
me afficias:ne me veteris amicicię noſtrę obliuiſci cogas. Uale ex
Sena. Idib⁹ Sextilib⁹.M.cccc.xxxvij

¶ Franciſc⁹ philelfus. Lapo Florētino ſal.

p Etis a nobis:qui apud Homerū verſus ille intelligat:quo
Agamēnon veluti cōuicio a Calchante acerbius laceſſit⁹ reſpōdet
βούλομεγὼλαον σοονὲμμεναι ἠἀπολέται. Di-
cis em̄ Ambroſium monachum ita interꝑtatum volo ego populū
ſaluū eſſe:aut populum perire. Et inepta hęc ſane interꝑtatio eſt et
falſa. Subdis Carolum codrum interꝑtatum aliter:quippe q̄ ab
Ambroſio diſſentiens ita expoſuerit:volo ego populum ſaluū eſſe:
aut meipſum perire. Et inepte is rurſus ꝛ praue Errat autem vter
qꝫ. Ac ne id quidem mirum:nō em̄ ij ſunt:qui grecę orōnis ſignifi-
cationem.ꝓprietatem differētiam.elegātiam teneāt. Et vt reliqua
omittam :is omnis error eſt inde:qđ illi⁹ dictionis η ſignificata nō
norunt. Significat em̄ vel ſignificat an.ꝛ hęc quidem vulgo. Si-
gnificat item q̄ꝫ:pro vt eo ī compatiuis aduerbijs vtimur. ꝛ quem
admodum apud nos q̄ꝫ ſignificat interdum ꝛ nō :ſic etiam hoc lo-
co η cū tenui ſpiritu ꝛ accētu graui ſignificat ꝛ non. Reſpondet em̄
Agamēnon velle ſe populi ſalutem ꝛ nō perniciem atqꝫ interitum.
Qđ quidem ſi minus Philelfi auctoritati ſtare dereueris: et apud
Ariſtarchum. ꝛ apud Ariſtotelem. ꝛ Apud Porphyrium cōmen
tatores in Iliada eodeſq̄ꝫ diligētiſſimos doctiſſimoſqꝫ viros ꝑdiſcē
plane queas. Queris ſecundo loco:an ἀεὶ aliud q̄ꝫ ſemꝑ ſignificet.
Nam eoſdem Ambroſium et Carolum affirmare eam dictionem
aliud prorſus nihil q̄ꝫ ſemꝑ ſignificare. At inueniſſe te plerūqꝫ apđ
Thucydiden eandem ipſam dictionem ἀεὶ.quę eiuſmodi ſignifica
tum recipere nullo modo poſſit. Recte tu quidē dubitas:ſignificat
em̄ non ſolū ſemꝑ :ſed quādoqꝫ diu: vt Homer⁹ ἐχωνκότον
ἔμμενεσ αἰεί. Et ſophocles ἐλελοιπότα κεῖναυτον
ἀεὶ βιότου ἐξεπίστασο.hoc eſt diuturnam ſenectutem:diu
turnam vitam. Quādoqꝫ autem ſignificat vſqꝫ:vnde Thucydides
in prohemio ουτωσ μενουνμοι δεῦραει τεινει λό-
γοισ. Quas quidem eaſdē ſignificatiōes inuenias vſqꝫ apud nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

habere. Uale ex Sena ṗdie Nonas Septẽbres. M.cccc.xxxvij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Ambroſio monacho.
ſalutem dicit plurimam

r Eddite mihi ſunt lr̃e tue quas vidi libenter. ⁊ legi libentiſſi
me. Qđ aũt ſignificas meas ad Lapũ lr̃as Florentię interceptas
incidiſſe in man⁹ tuas. ⁊ in ijs lectitaſſe te meam in exponẽdis dicti
onib⁹ quibuſdã grecis ſentẽtiam: quam mĩme rephendas ſ; meum
in te cõuicium egerrime tuliſſe. Fateor lr̃as a me ſcriptas. ⁊ eas di-
ctiones expoſitas. Qđ autem cõuiciũ putas: cauillũ fuit: quo ꝓpte
rea ſum vſus: vt animaduerterẽ: q; equo aĩo latur⁹ eſſes: qđ vel iure
ac vero dici mordacius ĩ te poſſet. Nõ igit̃ vitio des: ſi ego ſummis
iniurijs ⁊ cõtumelijs laceſſit⁹: familiarib⁹ iſtis tuis ⁊ orationib⁹ et
ſatyris par pari vt dicit̃: retulerim. Qđ autem polliceris te meũ et
eſſe: ⁊ forte: gaudeo. Nulla in re deſiderabis officiũ meum. De Coſ-
mi medicis in me aĩo nihil eſt: qđ min⁹ credam. Nam q; me ſit exo
ſus: iam ṗdem expert⁹ ſum. Iſtius in me beniuolẽtiam Philipp⁹ ſi
cari⁹ declarat. Itaq; de recõciliãda gr̃a mihi poſthac ṽbum nullũ
facito. Sicis ipſe veneniſq; vtat̃. Ego aũt ingenio ⁊ calamo. Ua-
le ex Sena. kal'. Octobrib⁹. M.cccc.xxxvij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Ambroſio monacho ſalutem dicit

p Aucis reſpondebo tuę ꝓlixiori epiſtolę. Ego amiciciam Coſ-
mi medicis nolo: inimicicias cõtemno Nam ⁊ infenſi animi
ſimulata beniuolẽtia nihil eſt pernicioſi⁹: ⁊ ego ita prudentię armis
muniui me: vt nullas inſidias pertimeſcã. Uale ex Sena. v. Idus
Decẽbres. M.cccc.xxxvij.

¶ Frãciſc⁹ philelfus. Mediolanienſiũ ac Ligur̃ principi Philip
po Marię Anglo. ſalutẽ dicit plurimã.

ſ Unt qui Alexandr̃ regem Macedonię magnũ illũ eo ma-
gis laudãdum cenſeãt: qđ alium neminem neq; viderit: nec
audierint: nec legerint: quem vlla cũ illo liberalitatis ac munificen-
tię: vel magnitudĩe vel ſplẽdore comparãdum eſſe arbitrent̃. Et ꝓ
fecto nulla oĩno alia virt⁹ eſt: q̃ magis ſummis viris ſingularem ho
minum beniuolentiam paret: ac ſeruet: q; opportuna q̃dã ⁊ eximia
beneficẽtia. Qđ quidem ꝓpterea fieri exiſtimo: q; tãta ſit pręſtãtis
hui⁹ diuineq; ṽtutis raritas: vt vix tandẽ rariores phoenices putẽ
ſiquis tãdem phoenix eſſe poſſit Atqui quãto aliq̃d in bonis rarius
ſit: tãto eſt pulchrius. tãto admirabili⁹. tanto carius. Cogitãti igit̃
de te mihi ⁊ immortalis tuas inauditaſq; virtutes animo volunta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ti non ſolum Alexander omnium litteris atqꝫ ſermonibꝰ celebratꝰ
plane abſolere:ſed omnis etiam humani generis memoria:omnis
ętas videtur indigna:que cũ vllꝰ tecũ excellentię laudibus confera
tur. Ut enim reliquas virtutes tuas quę multiplices ſane ꝛ obſtu-
pendę ſunt omnes:in pręſentia omittam:quantum hac iſta illuſtri
munificentiſſimi regaliſqꝫ animi tui pręclaraqꝫ virtute mortalis ce
teros ſuperes:atqꝫ longiſſime anteeas:ſatis ſuperqꝫ teſtantur incli-
ti Aragonum reges ꝛ tot pręterea ac tanti illi. et ex vtraqꝫ Hiſpa-
nia. et ex Italia. et ex Sicilia principes inuictiſſimiqꝫ duces:quos
ad Caietam nuper vna fœlici illa ꝛ maritimi et terreſtris pręlij for
midabiliqꝫ victoria in triumphum egeras:imo cum in triumphū
agere non ſecus poſſes q̃ꝫ deberes. non modo non egiſti:ſed ijs ho-
noribus. et ſplendidiſſimis muneribꝰ cumulaſti:quibus nihil eſſet
illuſtrius. nihil magnificentius. nihil deniqꝫ regalius. Adeo vt qui
ſeruitutem perpetuam iure optimo metuiſſent:non modo ſe liberos
tua benignitate. ſed multo maioris potentioriſqꝫ factos intellexe-
rint:quam vnq̃ꝫ antea fuiſſent. Quis igitur fuerit ita ſaxeus. ita fer
reus. ita omnis humanitatis atqꝫ ſenſus expers:qui minus ijſce te
laudibus proſequendum exiſtimet:quę et inuſitate ſint ꝛ apprime
immortales? Sed quid nunc pręterita:quid aliena commemoro:
ea pręſertim:quę et multa dicendi volumina expetunt. ꝛ de quibus
nulla gens. nullę litterę. nulla poſteritas conticeſcet? De meipſo ha
bendus eſt ſermo:hoc eſt de pręcipua facilitate erga me tua liberali
tateqꝫ ſingulari. Redditę enim mihi ſunt ad tercium Idus quin-
tiles perbenignę litterę tuę:quibꝰ tum debitam meam erga te fidem
atqꝫ obſeruantiam magnifacis:mirificeqꝫ extollis. tum vt ad te ve
niam:ac munificentiam tuam pręſens experiar:q̃ꝫ humaniſſime in
uitas:q̃ꝫ ſtudioſiſſimeqꝫ hortaris. Que res quantam mihi attu'e-
rit voluptatem:vel fœlicitatem potius:non facile expreſſerim. Ui
ſus ſum em̃ deum teſtor:tuis litteris deũ aliquem audire. Pro quo
tuo tam benefico. tã excelſo erga me animo:quid referam:quid pol-
licear nihil habeo. Nam meam fidem ꝛ pietatem iam pridem dedi-
caui tibi:ac deuoui. Itaqꝫ ſi vitam. ſi animum tibi meum deditum
eſſe aĩaduertis:quid eſt:qđ hoc tp̃e vel te. vel beneficẽtia tua dignũ
recipe ab me queas? Ni fortaſſe illud deſideraris. ne patiar tantam
hãc iſtam ꝛ tam excellentẽ benignitatem tuã:vbi ea minꝰ vtar:fru-
arqꝫ:perituram in ventos. Qđ ingratitudis teterrimũ crimen ne
vnq̃ꝫ mihi obijciendũ ſit; vtar equidem iſtiuſmodi tua beneficentia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ac fruar ⁊ libenter. et tempeſtiue. Nam q̄d mihi gratius poſſit diui
nuiſue cõtingere. ꝗꝫ vel tua vti benignitate. vl' tuo aſpectu frui- quē
ęque atqꝫ numen aliqđ in terris colo: Cū primum igit' licuerit per
eas occupatiões: quibꝰ publico munere ſum obſtrictꝰ. ibo ad te. Va
le ex Sena. Idibꝰ quintilibꝰ. M.cccc.xxxviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Joanni Palęologo
Regi imperatori Romanorum ac ſemper
Auguſto. ſalutē dicit plurimā

g Recę prius reſponderam gręcis lrīs tuis. Nunc latine tibi
locuto per litteras latine reſpondeam: neceſſe eſt. Vellem equidem
liceret mihi obire. quod iubes. Nam nihil eſt apud animū meum
antiquius ꝗꝫ tuę obſequi volūtati. Cui nihil eſt. quod poſt deum nõ
debeam. Tua in me multa cum apud te Conſtantinopoli agerem.
et maxima beneficia nulla vnq̄ꝫ deletura eſt obliuio. Quibꝰ me mu-
neribꝰ non donaſti: quibꝰ honoribus non ornaſti. Verum quod fie
ri non poteſt. qui ab me fiat. ignoro: Sum annuo munere Senen
ſibꝰ obligatꝰ. Si ante cõſtitutam diem decederem. fidem meam de-
ſiderarēt. ſibi verba data dicerēt. Qđ ais daturꝫ te operam. me fide
Senēſes liberent. Non eñ exiſtimare te futurū. vt hi tam pio vni
onis. quam vulgo nominant. operi aduerſent'. quin potiꝰ cum me-
iſtic pñtia ob interp̄tandi munꝰ tam vehementer ſit opꝰ. nec alius
quiſquā ad rem tantam ſatis idoneꝰ reperiat'. acceſſum iſtuc meum
facile ⁊ ęquo animo patiant'. ſoluerent me fide fortaſſis. ⁊ abire Se
nenſes paterent'. Nec petenti tibi aduerſari auderent. Ego autem
hominū animos ⁊ in cute. ⁊ intꝰ noui. Arte me vſum vel occultis
iudicijs iſimularēt. Aut cupiditatis. aut leuitatis accuſarēt. Qua
re noli obſecro rex optime. et Imꝑator maxime. quod multis meis
permagniſqꝫ laboribꝰ et fidei mihi. ⁊ grauitatis nomē ab ineūte ęta
te vendicaui. id breui maxima cum labe amittam. Adde etiam. qđ
ne iſtic quidem eſſe ſine vitę periculo vnq̄ꝫ poſſim. Nam hi qui nūc
Florentię tyrannida gerūt. ſunt mihi vehemēter infenſi. Idqꝫ nul
lam ob meam culpam. ſed ob id dūtaxat. quod me viris optimati-
bus quos patrio ſolo exterminarūt. affectum impuriſſimi homīes
norant. At quātum Coſmus medices factionis princeps reliqui-
qꝫ puccini apud Eugenium valent ⁊ opibꝰ. ⁊ gratia. poteris cū vo
les. nõ obſcure perdiſcere. Ita vt et ſalutis. ⁊ incolumitatis meę ra
tionem habeam. te nõ velle modo. ſed etiam iubere non ſum neſcius
Qđ hortaris Joannem mariū filium ad te mittam. faciā id quidē

nequaqꝫ inuitus. Quid enī mihi optatiꝰ cedere poſſit. qꝫ meū dilectiſſimū filium vel hoſpicio tuo. vel diſciplina vti: qui oīm Chriſtianoꝝ principū ⁊ dignitate ſis maximꝰ. et ꝟtute primariꝰ. Uale mi Auguſte. Et me illū fore tibi pſuade. quo cū voles. ꝓ tuo iure omnibus in rebus vſurus ſis. Ex Sena. xij. kal. Septembres. M. cccc. xxxviij.

Franciſcꝰ philelfus. Eugenio quarro ſummo pontifici ſalutem.

m Eus erga te animꝰ ⁊ integerrima fides pater ſanctiſſime eē tibi debet permultis argumentis iam pridem ⁊ perfecta ⁊ cognita. Quare ſi hoc tpe minus pſto. qđ iubes. nō mutatę meę in te voluntati. quę eadem eſt q̄ ſemꝑ fuit. ſed neceſſitati potiꝰ dato. Nō enī te fugit. quo eſt in me aīo et Coſmꝰ ipſe. ⁊ factio Coſmiana. Sine maximo meo vitę diſcrimine diutiꝰ iſtic verſari nō poſſem. Quod aūt mones. tuę fidei credam me. credo equidem. Scioqꝫ tua fide. tuaqꝫ ſanctimonia nihil innocentiꝰ: nihil conſtantiꝰ. Uerum inimicorū proditorūqꝫ perfidiā iam pridem expertꝰ ſum permagno meo cum incōmodo. Patere igiꝉ obſecro. vt bona tua cū venia vitę meę ac ſaluti cōſulam. Non enī in tāta eruditiſſimoꝝ ⁊ diſertiſſimoꝝ hoīm copia. qui ⁊ grecę latine. ⁊ latina grece ꝑpulchre interptenꝉ. tibi deeſſe poterunt. Uale ex Sena. iij. Nonas Septembres. M. cccc. xxxviij.

Fanciſcꝰ philelfus. Senatui ⁊ populo peruſino ſal.

e T humanitatē erga me veſtrā vehemēter amplector. ⁊ liberalitē maximi facio. Doleo aūt. ⁊ permoleſte fero. qđ his tēporibꝰ litterę mihi veſtrę reddite ſint. quibꝰ iam alijs fidem dederā. Hāc vero inuiolatā vt pręſtē. ⁊ ipſe cogor. ⁊ iam vos itentidem velle nō dubito. Qđ ſi tēpeſtiue veſtrę ad me litterę aduolaſſent. eēm profecto deſiderio veſtro. incredibili mea cū voluptate obſecutꝰ Ornaſſemqꝫ veſtram iſtā ſplendidiſſimā iuuētutem ꝓ virili parte nō modo eloquēdi. ſed etiā viuendi laudatiſſimis artibus. Quoniam igiꝉ honeſtatē cauſę intelligitis. ignoſcite mihi. ſi minꝰ hac in re expectationi veſtrę reſponderim. Ualete ex Sena. Idibꝰ Septembribꝰ. M. cccc. xxxviij.

Franciſcꝰ philelfus. Senatui ⁊ populo Bononiēſi ſal.

i Ngratꝰ certe ſim. ſi tot a vobis ⁊ lr̄is. ⁊ nūcijs īuitatꝰ vt pulcherrimis. ⁊ ampliſſimis ꝓpoſitis p̄mijs apud vos annuum oratorię. ac philoſophię tradēdę munꝰ. qꝫ apud alios hac tēpeſtate

obire malim ingrat⁹ ſum inquã ac ſummope accuſand⁹. ſi min⁹ vo-
bis in amore reſpondero. Alia duerto em̄ non ſine icredibili quadã be
niuolẽtia aduentũ vos meũ tam mirifice cupere. Non em̄ is ſum.
cui⁹ in vrbem veſtrã aduẽtu acceſſio vlla nobiliſſimo laudatiſſima
rũ oĩm artiũ diſciplinarũq; gymnaſio iſti v̄ro fieri queat. Sz quã
tũ intelligẽ cõiectura poſſum: meũ erga vos veſtrãq; remp. pietatẽ
vel ex eo vſq; tp̄e vobiſcũ repetitis quo iã anno vndecio ꝛ ampli⁹ p̄
mũ Bononię docui. Ac ꝑfecto nihil in hãc diẽ mihi Bononia gra
ti⁹: nihil iocũdius viſum eſt. Nec me recẽs hęc inuaſit opinio. Idẽ-
tidem em̄ iudicaui ſp. Sz reipublicę iſti⁹ veſtrę vehemẽtiores pro
cellę: turbulẽtiſſimiq; fluct⁹ qui ꝑ id tp̄is cõtinuo ſunt ſecuti. inui-
tũ me iſtinc renitentẽq; eiecerũt. Verent᷑ muſę naufragiũ. quietẽ
amant oderũt tempeſtatẽ ac fragorẽ oẽm. Quãobrẽ cũ pacata vos
rep. trãquillaq; ciuitate vti intelligo. ꝛ veſtrę gratulor. ꝛ meę lętore
foelicitati. Habeoq; imortali deo ſempiternas grãs: qd meis de vo
bis optatis fortuna tandẽ reſponderit. Quę res facile me induxit:
vt veſtro deſiderio ſatiſfaciã. Propediẽ igit᷑ ad vos veniã ea animi
ſententia: vt futur⁹ tamdiu apud vos ſim: quoad ꝑ Philippũ Ma
riã anglũ cui ſponſione fidei ſum obſtrict⁹: mihi eſſe licuerit. Valete
ex Sena. Idib⁹ Septẽbrib⁹. Mcccc.xxxviij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Antonio panhormitę poetę ſalu.

b Ononię hoc ſemeſtri futur⁹ ſum: hoc ẽ a kal'. Ianuarijs ad
kal'. Quintiles: tãetſi añ kal' Ianuarias Sena decedere nõ
poſſum. Decreuerũt aũt nobis Bononiẽſes in id tp̄is ducatos qua
dringẽtos quinquagita: quod premiũ antehac nemini vnq̄z non
Bononię mõ. ſed neq; vſquã in Italia cuiq; datum eſt. Id qd tibi
pro nr̄a beniuolẽtia voluptati fore certo ſcio. quippe q̄ amicoꝝ com
moda ꝛ honores tua cõmoda honoreſq; eſſe ducas. Poſtea ṽo ad
cõſtitutã kalendaꝝ quintiliũ diem Bononienſib⁹ relictis. concedã
Mediolanũ ad noſtrũ illum diuinũ principem Philippũ Mariã
anglũ: Is em̄ me ſuis ornatiſſimis. ꝛ munificẽtiſſimis lr̄is ad ſe re-
uocauit. Quare ſiquid me vis factuꝝ in te eſt. Tu me optimo regi
Aphonſo cõmendato. Vale ex Sena Idib⁹ Septembrib⁹. M.
cccc.xxxviij. ¶ Fanciſc⁹ philelfus. Rhaphaeli fuſcherario ſal.

t Uam in me ſingularẽ beniuolentiã magnifacio. Qd autez
hortaris: ꝑpediẽ ad vos eam: veniã em̄ non mediocriter ab
oĩb⁹ expectat⁹ Hortaris tu quidẽ (vt aiũt) equũ lydũ in campum.
Quare etſi Senẽſes deceſſioni meę moleſti ſunt: faciã tamen: intel

ligas: quantũ apꝺ̊ me põnꝺꝰ tuę amiciſſimę litterę habuerit. Uale
ex Sena. Jdibꝰ Septembribꝰ. M.cccc.xxxviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Lapo Caſtelliũculo ſal.

n On poſſum tuã diligentiã non ꝓbare ⁊ fidem pietatẽqꝫ er
ga me. Mones: inſidias caueã: eſſe eñ quoſdã: quos mei nõis ſplẽ
doꝛ offendat: ⁊ idcirco mihi exitiũ machinari. Ego aũt quanqꝫ nõ
ſum ignarꝰ qꝺ̊ vulgo dicit̃ apꝺ̊ grecos. ΤΟ ΕΙΜΑΡΜΕΝΟΝ ΗΞΕΙΝ
nihil tñ omitto: qꝺ̊ meę ſalutis intereſſe putem. Nã prudentis cõ
ſilio fieri poſſe cenſeo: vt õnis vis neceſſitaſqꝫ fatalis aut repellatur
aut diuertat̃: aut leuꝰ ſaltem offendat. Tibi aũt gratias habeo. qꝺ̊
omni in re te mei ſtudioſiſſimũ prẹſtes. Uale ex Sena ꝓdie kalẽ.
Octobꝛes. M.cccc.xxxviij

¶ Franciſcꝰ philelfus. Leonardo arretino ſal.

q Uanqꝫ ſcio meos oĩs familiares vel nulla mea cõmendati
one tibi eſſe cõmendatiſſimos: non tñ omittã: quin abs te petã: at
qꝫ cõtendã. vt ſine me ames. Lapũ noſtrũ perdoctũ ⁊ ꝑ diſertũ vi
rũ quibuſcũqꝫ rebꝰ poteris ita tractes: vt intelligat meã apud te cõ
mendationẽ plurimũ valuiſſe. Uale ex Sena ꝓdie kal'. Octobꝛes
M.cccc.xxxviij.

¶ Frãciſcꝰ philel. Leonardo arretino ſal.

q Uicqꝺ̃ ſaxolꝰ pratẽſis auditoꝛ noſter v̾bis tibi meis expoſu
erit: ſic habeto: ac ſi corã ipſe tecũ loquerer. Nihil eſt eñ di
cturus tibi: quod ab me nõ dicendũ acceperit. Uale ex Sena kal'.
Octobꝛibꝰ: M.cccc.xxxviij.

¶ Frãciſci philelfi Epiſtolaꝝ liber Tercius.

¶ Franciſcus philelfus. Franciſco Sphoꝛtię Imperatoꝛi ſalutẽ.

Q Uod antea inſtituerat cõſilium magnanime Impera
toꝛ feſtinat hoc tp̄e neceſſitas. Nã cum ab humaniſſi
mo ſocero tuo Philippo Maria diuino ꝓ̃ncipe eſſem
nuper oꝛnatiſſimis litteris vt ad ſe irem: q̃ꝫ liberaliſſi
me inuitatus. et id me facturum ipſe recepiſſem: decreueram equi
dem anteaq̃ꝫ Mediolanum cõcederem. te viſere: ⁊ patriam: quo be
niuolũ in ſe alt̃ altera gratũ me eſſe experiret̃. Et eñ patrię oĩa debeo
ab qua genitꝰ. altꝰ educatuſqꝫ ſim. Tibi v̾o ob p̄ſtãtẽ animi tui ꝓbi
tatẽ iauditãqꝫ magnitudinẽ iã ꝓdẽ incredibili quadã beniuolẽtia
obſeruãtiaqꝫ afficioꝛ. Sed mea hęc aĩ ſñia turbat̃ his rumoꝛibꝰ ac
nunciis: q̃ de tua in Tholẽtinatis meos ira obſidioneqꝫ afferũtur.

Nunciat̃ em̄ vulgo te infeſto agmine ingentiqꝫ rerum omnium et
formidabili apparatu proceſſiſſe in Tholentinatem agrum. Eoqꝫ
igni ferroqꝫ vaſtato obſidere oppidum: atqꝫ ipſis ciuibus non capti
uitatem ⁊ ſeruitutem modo: ſed omnem contumeliam cędemqꝫ mi
nitari. Quę quidem ipſe audiens ęque miratus: ac dolui. Qui em̄
fieri poteſt: vt tanta ⁊ tam eximia virtus tua quicq̄ꝫ audeat vel per
petrare. vel moliri: quod non ſolum ab animo magno elatoqꝫ abhor
reat: verumetiam iniquū ſit ⁊ tetrum. ⁊ immane: Nunquid ludi
brium: illis necemqꝫ miniteris: qui et forti animo. ⁊ inuicto patriā
ſalutem dignitatemqꝫ tueantur: At eos omnis qui ſe pro patria de
uouiſſent in magnis viris habendos eſſe vniuerſa canit antiquitas
An id facturꝰ es: quoniam tibi Tholētinates aduerſi ſunt: tuoſqꝫ
vehementiſſimos conatꝰ pertinacius remorant̃: At non ſolum q̄d
tibi cōmodum ſit: ſed quid illis cōueniat: debes conſiderare. Nam
quoꝝ fidem putes in te certā fore: ſi quos perfidos in ſe fuiſſe cogno
ris: Qđ ſi apud barbaros etiam ꝟtutem interdum venerabilem ex
titiſſe accipimꝰ. quid tibi faciūdum ſit: cogita: qui ad laudem: q̊ ad
gloriam natꝰ ſis. Es ne oblitꝰ longe magis arte atqꝫ beneficentia: q̄ꝫ
aut minis aut etiam vi ⁊ parari. et cōſeruari regnum. Quibuſnam
rebus Cyrus a Medis imperium ad perſas tranſtulit: Nonne in
duſtria. ⁊ animi magnitudine: Quibꝰ Alexander ad Gangen vſqꝫ
penetrauit: Nonne prudentia: ac benignitate: Quibꝰ tandem. G.
Julius Cęſar orbis terrę principatum adeptꝰ eſt: Nōne cōſilio. et
Clemētia: Nam Romulus q̄ꝫdiu humanum ſeſe. ⁊ manſuetum p̄
ſtitit. quaſi numen in terris eſt habitꝰ. Cum primum imperioſiꝰ vo
luit rebus vti: ab ijs in illū ſeuitum eſt. quibꝰ carior eſſe iucūdiorqꝫ
debuerat. An vltio te delectat. quod aliquid fortaſſis aduerſus te
id quod tamen haud conceſſerim) Tholentinates conati fuerint.
At vlciſci foeminarum philoſophi nō magnanimi principis. non
Franciſci Sphortię eſſe volūt. Audi q̄ſo ſapientē illum Macedo
nię regē Philippū Alexādri patrē. qui cū vrbes gręcię q̄ malo in
eū aīo eſſe viderent̃. atqꝫ nouis rebꝰ plerūqꝫ ſtuderēt: quidem cōſule
rēt p̄ſidijs eſſe cōtinēdas. rn̄dit. malle pulchꝝ ſe longum tempꝰ: q̄ꝫ
herum breue appellari. Intelligebat em̄ rex prudentiſſimꝰ ea eſſe tu
tiſſima p̄ſidia munitiſſimaqꝫ arces. q̄ in hominū beniuolētia chari
tateqꝫ fundatę ac firmatę forent. Nam aduerſus iuſtū idemqꝫ cō
munem omniū odium nullę vires eſſe. nulla ingenia ſatis pn̄t. Qua
re idem Philippus eos qui amarius Athenienſibus vtendum eſſe

conſulerent.inſanire dicebat.qui hominem. qui ad gloriam omnia
agendo patiendoqꝫ referret.glorię theatrũ iuberent amittere. Nõ
eĩ quoniam ſe liberos Athenienſes.ꝙ̄ ſeruos mallent. dignos rex
pręſtantiſſimꝰ cenſebat.in quos grauiꝰ animaduertendũ eſſet Me
rito is igiꝶ optimoqꝫ iure a Theophraſto tradiꝶ non ſolum genere
et dignitate regia.ſed etiam tum fortuna tum moribus maior cęte
ris regibꝰ.ac moderatior extitiſſe. Idem quoniam populorum inge
nia moreſqꝫ callent.admonebat non abſurde Alexandrum filium.
vt et blande ſeſe vtendum Macedonibus gratioſeqꝫ pręſtaret.quo
multitudinis ſibi vires compararet. Capiũtur inquam animi po-
pulorum non minis.non terroribꝰ.non vi.ſed cum alijs nõnullis
humanitatis officijs.tum blandicijs maxime quibꝰ cum minꝰ apte
Scipio ille poſterior Africanus olim vtereꝶ.repulſam habuit cõ-
ſulatꝰ. Itaqꝫ ſiquid pręter volũtatem tuam princeps indite Tho
lentinates auſi fuerint.tuum eſſe duco non modo non vlciſci.ſed et
ignoſcere potiꝰ ⁊ eorum tibi animos manſuetudine.facilitate.⁊ be-
neficijs deuincire. Sin autem nihil fuerint auſi.quid tibi faciundũ
rear.intelligis. Nunquid es oblitꝰ. quid romanis Priuernatium
legatꝰ ille reſponderit.cum a quodam triſtioris ſententię auctore in
terrogareꝶ.quam poenam meritos Priuernatis cenſeret.eam nihil
veritus inquit. quam ij merentur qui ſe libertate dignos cenſent.
Rurſuſqꝫ conſul mitius ſubdidiſſet. Quid ſi poenam remittimus
vobis.qualem nos pacem vobiſcum habituros ſperemꝰ: Tũc idez
legatus eadem animi vultuſqꝫ conſtantia ſi bonam inquit dederitis
et fidam ⁊ perpetuam. ſin malam:haud diuturnam. Quibus qui-
dem ferociorbꝰ dictis non modo non ſunt ad iracũdiam vltionem
ve incenſi romanoꝝ animi.ſed Priuernatis potiꝰ omnis dignos iu
dicarũt.quibus ciuitas daretur. Intelligebant ſane viri permagni
illi ⁊ ſapientes tantam eſſe virtutis vim.tantam maieſtatem.vt in
hoſtibꝰ quoqꝫ gratiam mereretur. Num metui tu fortaſſe ꝙ̄ dili-
gi malis: Optime natura prouiſum eſt.vt metum ſemper odium
conſequatur. At diligi ⁊ amari nunꝙ̄ poſſis.niſi ⁊ iuſtiſſimũ te be-
neficentiſſimumqꝫ pręſtiteris. Juſtus vero ac beneficus eſſe neque
at.qui aut alijs vltro nocuerit.aut modum rebus ſuis ſtatuere.vel
noluerit.vel neglexerit. Quare te Franciſce Sphortia ꝑ magnitu
dinem animi tui pręclaraſqꝫ virtutes oro. atqꝫ obteſtor. vt iram
hanc iſtam omnem .ſiquam tandem in Tholentinatis meos iram
conceptam habes.mitiges.ac places. Et omnem deniqꝫ perturba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ri tributa ducūtur ſplendida Uelim: mihi aliquem ex his virū bo-
num oſtendas hoc tempore. qui vel formę pręſtantia cęteros ante
cellūt: vel diuitijs ſunt ⁊ potentia alijs ciuibus ſuperiores. Pudet
me dicere quod veriſſimū eſſe in omnibꝰ fere animaduerti. Et dicā
tamen. Non modo vir opibꝰ abundans non eſt bonus: ſed ⁊ ſuper-
bus ⁊ cōtumelioſus. Pulchri omnes laſciui ſunt ⁊ muliebres. Ua
le ex Mediolano. kal'. Aprilibꝰ. M.cccc.xl.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Antonio panhormitę ſal.

i Am ditior factꝰ es. id quod ea coniectura aſſequor: quod te
ſuperbię obnoxium facias. Nam dum nihil respondes homini ami
ciſſimo tot a me litteris inuitatus: quid aliud eſſe rear in cauſa: q̄ꝫ ſu
perbiam: At ne illud te lateat: velim: in quo plus eſt fortunę: in eo
minus eſſe virtutis. Quare tibi cauendum eſt: ne dum pecunijs di
ligentius inuigilas: negligentiorem te pręſtes circa ingenij probi-
tatiſqꝫ pręſtantiā. Uale ex Mediolano pridie Idus Maias. M
cccc.xl.

¶ Franciſcꝰ philelfus Leonardo iuſtiniano ſal.

e Dhortationem tuam etſi bonam in partem accipio: eiuſmo-
di tamen eſt: vt ea hoc tempore vtendum non ſit Non es enim ne-
ſcius decere prudentem virum temporis habere rationem. Itaqꝫ
rogo te: ne quid poſthac eiuſmodi ad me ſcribas: quod iure queat re
pręhendi. Pręterea cum omnibus in rebus tum in promiſſis ſer-
uanda eſt conſtantia. Quid em̄ leui homine magis cōtemnandū?
Ingenium tibi meum iam pridem cognitum eſſe oportet: quippe q̄
et intus me noris non minus: q̄ꝫ in cute: ſeruata fide: nihil eſt: quod
tua cauſa facturus non ſim. Uale Ex Mediolano. kalen. Maijs
M.cccc.xl.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio
philoſopho ac medico ſalutē.

q Uod afficiaris maximo deſiderio viſendi mei: habeo ſane ex
ploratiſſimum vel ex ea cōiectura: q̄ꝫ de meipſo facio. Qui em̄ non

deſiderem te et viſere. ⁊ complecti. ⁊ exoſculari. qui cum vetere eaꝫ ſumma beniuolētia ſum ↄiunct⁹: Accedit ꝑterea virt⁹ tua ⁊ doctrina ⁊ eloquētia ⁊ merita citro vltroqꝫ collata: quib⁹ plane fit vt noſtra vtrimqꝫ memoria nulla nec locoꝝ nec tempoꝝ interuallo extingui queat. Ceteꝝ quandoquidem qđ velim⁹ fieri nequit id velimus quod queat neceſſe eſt. Utendum igiť nobis eſt mutuo ſcribendi officio: vt quod lingua nō poteſt: arundinis preſtet viciſſitudo. Id et facilimū eſt vtriqꝫ noſtꝝ ⁊ iucūdum in ꝑmis Et quo initium detur huiōi muneri peto abs te: vt me facias certiorem de reb⁹ orientalib⁹ maximeqꝫ de Turcis. ſi qđ habes noui. Uale Ex Mediolano. iiij. Nonas Julias. M. cccc. xl.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Joanni Cornelio ſal.

p Lacuiſſe tibi meos de exilio libros plurimum letor. Nam probari abs te ſcripta mea tanto a tanta grauitate ⁊ ſapientia viro nō poſſum mihi nō magnę laudi ducere. Adhortatio vero tua qua mecum vteris ad abſoluendum id operis eiuſmodi eſſe tibi perſuade q̄ mihi plurimū addat oneris ad mei animi inſtitutū. Eo em̄ maiore cū ſtudio nauabo: qđ mea ſponte ſum aggreſſus: quo video me tibi rem facturū gratiſſimam. Quare ni aliqđ infeſtū numen mihi impedimēto fuerit: breui perficiam qđ hoc coepi. Uale ex Mediolano. ꝑdie Nonas Julias. M. cccc. xl.

¶ Franciſc⁹ philelfus Andreocio petrucio ſal.

q Uod abſentis mei ꝑpetua recordatione imaginem pręte feras: ſic em̄ ſcribis: nō poſſum equidem nō lętari. Affers enim argumentum minime obſcuꝝ egregię cuiuſdam beniuolentię in me tuę At ego quo item aio in te ſum: debes ex te ipſo cōiecturā facere. Et fieri ſane nullo pacto natura poteſt: vt nō ęque ameť: qui ſꝫo amat. Itaqꝫ tibi debes īdubitato ꝑſuadere te mihi eſſe chariſſimū: idqꝫ cū ob hāc iſtam cauſam: qđ me amas: tum etiā: qđ ea ꝟtute viges vt dign⁹ ſis: qui ameris ab oib⁹. Deſiderare aūt te pn̄tiam meā hoc ſane in te eſt. Nā ſi Mediolanū viſere inſtitueris qđ ei⁹ rei te: cū iſtic agerem: aliqn̄ factuꝝ affirmabas: ⁊ pn̄s preſentem videbis philelfum tuū. ⁊ multa cognoſces: q̄ abſens attingē nunqꝫ poſſis. Itaqꝫ tuū erit: vt cū primū tibi facultas dabiť: huc venias. Qđ ſi feceris: magnā mihi crede voluptatē cōſequere. Uale ex Mediolano Nonis Julijs. M. cccc. xl.

¶ Franciſc⁹ philelfus Joāni Auriſpę ſal.

t Otus es in libroꝝ mercatura: ſed in lectura mallem. Qđ ſi

faceres:longe melius ⁊ tibi. ⁊ muſis conſultum eſſet. Quid em̄ pro deſt libros cottidie nunc emere:nunc vendere: legere vero nunq̄z: Ego quos vendam:habeo libros nullos. Emerem potius:ſi pecu niÿs abundarem. Quinetiam in hac pecuniarum difficultate:ſiqd̓ opus oſtenderis:quod precio dignum cenſeam:enitar emere:etiam ſi ſeruire me oporteret. Declarabis igit̄ per lr̄as:qui libri tibi ⁊ qua les ſunt venales. Quod ſi feceris:intelliges me nulla premi inopia Sum em̄ apud eū principem:apud quem egere poteſt nemo. Va le ex Mediolano. viÿ. Idus Julias. M.cccc.xl.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Joāni Tuſcanellę ſal.

d E Quintiliani declamationibus quid ipſe ſentiam: paucis accipe. Equidem Quintiliani inuentionem vehement̄ probo. Eſt ea em̄ et acuta et prudens. Sed orationis ei⁹ filum mihi ſane non placet:ſapit em̄ hiſpanitatem:neſcio quam hoc eſt barbariem plane quandam. Nullam habet elegantiam:nullum nitorem:nullā ſua uitatem. Et quę non pręcipua modo:ſed neceſſaria ſunt in oratore neq̄z mouet dicendo Quintilianus:neq̄z ſatis docet :nec delectat. Sed videtur ſomnolentus quiſpiam ⁊ incompoſit⁹. Tenet fortaſ ſe Quintilianus: quantum ex eius ſcriptis animaduertere poſſu mus:nōnulla commoda p̄cepta artis rhetoricę. Multa cōmemo rat. multa colligit. Sed ita ſui diſſimilis eſt:vt quę alios docet:ip ſe ignoeare videatur. Verum concedamus illi doctrinam ſi ita libet omnino. Mouendi tamen delectandiq̄z vim nullam habet. Quę quidem duo qui oratori ſubtraxerit:non oratorem illum:ſed arato rem demonſtrabit. Vale Ex Mediolano. vi. Idus Julias. M. cccc.xl.

¶ Franciſci philelfi Epiſtolarum liber Quartus

¶ Franciſcus philelfus. Rainoldo Albizio equiti aurato ſalu tem dicit plurimam.

Vo nihil tibi ac ceteris optimatib⁹ florentinis neq̄z optati⁹ poterat in hac tempoꝝ calamitate neq̄z meli⁹ cōtingere Rainalde Albizi:mittit hic humaniſſim⁹ princeps meus Philippus Maria vobis auxilio in ethruriam ad recuperandam patriam inclitum ⁊ inuictum impa torem Nicolaum peruſinum cognomēto picininum cum exercitu firmiſſimo ac reb⁹ omnibus ornatiſſimo. Id autem mea potiſſimū

opera atqꝫ diligētia effectum eſſe non latet. Nūc vero tui eſt officij
id curare: vt nihil temere factum poſſit a quoquam exiſtimari Hoc
autem vna re facilime cōſequaris: ſi ſtudueris: vt qui tecum futu-
ri ſunt. Nam de te vno vt es animo ingenti ⁊ moderato nihil verē-
dum ſuſpicor: nihil agant aut ſuperbe aut iracūde: quin potiꝰ ab om-
ni iniuria: ab omni maleficio ſe contineāt. Et quanqꝫ ſcio te pruden
ter omnia curaturum: quid tamen ipſe ſentiam: exponam paucis:
Quoniam pręcipuus corporis vigor poſitꝰ eſt in capite: ab ipſo pri
mum capite initium eſt ſumēdum. Hoc enī percuſſo penitꝰ: mem-
brorum quę reliqua ſunt: nullꝰ eſt futurus labor. Nam exciſa radi-
ce continuo corruit tota arbor. Suſpicor enī aliquos fore: qui ꝓua-
tę rei potius q̄ꝫ publicę rationem habentes: velint alij ab alio vl' opi
do vel municipio rem aggredi: ab quibus ego vehemēter diſſentio.
Recuperata enī florentia: omnia quę reipublicę florētinę parent: ſi
ne vlla vi: ſine vllo omnino labore q̄ꝫ primum redibūt ad ſanitatem
Quod ſi secꝰ initium fiat: permulta interea temporis poſſunt accede
re. quę rem veſtram omnem cōſiliaqꝫ perturbent. Itaqꝫ omnium ꝓ
mum prope ipſa vrbis moenia ducēdas copias arbitror quo ⁊ ami
ci atqꝫ boni ciues animum reſumāt. ⁊ inimici ac perditiſſimi hoſtes
patrię inopinato metu perculſi audaciam omnem cōſiliumqꝫ amit
tant. Quod ſi feceritis: permagna vndiqꝫ auxilia continuo ad vos
confluēt. Quis enī ambigat et Bononięſes. et Lucenſes ex hac ꝑ-
te: ex altera vero tum Senēſes: tum etiam Peruſinos vobis auxi-
lio fore. His enī omnibus factio Coſmiana maximo eſt odio Vos
autem cum ꝟtute gratiaqꝫ veſtra: tum auctoritate ⁊ grā huius prę
ſtantiſſimi principis incredibili beniuolētia proſequūtur. Nulla ſe
cordia vtendum eſt: nulla negligentia. Eo enī eſt vtendum: vt hoc
tempore de ſumma rerum decertādum ſit. Omnia ſunt ſecūda vo-
bis. ⁊ inimicis aduerſa. Niſi vobis vos defueritis: actum eſt de om-
nibꝰ illis impijs patrię parricidis. Sentite queſo: vobiſcū omnes.
Tollatꝛ e medio omnis animoꝝ offenſio: ſiqua in vllis exulibꝰ inter
ſeſe priuatim eſt reliqua Cōmunis vobis omnibꝰ Coſmus ē hoſtis
et idem patrię non ſecꝰ ac vobis infeſtꝰ ⁊ inimicus. Si hūc e medio
ſuſtuleritis. ⁊ voſmetipſos ⁊ vniuerſam patriam iugo deterrimo li-
berabitis. Uale ex Mediolano. v. Idus Iulias. Anno a Chriſti
natali die. M.cccc.xl.

¶ Frāciſcꝰ philel. Sal. di. plu. Senatui ⁊ ppl'o Florētino.

Eſi vereor viri Florentini aliq̄s fore: qui ꝑturbatiōe quapiā

potiꝰ impotentiaqꝫ animi: q̄ꝫ vlla ratione ducti: cū primū Philelfi
nomē manūue inſpexerint: haſce lrās legendas diſſuadeāt: malint-
qꝫ ſuę ipſoꝝ cupiditati: q̄ꝫ Florētinę reipublicę vel quieti: vel cōmo
dis inſeruire: nolui tamē quę vobis veſtręqꝫ inclitę ciuitati maiorē
in modum cōductura exiſtimaſſem: pręterire ſilentio. At qui mul
to ſecꝰ ij certe ſentirent: ſi non tā ſibi q̄ꝫ patrię ſe natos vellent. quan
q̄ꝫ ne ſibi quidem natiꝰ ſunt: cum patrię charitati nō conſulūt. Nam
ſi vobiſcum vos egregiam illam ⁊ ſingularem meam erga veſtram
rempublicam obſeruātiam atqꝫ pietatē repetere diligēter ⁊ q̄ꝫ veriſ
ſime iudicare inſtitueritis: plane em̄ inuenietis eū eſſe Franciſcum
Philelfum q̇ de illuſtri ciuitate vr̄a ſit q̄ꝫoptie meritꝰ Quod ſi pn̄s
omni opa. omni induſtria. omni deniqꝫ mente cogitationeqꝫ ſtude-
bam nō priuata modo. ſed etiam publica fide ac beniuolētia id moli
ri: id agere: id p̄ſtare. vt oēs pſpicue intelligerēt me vnū ex omnibꝰ
in p̄mis exiſtimandū: qui Senatui ac populo Florētino non ſecus
atqꝫ īmortali deo afficér: nolim: arbitremi me ingeniū cum aere mu
tauiſſe. Et em̄ poſteaq̄ꝫ iſtinc deceſſi Senā primū: deinde Bononi-
am. Ticinū poſtea. ⁊ demū Mediolanū: aliud profecto nihil tātope
re curaui: elaborauiqꝫ: q̄ꝫ vt ⁊ ciuis veſtros aliquo ſemp officio pſeq
rer. ⁊ nomē Florentinū ſummis laudibꝰ apud omnes efferrē. Nec
me cuiuſquā iniurię aut inimicicię a meo priſtino ⁊ obſeruātiſſimo
in vos aīo retrahere ſane potuerūt. Memineram em̄ ijs me apud
vos honoribꝰ ac premijs ſex annos affectū: quantis antea vnq̄ꝫ ne-
minē Animaduerterā ſępenumero adeo me ⁊ autoritate apud vos
omnis ⁊ gr̄a valuiſſe: vt nihil vnq̄ꝫ in vrbe vr̄a fruſtra vel petierim
vel deſiderarim. Cū alias ſępe: tum maxime per id tpis quo inuidoꝝ
cōiuratione ac perfidia ſum p occultos ſicarios vulnere illo tetro de
honeſtatꝰ: q̄ꝫ ⁊ bonis omnibꝰ et vniuerſo populo carus eſſem ⁊ iu-
cundꝰ: liquido cognoui. Quis em̄ magiſtratꝰ alius ipſe per ſeſe aliꝰ
per ſuos ad me nuncios non plane oſtendit: q̄ꝫ ęgre ⁊ permoleſte fer
ret illam in me omnem iniuriam? Nonne ipſi octo viri quos cuſto
dię nominatis: quibuſqꝫ reip. tutula oīs ac ſalꝰ mandata eſt ⁊ bis et
iterꝝ ierūt ad me: quo fierēt ex meipſo certiores: quoſnam haberē ſu-
ſpectos: qui id in me facinoris ppetraſſent? Et cū ipſe ijs de rebꝰ elo
qui nihil vellem: quippe qui id ſine aliqua publica turbatione in lu-
cem pferri nullo pacto poſſe cenſerem: nōne publicam ei mercedem
decreto publico ſtatuerūt: qui aut patratorē facinoris viuū enecatū
ue dediſſet: aut qui fuerant vel autores. vel conſcij detuliſſet. Quin

etiam pleroſq̃ʒ admotos queſtionib⁹. ⁊ varijs cruciatib⁹: quo rem
indicarēt: acerbiſſime afflictos obliuiſci nunq̃ʒ potero. Quid mul-
tis: Queq̃cūq̃ʒ in me beneficia collata Florētię ſunt (q̄ ⁊ plurima fu
erūt ⁊ maxima) ea omnia ⁊ cōmuni. ⁊ vna et conſentiendi. ⁊ eadem
oīm optimatū populiq̃ʒ mente collata ſunt. Iniurię vero quantū-
cūq̃ʒ aut illatū: aut optatū eſt. id paucoꝝ eoꝝūq̃ʒ improboꝝ ac ꝑdito
rum inuidię ſemꝑ dedi. Sʒ vnum illud ⁊ cū iſtic aderam. maximi
ſemꝑ feci. ⁊ abſens ꝑpetua memoria p̄dicationeq̃ʒ prę me tuli: nihil
vnq̃ʒ Florētię a me temptatꝝ. quod nō ex ſentētia modo. ſʒ etiā cu
mulati⁹ atq̃ʒ foelicius. q̃ʒ fuiſſem optate auſus. cōſecut⁹ non fuerim
Itaq̃ʒ merito vos viri Florentini optimoq̃ʒ iure amo. colo. admi-
roꝛ. veneroꝛ. Et quas referre nō poſſum. ingentis habeo vobis pro
ſummis ⁊ īmortalib⁹ veſtris erga me beneficijs ⁊ ſempiternas grās
Atſi min⁹ regratitudinē animi mei poſſum. nōne ſaltem volūtate
eā declarem vobis: Teſtoꝛ aūt deum ipſum. quęcūq̃ʒ dictur⁹ ſum.
eo me cōſilio. ea fide. eo deſiderio. ea pietate dicturū. vt reb⁹ veſtris.
quas et p̄cipites ⁊ breui (quod omen diuina benignitas auertat) pe
rituras intueoꝛ. et q̃ʒ tutiſſime. ⁊ q̃ʒ optime proſpiciatᷓ. Quare vos
per ſalutem. ꝑ incolumitatem reipublicę veſtrę rogo. ⁊ ſupplicibus
oꝛo precib⁹. vt omni ꝑturbatiōe vacui. q̄ a me fideliter pieq̃ʒ dicenᷓ:
quā diligētiſſime attēdatis. cognoſcatis. iudicetiſq̃ʒ. ¶ Qui hoīm
cet⁹ primum ad ciuitatem vrbemq̃ʒ vocarūt nihil videnᷓ mihi tāto
pere curaſſe. q̃ʒ vt mutua ciuis beniuolētia ⁊ charitate ꝯiungerent.
atq̃ʒ deuincirēt. Sciebant em̄ amoris vi ac ꝟtute omnia nō ſerua-
ri modo. verum ⁊ augeri. ⁊ illuſtrari. Itaq̃ʒ nō abſurde Oꝛphe⁹ ille
in argonauticis quicūq̃ʒ tandem is fuerit. quem tamē vetuſtiſſimū
poetaꝝ fuiſſe conſtat. cum loquereᷓ de ſummo deo. eum eē amorem
voluit. quem ideo phaneta nominauit. qd̄ oīm prim⁹ vbi apparuiſ-
ſet omnia q̄ condiderat. crearatq̃ʒ ipſo dūtaxat amore atq̃ʒ concoꝛ-
dia ęterne manſura ꝑduratura q̃ʒ oſtendiſſet. Quare ⁊ mūdus ipſe
quęq̃ʒ in mūdo ſunt. ſolo amoris vinculo et cōſtant. ⁊ cōſeruantur.
Nihil eſſe diuturnū poteſt. quod ſimultati. quod odio· quod diſcoꝛ
dię ſit obnoxium. Nonne illi primi impuri angeli quos demones
appellauit antiquitas. ſatis nobis ac ſuꝑ exemplo ſunt. quantū ęrū
narum ac miſerię in maliuolentia ⁊ ſeditiōe ſit poſitū: Sed quid ſu
perna ⁊ cęleſtia memoꝛam⁹: Moꝛtales moꝛtalia meminerimus.
Pꝛoinde ⁊ īferioꝛa loquamur ⁊ nr̄a. vt Aegyptios. vt Aſyrios vt
Medos. vt Perſas omittam⁹. qd̄ Hebręoꝝ regnū. vt vltima hęc

ſcelera impietatemq3 cõticuerim. totiens euertit: Nõne ciuiles diſ
ſenſiones: Macedonum vero imperium q̇d aliud ꝑdidit. q̄3 inteſti
nę inimicicię: At lacedęmonij q̄3diu Lycurgi legibus paruerũt. ⁊
principatu floruerũt ⁊ gloria. Cum p̄mum cõtemptis Lycurgi et
ęquitatis legib⁹ coeperũt priuatę magis q̄3 publicę vtilitati ⁊ digni
tati cõſulere. ꝑ omnes reip. ꝓcellas atq3 naufragia libertatem pul-
cherrimã cõtinuo amiſere. Quid Athenienſiũ ciuitate illuſtri⁹: q̇d
pręclari⁹: quid deniq3 glorioſi⁹: q̇d ſplendidi⁹: Hęc bonaꝝ oĩm et
laudatiſſimaꝝ artium inuẽtrix ac parẽs. Hęc belli paciſq3 diſcipli-
na domi. foriſq3 inſignis. Hęc ⁊ dignitate. ⁊ opib⁹ in vniuerſum t-
raꝝ orbem p̄pollens atq3 admirabilis. vbi ad id magnitudĩs ac vi
rium aſcẽdiſſet. vt nulla re prorſus ad foelicitatẽ egere videret. non
ne mox. poſteaq̄3 partiũ ſtudia fouere. factiones cõplecti. peſtiferas
ęmulationes ambitioneſq3 ciuiũ alere coepiſſet. repẽte ac p̄ceps ĩ ob
ſcuram ⁊ ſordidã ſeruitutẽ corruit: Nã de Romanis q̇s eſt. q̇ ne-
ſciat eos alia nulla cauſa. q̄3 cõtrarijs int̃ ſe volũtatib⁹ ⁊ ſtudijs pe-
rijſſe funditus. Siue eñ incipiam⁹ a dñatu regio ab ipſo vſq3 Ro
mulo repetentes. ſiue poſt exactos reges ſenat⁹ ac populi principatũ
cõſiderem⁹. intueri licet: quãtis ij ſemꝑ in tempeſtatib⁹ ac fluctib⁹
iactarent̃. quantis laboꝝ ⁊ calamitatũ pręmerent̃ molib⁹ ob ĩfeſtas
int̃ ſe mentes atq3 cõtentiones. Nã vbi aliud velle plebei. aliud op
timates coeperũt. ⁊ aliud ppl's ſentiret. aliud ſenat⁹ cum alij plęri-
q3 ſupiores firmam florẽtemq3 rem publicam loco mouerũt. tum
et Marius et Sylla radicit⁹ ꝓpemodum euerterũt. et Pompei⁹
et Cęſar. quantũ in fortuna fuit. interemerũt. Et enim q̇d ea ſerua-
ta fuerit. inauditę illi Cęſaris clęmẽtię benignitatiq3 dandum eſt:
qui ea moderatione ⁊ animi magnitudĩe eſt v.ſus victoria. vt pẽrſpi
cuũ reddiderit omnib⁹ ſe lõge pluris feciſſe ſemꝑ patrię ſalutẽ atq3
dignitatẽ. q̄3 ſuã At vbi ad vni⁹ quaſi dei imitationẽ atq3 exemplũ
qui oĩa gerit ſua illa ſumma prouidentia immẽſaq3 maieſtate oĩa re
git oĩa moderat̃. reſp. ad vni⁹ optimi p̄ncipis arbitriũ foelicioribus
quibuſdam auſpicijs peruenīſſe videbat̃. continuo rurſus ꝑ ciuilis tẽ
peſtates fluctuans miſerabile naufragium paſſa eſt ⁊ ita paſſa. vt ex
illo romani imperij faſtigio obſtupendaq3 magnitudine pręter no
men. aliud nihil extet. nihil appareat. ⁊ nihil quidem quantulũcun
q3 eſt (q̇d certe ꝑ exiguũ eſt) nequaq̄3 apud Romanos. aut Italos
ſed q̇d et probro. ⁊ dedecori maximo ducẽdũ eſt. apud exteras ⁊ bar
baras natiões Oh diſcordia malorum ⁊ miſeriarum omniũ dux et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

cauſa. Quid em̄ et aliena. ⁊ vetuſtiſſima cõſectemur. Non abunde
et domeſticis ⁊ noſtris exemplis vti poſſumꝰ. Quid autem altiꝰ re
petamꝰ oportet: Quotiens viri florentini vr̄a florentiſſima iſta Ci
uitas teterrimũ tulit ſeruitutis iugũ ob iſtiuſmodi int̄ vos diſcordi
arum ꝓcellas ac turbines. Ut em̄ antiquiora miſſa faciamꝰ Num
farinatę Huberthi gebellinęqȝ factionis. Num alboꝝ ⁊ nigrorum
quos appellarũt. vos cepit obliuio. Quod ſi minꝰ reliqua memine-
ritis. Senam petite Bichernam ĩgrediamini. licet. Ingredienti-
bus ſeſe vobis Martinella cãpana illa humilis ⁊ abiecta oſtẽdet ad
dexteram. Et ne int̄ vos mutuis odioꝝ ignibꝰ ęſtuetis. q̃ȝ potuerit.
altis vocibꝰ obſecrabit. atqȝ obteſtabit̄. Idem ſuperioribꝰ e locis pẽ
dentia atqȝ captiua vexilla veſtra. q̃ puluere ac ſordibꝰ iam deficiũt
admonebunt. Uerꝝ quid Senam. quid Bithernã: q̇d peregrinas
vrbes ac locos petere opꝰ eſt. Habetis in p̄torio veſtro conſpicuum
monumẽtum obſcurę ⁊ truculentiſſimę ſeruitutis depictam. ducis
Athenaꝝ imaginem. Quid depictã. quid imaginẽ dixi. habetis in-
quam fundamẽta quę iecit. robuſta ⁊ munitiſſima ꝑpetuę ſeruitu-
tis. Quę ſi intueri. ⁊ depoſitis animoꝝ turbulẽtiſſimis motibꝰ con-
ſiderare volueritis. intelligetis profecto. ⁊ antehac profuiſſe nunq̃ȝ
florentino populo. ⁊ hac tẽpeſtate. ni prudentia ⁊ ḡuitate vr̄a in me
dium q̃ȝprimũ conſulueritis. q̃ȝ maxime obfuturas ciuiles diſcordi
as atqȝ inimicicias. Quid em̄ per immortalem deum cõtra vos ar
ma ſumitis. Quid pręcipites ac furentes in perniciẽ veſtram ⁊ exi
tiũ ruitis. Num adeo aduerſo. adeo hoſtili. adeo inimico ⁊ ĩ feſto nu
mine pręmimur. vt cũ maxime perimꝰ. tum ſeruari maxime ſecun
diſqȝ rebus vti exiſtimemꝰ. An minꝰ queſo animaduertitis viri flo
rentini iam res veſtras ad triarios rediſſe. ⁊ tãto quidem in pericu
lo verſari. quãto ex omni nōis florẽtini memoria nunq̃ȝ antea. Uel
lem equidẽ. ea mihi liceret eloqui. q̃ pro mea fide (ſi volo is eſſe. qui
debeo) ne loq̇ quidẽ poſſum. Facerẽ ſane. ꝑſpicẽtis. ⁊ id q̇dẽ luce cla
riꝰ ad id diſcrimis vos redactos. q̇d vbi obſtinatiꝰ in ſentẽtia ꝑmã:
ſeritis. ⁊ duriſſimũ ſit. ⁊ extremã vobis calamitatẽ allaturum. Sȝ
quãdoquidẽ ⁊ ipſe loqui ꝓhibeor: ⁊ vos ea eſtis ingenij acrimonia.
eo vſu. pręſtãtiqȝ prudentia. vt vel nobis reticentibꝰ. ſi diligentes ⁊
induſtrij eſſe aĩaduerſoris ſtatueritis. inpendentẽ ruinam vobis ex
ipſo iſto reꝝ p̄ntium fragore haud difficile p̄noſcere poſſitis. reliquũ
eſt. vt quę vel monere vel hortari. vel orare ſine repręhenſione vos
poſſum: paucis expediã. Duo vobis faciunda cenſeo viri florentini

quo rectiſſime ⁊ pacatiſſime vobis veſtręqꝫ ciuitati conſultum ſit.
vt ⁊ ciuis veſtros viros optimatis. quos exules agitis. in vrbem re
ciplatis. ⁊ cum hoc diuino principe Philippo Maria anglo in gra
tiam redeatis. Quę quidem ita inter ſe apta. ita coherentia. ita con-
nexa ſunt. vt alteꝝ recte fieri ſine altero nequeat. Eteniꝫ q̄ꝫdiu orna-
tiſſimū ac primarium ciuitatis ordinem extorremꝗ agitis. ſolliciti ſꝑ
ſitis. neceſſe eſt. quippe qui non ſitis ignari valere viros optimatis
et prudentia. ⁊ magnitudine animi. ⁊ auctoritate. ⁊ opibus. Itaqꝫ
facile intelligūt. quib⁹ ſit artib⁹ vtendum ⁊ ad patriam recuperan-
dam ⁊ rem. ⁊ dignitateꝫ. Nam etſi magnanimoꝝ eſt viroꝝ iniurię
obliuiſci. iniuriā tn̄ vel vlciſci. vel ꝓpulſare humana iura diuinaqꝫ
permittūt. Non eñ ij viri ingentiſſimis animis ſplendidiſſimiſqꝫ
ingenijs. quos longiſſim⁹. vt noſtris. reꝝ variarū ⁊ maximaꝝ vſus
diu ac multū ꝑ omnes fortunę vices exercuerit. atqꝫ inſtruxerit vl
metu perculſi. vel inſcicia. aut imperitia retardati ſe ī ociū conferāt.
et ęquo animo indignitateꝫ patiant̄. preſertim cū plane diluciteqꝫ
perſpiciūt tm̄ de ſe ponderis ac beniuolētię tum apud alios ꝑncipes
et reges. tum apud Philippū Mariam cōciat tū eſſe. vt nō tam de
ſe ſibi. q̄ꝫ de vobis dubitādū ſit. Non eñ viri optimates vos oderūt
ſed miſerent̄ poti⁹. quod ad id difficultatis v̄ras res. quas ſuas etiā
ducūt. redactas intueant̄. vt breui vltimam perniciē paſſuras me-
tuant ni ſaniore cōſilio ꝓpediem vtamini. Videtis quas ſecum vi-
res quas copias. q̄s exercit⁹ in agꝝ Florentinū duxerint. Quo aūt
eos imꝑatore Philipp⁹ hic munierit. nō vos fugit. Eſt eñ iſ Ni-
colaus picinin⁹. qui omnis ⁊ imꝑatores ⁊ duces huiuſce tempeſta-
tis bellicis laudib⁹ mirifice ſuperet. ⁊ cū omni vetuſtate haud iniu-
ria cōparari queat. Huiuſmodi certe homines admirabilis ac diui
na virt⁹ Philippi Marię reddere cōſueuit: q̄ ſempiternę illi⁹ proui
dentię miniſter. ⁊ perinde atqꝫ ſecūda natura quidā ex īprobis pro-
bos. ⁊ ex bonis optimos plane efficiat. Vigebat mediuſfidi⁹ ſuopte
ingenio atqꝫ induſtria Nicola⁹ eximia quadā cū veſtris auſpicijs
militaret ⁊ incredibili ꝓbitate. Ubi vero hui⁹ diuini ꝑncipis con-
ſuetudine ⁊ diſciplina eſt vſus, facile declarauit. declaratqꝫ indies
tantū ſe rei militaris ⁊ diſciplina. ⁊ vſu. ⁊ ſolertia inter mortales ex
cellere. quantū omni laudatiſſimarū omnium ꝟtutum genere atqꝫ
ſplendore Philipp⁹ hic ſupra hoīem ꝓxime accedit ad deum. At q̄-
bus viri optimates pręſidijs ſunt auxilijſqꝫ freti. ea nō contra pa-
triā. ſed ꝓ patria cōpararūt. Eſt eñ his iſtis innocentib⁹ et fortiſſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

mis veſtris ciuib⁹.quos ſolo patrio eieciſtis. charitate patria nihil
carius.nihil antiquius.Qui ſi exilium ſuū patrię cōducturum ar-
bitrarent.modice ęquiſſimoqȝ aīo patria careret. Sed cū manife-
ſto cernūt ꝑ huiuſcemodi naufragiū ſuū ciuitatis florētinę nō mo-
do miſerabilē iacturā,.ſed etiā extremā ſummerſionē atqȝ interitū.
vt et ſe patrię ⁊ patriā priſtinę libertati dignitatiqȝ reſtituāt.omni
ope.omni opa moliunt. Cui eñ obſcurꝫ ſit.quib⁹ hoīb⁹ vos talis ac
tātos viros in pñtia parere oportet.qui florentinū populum omni
pecunia exhauriūt.diminuūt dignitate.ſpoliāt gloria.libertate pri
uant. Hęc dolent viri optimates.hęc ingemiſcunt.hęc quęruntur
Nullo in vos odio ſunt affecti.nulla ſimultate. Et iniuriam ⁊ con
tumeliam omnem obliti ſunt Miſerent veſtrę calamitatis.⁊ ob eā
quoqȝ rem tanq̄ȝ ſuarꝫ obliti iniuriarꝫ vos diligere iam incipiuntu.
Nihil verent magis.q̄ȝ ne peruicaci⁹ obdurueritis.q̄ ſola vos cau-
ſa p̄t perdere. Nam ſi ſerius vr̄os ciuis in vrbem reuocaueritis.nō
eſtis neſcij.quantū detrimenti et Florentinū ſolum ⁊ in primis mu
nicipia ipſa.⁊ opida ſuſceptura ſint Quis enim hoc tempore mili-
tib⁹ legem tradat: Quis eorꝫ licētiam coerceat: Null⁹ dux.nullus
imperator.nulla autoritas vim militarem cohibuerit. Nihil ſani-
us eſſe puto.nihil vtili⁹ factu.q̄ȝ omnes militaris copias q̄ȝprimuȝ
ex ethruria dimittere . Id vero alia re nulla facturi eſtis.qȝ ſi ciuib⁹
vos veſtris hoc eſt vobiſipſis ⁊ patrię.⁊ deo īmortali eueſtigio ⁊ pie
recōciliabitis.decreuerūt enim viri optimates nunq̄ȝ iſtinc firmiſſi
mū ⁊ validiſſimū exercitū amouere niſi quauis via recuꝑata patria
Pacate vobiſcū viuere ac tranquille volūt. Quare ne horꝫ lenitatē
contēpſiſſe videamini.prouidete. Illud autem ſcitote.ſiquis etiam
caſus.nā varia eſt fortuna belli.aut ſani⁹ conſiliū ex ethruria pñteȝ
vel imꝑatorem vel exercitū ad inſubres reuocarit.tamē non multo
poſt vel hūc eundē.vel fortaſſis etiam nō minorem imꝑatorē ⁊ ex-
ercitū certe longe robuſtiorem patiemini. Scitote etiam illud nul
lam vobis cū exulib⁹ optimatib⁹.neqȝ firmā.neqȝ tutā pacem aut
concordiā eſſe poſſe.niſi eadem cū Philippo Maria futura ſit. At
hęc vna vobis maxime cōducit.neceſſariaqȝ eſt. Nā ſiqua ī veſtris
animis de receptis optimatib⁹ ſuſpicio reſederit qm̄ ijs acerbius for
taſſe.q̄ȝ ius faſqȝ poſtularat.vos vr̄os cenſeatis.q̄ȝuis nihil de ijs oī
no verendum ſit.noui horū lenitatem ⁊ manſuetudinem. ſed ſiqua
reſederit ſuſpicio.hūc eſtis ſemꝑ eum ſponſorem habituri. cuius fi-
des omni vobis certitudine certior eſſe exploratiorqȝ debeat. Quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

em̄ aut eſt: aut fuit vnq̄ȝ hoc vno principe iuſtior: verior: innocenti
or. cōſtantior, grauior: Nam q̄ȝ eſt excelſo atqȝ inuicto animo: quā
ta humanitate clemētiaqȝ pollet. q̄ȝ ſe in omnes liberalem ⁊ munifi
centiſſimum preſtat. ne mortui quidem ignorant. Et em̄ de religio
ne ⁊ diuini cult⁹ obſeruātia neminem eſſe inter mortalis video: qui
ſit cum Philippo Maria conferend⁹. Quo in hūc animo Euge-
nius ſemper fuerit. quib⁹ hunc iniurijs perſepe laceſſerit: quib⁹ detri
mentis affecerit. ⁊ vobis eſt perpulchre cognitum. ⁊ reliqs nō igno
tum. Quam hic nūc Eugenio par pari referre poſſet. modo vellet.
qui min⁹ ſentit. lapideus eſt Quod eo magis facturus credebat. qđ
baſilieſi cōſilio omni ſubſidio ⁊ ope ſemper adfuerat. ac fauerat. Ue
rum id homines non cōſiderant noſtrum hūc diuinum principem
tantiſper Baſilienſi cōcilio fauori p̄ſidioqȝ fuiſſe. dum animaduerte
ret Chriſtianę reip. ⁊ communi eccleſię emolumēto atqȝ amplitudi
ni patres illos proſpicere. Nam cum primum eos priuatę ſimulta
tis cupiditatiſqȝ rationem habere. intellexit. ob idqȝ ad ſciſſuram ec
cleſiaſticam nefariumqȝ ſciſma omni conatu. omni ſtudio conſpira
re ac veluti coniurare. mox ab incoepto ſeſe auocauit. ⁊ alios. quoſcū
qȝ potuit. ab eo quod breui futurum aſpiciebat. imminenti facinore
inſaniaqȝ retraxit. Uidem⁹ tandem ſeu id iure ſiue iniuria factū ſit.
pontificem alterum foelicem. quem eo conſilio atqȝ mente rem tan-
tam admiſiſſe fatentur omnes. quod minime futurum dubitaſſet.
vt ſe gener hic q̄ȝ cupidiſſime ſequeretur. Id quod etiam alios Chri
ſtiani nominis principes continuo facturos ſentiebat. Sed Phi-
lippus Maria nulla neceſſitudine. nullis precibus. nulla ingentiſ-
ſimorum munerum ac premiorum ſpe īduci potuit. vt amātiſſimo
et bene merenti ſocero in hāc diem obſequeret Intelligit em̄ primā
ſibi neceſſitudinē eſſe cū deo. nec plus cuiqȝ debere q̄ȝ deo. Nec vlla
eſſe aut munera aut p̄mia cum v̄tute deoqȝ cōparanda. Utinā exi-
mias hui⁹ immortaliſqȝ v̄tutes ⁊ cognouiſſetis iam p̄dem p̄ncipes
Florētini. vel iam tandem ſtatuatis cognoſcē. Nā ſi malueritis hu
ius diuini viri beneficētiam ⁊ incompabilē animi magnitudinē ex
periri. q̄ȝ id preſtare aſſidue. vt vel inuit⁹ ⁊ p̄ter ingeniū inſtitutūqȝ
ſuū bello p̄mere vos cogat. experiemini ꝑfecto neqȝ trāquillius ad
quietem. neqȝ ad dignitatē pulchrius. neqȝ ad ſtat⁹ reipublicę diu
turnitatem perpetuitatemqȝ tutius. neqȝ ad facultates vtili⁹. ne-
qȝ ad corroborandās vires aut foelici⁹ aut meli⁹ ꝓuideri veſtris re-
b⁹ a vobis potuiſſe Nō mō em̄ firma vobis int̄ voſ ipos ⁊ diuturna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

pax atqꝫ concordia per huiꝰ magnanimi ⁊ iuſtiſſimi viri auctorita-
tem ac fidem futura eſt: ſed etiam nullum extremum bellum: nulli
motus impendeāt: qui vlla vos non dicam calamitate aut detrimē
to afficiant: ſed ne inuadendi quidem Florentini agri poteſtatem ha
beant: videtis em̄ quibus finitimis principibꝰ ac populis circūdati:
ſepti vallati eſtis: iſtos omnis cum Philippo ſentire: vel omnis po
tius ſub Philippo eſſe. Ea ſunt cum cum philippo Maria alij ami
cicia: alij ſocietare: alij clientelis iūctis iuncti. vt nihil malint: q̄ꝫ qđ
Philippo gratum iucūdumqꝫ fore animaduerterit. Namqꝫ bello
etiam maritimo adoriat̃ vos nemo. Quis em̄ ambigat Alphonſū
regem omniſqꝫ gotthalanos nihil omnium tantopere optare: q̄ꝫ vt
ſibi ea facultas offerat̃: ille dies illuceat quo quas immortalis debēt
ſempiternas huic nobiliſſimo principi grās referant: Quibꝰ nunc
claſſibꝰ: quibus viribꝰ in mari Tyrrheno Alphonſus pollet: non
ſentitis modo: ſed coram aſpicitis. Nec vos veteres cum Philip-
po Maria inimicicię ſiquę fuerint: a tanto bono deterreant. Sua
huic fide nihil eſt antiquiꝰ: nihil conſtantiꝰ. nihil ſanctiꝰ. Qui quo
niam eſt ad decus ⁊ ad gloriam natꝰ: non minori laudi dandum ar
bitratur eos ſibi beneficijs ſuis amicos reddere: qui, fuerint inimici
exiſtimati: quam amicis ipſis benefacere. Ut em̄ Eugenium omit
tam: cuius in hūc iniurias nemo diligentius q̄ꝫ vos nouit. Alphō-
ſum regem certe meminiſtis: cuius etiam potentiſſima claſſe quan-
doqꝫ eſtis aduerſus Philippum vſi: Is cum illuſtri illa atqꝫ formi
dabili ad Caietam ⁊ nauali et terreſtri pagna cum tot ſuis ⁊ fratri-
bus et propinquis: cum tot imperatoribꝰ: tot ducibus: tot principi
bus: tot maximis clariſſimiſqꝫ viris: tanto: tam potenti: tam firmo
ornatiſſimoqꝫ exercitu ⁊ proſtratꝰ: ⁊ victus: et captus eſſet quis ve
ſtrum non credidit ſi verum fateri vultis: illum nō in carcerem: nō
in tenebras: non in vincula cōiectum iri: non perpetuam paſſurum
ſeruitutem: ſed per extremas potius ęrumnas: per omnem cōtume
liam ⁊ ludibrium vltimo etiam ſupplicio cum ſuis omnibꝰ affectū
iri. Et iure id quidem euenturꝫ credebatis Sunt em̄: qui apud vos
nihil aliud curent: ſtudeant: moliantur: q̄ꝫ per bonorum detractiōes
atqꝫ calumnias id efficere vt ⁊ probi qui ſunt improbi: ⁊ humanita
tis: māſuetudinis: benignitatiſqꝫ, cultores. inhumani: crudeles: ſor
didi: ⁊ qui pro vobis et populo Florentino amici ſunt: ⁊ laudum ve
ſtrarum ſtudioſi: hi plane inimiciſſimi ⁊ infoeliciſſimi videant̃. At
qua Philippus humanitate Alphonſum exceperit: q̄ꝫ liberalit̃ mu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nificeqꝫ tractarit: q̄ꝫ magnifice regaliterqꝫ dimiſerit: nulla poſteri-
tas cōticeſcet. Cum aliȷs in rebus permultis ac maximis eximiam
Philippi inauditamqꝫ virtutem admirari ſoleo/tum in hac vna ī
primis: ꝙ nulla dominādi cupiditate a ſplēdidiſſima illa animi ma
gnitudine vnq̄ꝫ abduci potuit. vt de ſe quicq̄ꝫ: quod inuictiſſimo ac
ſummo principe indignum foret. exiſtimari poſſet. Reges vicerat
Philippus Maria potētiſſimos ⁊ maximos. permagna certe vi-
ctoria ⁊ omnium ſane. quas aut vidimꝰ. aut audiuimꝰ. aut legimꝰ
clariſſima. Sed multo magis glorioſius eſſe reor: quod ea victoria
vſus eſt. qua non ſe minus viciſſe iudicaret: q̄ꝫ hoſtes. Et em̄ iram
cohibere: qua nihil conſuli recte poteſt: ⁊ inſolētiam ſuperbiamqꝫ vi
tare: q̄ꝫ victoria potiſſimum ſolet afferre: vnus hic: qui omnia ſemꝑ
clementer facit. omnia manſuete. omnia iuſte. omnia moderate. om
nia deniqꝫ ſapienter. ⁊ ſummi principis munus arbitratur ⁊ ſuum
Quo factum eſt: vt non ceteros modo mortalis. ſed quod lōge plu
ris faciundū eſt: ſeipſum equitatis ⁊ miſericordie ac benificētie lau-
dibus mirifice ſuperarit. Quanti vero huiꝰ laudem eſtimari oporte
at: vel ex eo intueri licet: quod Alphonſus ipſe: vt eſt nobiliſſimo g̃
tiſſimoqꝫ animo: eam ſe putat ex ſua captiuitate gloriam aſſecutū:
qua ſibi nullam afferri poſſe illuſtriorem in vita: nullam clariorem
et dicat ⁊ pre ſe ferat: non em̄ videt ſolum et Sicilia ſeſe: ⁊ Sardi-
nia non eſſe ſpoliatum quas Philippo inſulas ad ceteras difficilio
ris condiciones debeat vltro: ſed etiam opibꝰ auctum. ⁊ his ab eodē
ſe honeſtatum honoribꝰ intellexit: vt longe latius ac melius ſibi fu-
iſſe cognoſceret vinci q̄ꝫ vincere. Et quod liberaliſſimū Philippi i-
genium, obſtupendamqꝫ virtutem merito debet in coelum extolle-
re: ne portus quidem lune qui nunc Veneris cognomentum acce-
pit: nobiliſſimū oppidum: aut Ilicem caſtellū munitiſſimū ſibi ab
eo ipſo Alphonſo reſtitui paſſus eſt. O ingentiſſimo virorum ani-
mo. O ignotam diuinamqꝫ conſtantiam. Non alit: non incendit
Philippꝰ inimicicias: verū ⁊ ſedat. ⁊ extinguit potiꝰ Haud em̄ do-
minandi cupiditate ducit; Sed haberi ſe ſociū: ſed amicū: ſed obſe-
quentem: ſed munificū: ⁊ vincere magis q̄ꝫ vinci officiȷs cupit atqꝫ
ſtudet ſemper. Nam q̊d eſt opꝰ aut Alphonſum regem: aut alium
quenq̄ꝫ potius: q̄ꝫ vosipſos in medium referamꝰ. Quotiens ſi volu
iſſet Pſilippꝰ: quod veſtra pace ſit dictum: potuiſſet vobis rebuſ-
qꝫ veſtris omnibus pro ſuo iure ⁊ volūtate vti. Sileo reliqua. Et
Lucenſem modo: et Immolēſem cladem non eſtis obliti. Quo qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

dem vtroqꝫ tempore ſi Nicolaus picininus cum victore illo vali-
diſſimoqꝫ exercitu in agrū Florentinū vertiſſet iter:actum ſane fuiſ-
ſet de re veſtra. Nullꝰ erat vobis imperator:nulli duces nulle copie
Ciuili ſimultate ardentiſſimiſqꝫ odijs inter vos per omnem tumul
tum ac furorem diſſidebatis. Quare cum Nicolaus ſe rei accinge-
ret:quippe quippe qui finem diuturni belli cum maximo ſui prin-
cipis incremento ⁊ gloria in manu ſe habere perſpiceret:tum conti-
nuo Philippꝰ a coeptis reuocat:et vos ad pacē. ad amiciciam .ad
ſocietatem ſecum ineundam hortat̃:monet:rogat enim. Quid hac
humanitate benignius:quid tanta manſuetudine illuſtrius:q̇d hu
ius animi magnitudīe celſius. Nōne ſatis ſuperqꝫ declarauit Phi
lippꝰ vobis non modo patria libertate priuare vos nolle:ſed maxi-
mis etiam ac pluribꝰ beneficijs velle amplificare. Conſueuit hic:vt
liquido noſtis:non auferre alijs libertatem:ſed vt eſt vnus omniū
qui ſunt:aut fuerūt:futuri ve ſunt:excelſo liberaliſſimoqꝫ animo.⁊:
ciuitates alijs ⁊ ꝓuincias condonare Nolite igit̃ viri magnifici,ad
uerſus hūc tam mitem.tam pium.tam benignum ,tam magnani-
mum.tam diuinum principem cum veſtro etiam maximo detrimē
to atqꝫ pernicie armis contendere potius:q̄ꝫ beneficiū experiri Re-
dite iam tandem cum philippo in gratiam. Hęc vna res vobis nō
diuturnam ſolum ſecuramqꝫ quietem allatura eſt:ſed ⁊ publicę ⁊ ꝓ
uatim rebꝰ veſtris incrementi ⁊ dignitatis plurimū. Diligebat hic
antea Florentinū populū ductus quadā ingenij bonitate ⁊ ſua Eiꝰ
autem prudentiam ac v̄tutem corā expertꝰ nondū erat. Sꝫ poſtea
q̄ꝫ veſtros ciuis optimatis ꝑ illam iſtā reip. veſtrę ſeuientē fortunā
propius vidit:didicit:tractauit:incredibile ē dictu:quāta beniuolē
tia ⁊ charitate nomē Florentinū cōplexꝰ eſt Qua quidē vna re mo
tus.id ē vt veſtrā florentiſſimā ciuitatem p̄cipuo quodā ⁊ egregio
bn̄ficio afficiat:ſtudioſiꝰ curat hoſce p̄ſtantiſſimos ciuis v̄ros in pa
triā reducē:hoc ē voſmetipſos vobis reſtituē. Vos aūt ne ꝑuicaciꝰ
aduerſemī.⁊ rogo.et oro. Nullū eſt em̄ pulchrius ſpectaculū ciuita
te cōcordi ac ſibi bn̄ cōſentiēti. At auditꝰ certe aliꝰ iucūdior nullus
Quę ciuitas aut prudentiꝰ.aut ſatius ꝯſulit rebꝰ ſuis:q̄ꝫ quę ſimul
et vniuerſa cōſulit. Quę faciliꝰ.quę aptius. q̄ perfectiꝰ quicq̄ꝫ agit
q̄ꝫ quę ſimul cum ciuibꝰ cunctis agit. At qui vno eodemqꝫ conſilio
erratur aut nunq̄ꝫ aut raro. Quibus ſunt res ſecundę ſuauiores q̄ꝫ
ciuibus cunctis idem volentibus: Qui res aduerſas leuius to-
lerant;quam qui communi conſtantia tolerant,et etiam tanquam

aliquod honus ferunt. Uel quibus accidunt rarius res aduerſę q̄ꝫ
qui inuicem prouident:inuicem cauent:inuicem propulſant ingru
entem fortunam. Quę alia ciuitas charior ciuibus eſſe poteſt: quę
hoſpitibus honoracior: quę amicis vtilior. quę formidabilior ini/
micis: q̄ꝫ quę priuatum nihil ducit in bonis: quod a publica ſalu/
te:dignitate:emolumento:potentia:tranquillitate abhorret? A q̇/
bꝰ fidelior q̄ꝫ a ſuis laudatio proficiſcitur? A quibꝰ vituperatio aut
verior aut firmioe? Conſentientem ⁊ bene cõuenientem populum ⁊
mortales verentur. ⁊ immortales amant. Seditioſum vero int̄ ſe
qꝫ diſſidentem ⁊ deus odit: ⁊ homines contemnũt. Quę vrbs quã
tus ager. quanta hominum multitudo populum reddit valentiorē
q̄ꝫ ciuilis cõcordia. Quot em̄ ſunt ciues in ciuitate cõcordi:tot ocu/
li opes illius ⁊ amplitudinem intuentur:tot aures audiunt tot lin/
guę admonent:tot deniqꝫ mentes. conſiderant:intelligunt:curant.
Et nauis: quę gubernatoris ⁊ nautarum concordia regitur. ⁊ ipſa
ſeruatur. ⁊ vectores atqꝫ honus ſeruat. Quod ſi ipſi inter ſeſe guber
nator ⁊ nautę diſſentire. ⁊ contraria velle cœperint. vbi vęhementi
or aliqua ventorum vis incubuerit. ⁊ nauis repente. ⁊ quę in naui
ſunt. pereant. neceſſe eſt. Et currus item: qui tum perito vtatur au
riga. tum equis munitus conſentientibꝰ ſit. ⁊ in certamine ac ludo
ſuperare: ⁊ in pręlio ſeruari atqꝫ vincere conſueuit. Sin hi turbari
tumultuariqꝫ inuicem aggrediantur. eo periculum diſcrimenqꝫ ma
ius eſt. quo ⁊ pertinacior fuerit auriga ⁊ equi robuſtiores. Eodem
modo ciuili concordię huiuſmodi omnia conducunt vis pecuniaꝝ.
hominum multitudo. honores gloria. vires. In diſcordia vero ⁊ ſe
ditione ciuium hęc omnia ⁊ detrimentoſa admodum ſunt ⁊ peſtife
ra. Quid hęc autem prolixior me a ſibi velit oratio principes florē/
tini. nõ obſcure debetis animaduertere? Priſtina veſtra illa erga me
et maxima beneficia. vt hęc pro mei animi gratitudine piaqꝫ ī vos
fide tam familiariter vos monerem adhortata me ſunt. Uos vero
et ſi nulla ex parte dubito facturos omnia ſapienter. omnia modera
te. omnia mature. ne tamē vllis fortunę blandicijs credatis guber
nacula reipublicę. et oro. ⁊ obſecro. et obteſtor prudentiam veſtram
Solet em̄ fortuna nõnunq̄ꝫ verſutius ijs blandiri. quos ⁊ odit ma
xime. ⁊ inmanius perditum iri ſtudet. Nulla eſt ſpes certior. nulla
fiducia firmior. nulla diuturnior q̄ꝫ quę in deo fixa fundataqꝫ fue/
rit. Quamobrem ſi ſpem fiduciamqꝫ veſtram pro ſingulari eximia
qꝫ veſtra prudentia atqꝫ grauitate in diuina clementia ⁊ benignita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

te collocaueritis:perſpicue mihi videre videoꝛ breui futurum:vt bel
li formidine ac periculo ſoluti omni diſcordiarum incendio:omni ſi
multate:omni deniqꝫ contentione depoſita:atqꝫ interempta ⁊ pu-
blice ⁊ priuatim foelicem atqꝫ fortunatā agatis vitam. Ualete vi-
ri excellentiſſimi. Ex Mediolano xvi. kal'. Julias. Anno a natali
Chriſtiano. M.cccc.xl.

¶ Franciſcus philelfus. Coſmo medici ſa
lutem plurimam dicit.

a Riſtides Athenieſis cognomēto iuſtꝰ cum legatꝰ vna cum
Themiſtocle:qui cum ei erant inimicicię: mitteret. Ubi ad atticę
finis ventum eſt. Uis ait o Themiſtecles:noſtras hic inimicicias
relinquamus: Nam ſi videbit. eas rurſus cum reuerterimꝰ:capie-
mus. Et pię vt ſemper Ariſtides:⁊ q̄ꝫ prudentiſſime monuit. In-
telligebat em̄ vtilitati publicę nullo ſane pacto per eos cōſuli poſſe:
qui priuato inter ſe odio diſſiderent:at par eſſe priuatam cauſaꝫ pu
blicę ſemper cędere. Quo ipſo ductꝰ conſilio ſextꝰ Liuius ſalinatoꝛ
vir indubitato ⁊ illuſtris et magnus non dubitauit pręter ingeniū
et cōſuetudinem ſuam cum eo redire in grām:a quo grauiſſimaꝫ ac
cepiſſet iniuriam. Nam hūc Neronis teſtimonio in ṗmis afflictū
et in exilium actum legimꝰ. Quare cum reipublicę ſuam cum Ne
rone collega cōcordiam non mediocriter cōducturam exiſtimaſſet:
facile ſuo vehemētioꝛi ingenio ⁊ irę acerbitati moderatꝰ eſt. Qua q̄
dem manſuetudine ſingulariqꝫ prudentia effectum ſcimꝰ:vt ꝑ Aſ-
drubalis interitum ac poenoꝝ ad Metaurum cladem lętioꝛi fortu
nę Romanoꝝ permagna fieret acceſſio. Cum his igit de rebus mi-
hi tecum agēdum eſſet:quę ⁊ ad publicam ptinēt ⁊ ad tuam vtili
tatem:ꝙ vel Salinatoꝛis imitarer ingenium:vel idem te monerē:
ꝙ Temiſtoclem Ariſtides operepꝛecium duxi. Quid de nobis ho-
mines Coſme arbitrent:te latere non debet. Nam te qualem ī nos
pręſtiteris:publica pꝛoſcriptio declarat Me autem haud ęquo ani
mo infinitas in me tuas iniurias cōtumeliaſqꝫ tuliſſe nō obſcure po
tuiſti ꝑſpicere. Itaqꝫ inimici vulgo nō abſurde exiſtimamur. Quo
vero es etiam ī me animo:meliꝰ nemo nouit:q̄ꝫ ipſe tu. At ego ſiq̇d
irarum cōceperam aduerſus te:ſatis mihi videoꝛ id omne vel euo-
muiſſe:vel concoxiſſe. Nam mediuſfidiꝰ te nunq̄ꝫ odi. Sed indi-
gne me affectum abs te anxie patiebar. Uerum vtcunqꝫ res habet:
tum Florētinę ciuitati:tum pręcipue tibi vtiliſſimum fore arbitroꝛ
vt inuicem vel tantiſper redeamus in gratiam:dum ea quę amiciſſi

me⁊ ab me plentiſſimeqꝫ dicuntur: et audias attentiſſime. ⁊ aĩo trã-
quillo conſideres: ac iudices. Que ſi pro tua prudentia ⁊ equanimi
tate feceris: haud quaq̃ꝫ vereor futurum: vt et Philelfum ſis nun-
q̃ꝫ poſthac exoſus. ⁊ ipſe immortalem gloriam conſequaris. et Flo
rentinus populus perpetuo bene ſit perpeteqꝫ victurus. Quas pu-
blicas litteras dedi proxime ad Senatum, ⁊ populum Florentinũ
ſcio te ⁊ vidiſſe: lectitaſſeqꝫ diligenter. Que publice ſum hortatus:
eadem te ⁊ hortor. et moneo. Nam ſi ad communne omnium com-
modum atqꝫ emolumentum priuatim ea ſunt cuiq̃ꝫ conductura: ti
bi ſunt vel q̃ꝫmaxime. Quo eñ locupletior fortunatiorqꝫ es: eo ti-
bi magis ſtudendum eſt: vt permultos habeas amicos: ⁊ inimicum
neminem. At q̃ꝫdiu viri optimates patrio arcẽtur ſolo. nunq̃ꝫ poſ
ſis pacato ſecuroqꝫ eſſe animo. Intelligas enim neceſſe eſt. non exu
les modo omnis: ſed etiam quotquot iuſti ⁊ fortes viri in vrbe retẽ
ti ſunt: tibi eſſe metuendos. Nam alij moueantur incõmodo reip.
alij indignitate cauſe Nonnulli propinquitate: neceſſitudine: ami
cicia clientelis. Pleriſqꝫ etiam opes tue inuiſe ſint. Quaqꝫ vi qui-
buſqꝫ artibus moliãtur: vt per cauſe honeſtatem te perditum eant:
quippe qui ⁊ iniquũ et impium eſſe dictitent te non equo iure cum
ciuib⁹ viuere: ac tui vni⁹ cauſa tantam clariſſimoꝝ ⁊ optimorũ ciui
um multitudinem extorrem agi. His certe cogitatibus: his curis:
his ſi verum fateri licet: moleſtijs ⁊ terrorib⁹ ſollicitari te non ſum
neſcius. Non es eñ obtuſiorib⁹ quibuſdam ſenſib⁹ ſed cum ingenij
acrimonia intelligis: quantum vis: tum rerum vſu permultaqꝫ pe-
ritia nihil eſt: quod minus calleas. Sed vtiuam vel nature vel for
tune bono vti malles: q̃ꝫ ſupra ciuem appetere. Id eñ et tibi. ⁊ pa-
trie plurimum cõduceret. Nam ⁊ ipſe omnib⁹ cariſſimus fores. et
patrie tñ naufragium non intuliſſes. Uerum pleriqꝫ omnes: q̇ et
animi magnitudine. ⁊ ingenij vigent acrimonia: in eo vt plurimũ
morbo ſunt. vt pares non facile admittãt: ſed quaqꝫ ratione preeſſe
omnib⁹ et tanq̃ꝫ dominari velint. Hinc ⁊ priuate et publice ſimul-
tates oriũtur: hinc peſtifere factiones: hinc ſeditiones: hinc tandem
ciuilia bella cum ingenti patrie calamitate: exitio: interitu manant
Atqui illud quoqꝫ quis negarit omnis: qui ſe metui ⁊ odio eſſe ſci-
unt: eos vel inuitos agere multa per iniquitatem: per iniuſticiam ꝑ
ſeuiciam. Nam qui ſe ſupplicijs dignos norunt: ea ne patiantur: ꝑ
omnem animi furorem: per omnem immanitatem diritatemqꝫ p-
uidere. Hi autem ignorare videntur mihi nullum metum diutur-

num eſſe poſſe. Non ſibi ante oculos ponunt Ariſtotimum: non
Phalarim: non Neronem. Neqꝫ diu impunitate letatꝰ eſt. Nul-
lus eſt firmior principatus: nullus ſtabilior: nullus diuturnior. q̄ꝫ
qui per iuſticię ⁊ ęquitatis officia in ciuium beniuolentia ⁊ caritate
conquieuerit Satis magnus eſt. ſatis potens: qui honore ſe dignū
et admirandum pręſtat. Es tu Coſime natura lenis: facilis: affabi-
lis Hanc ſi ducem ſequi: q̄ꝫ improborum conſilia malueris. ⁊ viues
bene. ⁊ morieris melius. Nam ⁊ p̄ntes ac viui te ſummis honori-
bus ꝓſequent. ⁊ omnis poſteritas admirabit. Habes amplam ex-
peditamqꝫ pecuniam: qua tu ſi ad bonos ac pręſtantis viros vel ſer
uandos vel accerſendos in vrbem vti: non autem ad multādos exi
lio ꝓſcribendoſqꝫ inſtitueris: nemo te fortunatior futurꝰ eſt: nemo
beatior: nemo deniqꝫ immortali deo hominibuſqꝫ gratior: vt eñ mul
ta corporis habitudo ꝓdeſſe ijs admodum ſolet: qui nulli ſunt egro
tationi obnoxij: valitudinarijs vero vehementer obeſſe: ita mea qui
dem ſententia argenti ⁊ auri magnitudo ſi virum bonum: ſi iuſtum:
ſi beneficum: ſi magnanimū nacta fuerit. ⁊ illi. ⁊ cęteris magno vſui
eſt. Quod ſi apud eum diuerterit: qui bonitatis iuſticięqꝫ expers et
ſordidus ſit ac nullius roboris: tum illi. tum etiam alijs detrimen-
toſa eſt planeqꝫ funeſta. Qualis tua tibi vita eſſe debet Coſime me-
dices cum omnis fortunas tuas vides in alea: Non enim hi ſolū:
quos per ciuilis contentiones tibi eſſe inimicos reris: tibi ſunt me-
tuendi: ſed iſti magis quibꝰ te charum vnice ⁊ admirabilem opina-
ris. Non enim te diligūt ſed nummos tuos. Nam ſi vlla te chari-
tate complecterētur: non te ad rapinam bonorum ciuium: non ad
perniciem: non ad vaſtitatem: non ad cędem exhortarent. Intelli-
gūt homines callidiſſimi: quādiu optimatium odio laboraueris: in
ſua te poteſtate neceſſario futurū. Quare ſemper aliq̄d a te cupiunt:
aliquid poſcūt: aliquid expectāt. Quicquid autem improbe. flagi-
tioſe. facinoroſe. impieqꝫ patrarint. te auctorem totiꝰ ſceleris: te p̄n-
cipem: te ſignifer ꝓfitent: ac tuis ſe opibꝰ tuentur. Quę vbi diuti
us ferre non poteris (Non eñ tantam ſceler ac nequicia licentiā
ęquo animo perferas) libidinem atqꝫ furorem ſuū in te armabunt:
tuas pecunias ſitiēt: tuis ſe nummis ingurgitari omni arte: oī frau
de: ⁊ omnibꝰ deniqꝫ inſidijs molient. Te malor oīm cām eſſe dicēt.
In caput tuū ꝑ oēm vim ⁊ cōtumeliam cōiurabūt. Atqui omnes
inimicicię difficiles ſunt ⁊ permoleſtę. Nullꝰ eſt adeo imbecillꝰ ini-
micis: adeo infirmus: qui non ei grauis in tempore eſſe poſſit. qui ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

potentiſſimum ſeſe ⁊ firmiſſimum cenſuerit. Nam aut augēdo: aut
dicendo: aut excogitando durius quippiam calamitatem importet
O dii fructus nunq̄z dulcis eſt: nunqz vtilis: quin omnium potius
maxime pernitioſus: maxime amarus. Nullū eſt onus grauiꝰ. nul
lum moleſtius q̄z inimicicias ferre. Nam ⁊ ſecūdas res turbare. et
aduerſas augere conſuerūt. Excubat inimicus ſemper: inſequit̄ ſem
per: inſidiatur ſemꝑ: emori mauult. q̄z non vlciſci. Amicicia vero at
qz cōcordia ⁊ publicę. ⁊ priuatim ſemper prodeſt. Nec ea quicq̄z eē
pulchrius queat. neqz ſuauiꝰ. neqz melius. neqz diuinius. Qui em̄
aptius. expeditius: certius bona ipſa adipiſcūtur q̄z amici mutuis ī
uicem vtentes ſubſidiis: Qui mala quę ſunt: faciliꝰ euitant. q̄z qui
amicos ſocios habent: Quibꝰ ęrumnę minꝰ accidūt q̄z iis. qui ami
cos habent doloris ęrumnarumqz participes: Quibꝰ eſt ſecunda
fortuna ſuauior: q̄z his: qui non ſibi dūtaxat lętantur: ſed aliis quo-
qz gratulantur At ego nunq̄z illum fortunatum appellarim: qui ꝑ
bonorꝫ virorum flętum ac luctum fortunatus fit. Nec ille mihi foe
lix videri queat: cuiꝰ lęticia moerori ſit pluribꝰ. At ne lętetur quidē
in dolore multorꝫ: ſi ſapit. Meminerit em̄ eos omnis. qui ſua cauſa
moerent: aliud nihil: q̄z de ſuo exitio dies noctiſqz cogitare. Mor-
talem autem nullū omnino eſſe contemnēdum. Neminem em̄ eſſe
qui aut homini: aut rei: aut ſaltem famę nocere nequeat. Quare ne
mo eſt laceſſendus iniuria. Nullius prorſus hominis in ſe odium
concitandū. Prudenter em̄ monuit Braſidas: qui vbi muris quē
in Caricis corripuerat: morſum excepiſſet: ob idqz illum dimiſiſſet.
cōuerſus ad circumſtantis ait. Nihil adeo paruū eſt: quod ſi aude-
at adorientibꝰ repugnare: nō ſe ſaluū reddat. Uides inquam viros
optimatis: quos vrbe eieciſti: eo eſſe animo: vt emori malint q̄z pa-
tria orbari. Itaqz nunq̄z ceſſent omnia moliri ad reditum: At ego
dicis: in vrbe ſum. Et tu modo relegatus eras ad Uenetos. Noli
nūc ob iſtas fortunę blandicias fieri inſolentior: optimatiſqz deſpi-
cere: quin potius illud Archidami lacedęmonii dictum crebra me
moria tecum repete. Is em cum poſt cheronię pugnam a philippo
rege aſperiorem accepiſſet epiſtolam: ita reſcripſit. Si vmbram tu-
am metiri volueris: haud nūc eam maiorem inuenies: q̄z eſſet ante
victoriam. Quo maiorez victoria elationem affert: eo magis dimi
nuit conſilium. Recte em̄ idem Archidamꝰ: qui cum a quibuſdam
quo tempore prelio arcadas ſuperaſſet. laudibus efferet̄. melius. in-
quit. foret. ſi eos prudentia potius q̄z viribus viciſſemꝰ Quod tan-

tum innocentiſſimorum ciuium numerum Coſine vrbē expuleris et ipſe vrbe potiare. non tam tibi prudentię dandū eſt. q̄ꝫ tuę vel pecunię. vel fortunę. vel Joannis illius vitelſci potius hominis perditiſſimi doloſis abhortationibus nefariyſqꝫ inſidijs. Quod ſi tua opera hi reuocati in vrbem fuerint. ac patrię reſtituti. tūc magnum te profecto virum ⁊ ſapientem. ⁊ beneficum appellabo. Te vnum eē confitebor. qui omni virtute polleas. qui ⁊ diligendus ſis. ⁊ obſeruādus ab omnibꝰ: Tum plane viceris viros optimatis. cum teipſum viceris. Depone iam tandem Coſme. depone. ſi ſapis vl' extingue potius omnem animi tui ardentiorem excandeſcētiam flammaſqꝫ iracundię: Satis es vltus. ſiquid vlciſcendum exiſtimaras Noli diutius temptare fortunam. quę tum maxime fallere. cum maxime obſequi conſueuit. Jam aliquando proſpice vel tibi. vel poſteritati tuę Jnquire teipſum propius. et acutius inſpice. Non enim alterꝝ Coſmum habituri ſunt medices. Si malueris patrię exules ciuis reſtituere. q̄ꝫ id pernicatius expectare. vt patriam ipſi priſtinę libertati dignitatiqꝫ reſtituant. tum eris ſane aduerſante nemine in republica princeps. tum pater patrię appellabere. tum omnes te colēt. omnes admirabuntur: Et ne dubito equidem. vt es ingenio acerrimo. hęc eadem videri tibi. Sed illud forſitan vereare. ne optimatiū huiuſmodi reſtitutio tibi calamitoſa futura ſit. At vide. qꝫ tibi recte cōſultum velim. Permagna Romuli romanorumqꝫ in Sabinos iniuria contumeliaqꝫ fuerat. Jnter eoſdem vero ⁊ pax tandem ⁊ beniuolentia exorta eſt maxima. Tibi ac tuis liberi ſunt nonnulli. abundant ⁊ exules filijs. Quę ſuauior neceſſitudo. quę firmior. quę diuturnior eē poſſit. q̄ꝫ quę coniugijs conſtat vltro citroqꝫ cōſtitutis: Pręter ea quod ſecūdo loco litteris ſuperioribꝰ publice ſum hortatꝰ nulla re alia tum publicus florentinę ciuitatis. tum etiam tuus tibi ſtatus ſolidior. durabilior. iucūdior. melior. foelicior futurꝰ eſt. q̄ꝫ ſi omni cura induſtriaqꝫ ſtudueris idqꝫ q̄ꝫ primū. vt huius diuini pꝛincipis Philippi Marię Angli ⁊ beniuolentia vos ⁊ ſocietate muniatis. Quanta hinc ad te Coſme vtilitatis. quanta dignitas. quantus honos ſit peruenturꝰ nequaq̄ꝫ ignoras. Non enim neſcis eum eſſe Philippum. qui cum alijs omnibus pręclaris ingentibuſqꝫ virtutibus nemini omnium cedit. tum ⁊ prudentia. ⁊ gratitudie ⁊ munificentia cunctis mortalibus antecellit. Jtaqꝫ ſi tua potiſſimū opera intellexerit rebus ſuis acceſſionem factam. eſt te profecto apud ſe habiturus omnium primum. Js inq̄ꝫ te officijs proſequetur. quę ⁊

tibi.et populo florentino maximum ſint emolumētum ornamentū
q̄ʒ allatura. Solebam equidem Coſme.cum iſtic eſſem .veſtrorum
quondam hominū imperitiam demirari nō mediocriter.qui ſiquā-
do.vt fit.in re bellica Philippum acceperāt incommodo quopiam
vel leuiter vrgeri.continuo geſtiebant.exultabāt. prę nimia lęticia
tanq̄ʒ apud ſe eſſe non poterāt. Tum ipſe mecum dij boni.q̇d inſani
unt florentini: quid publicę ſupplicationes.q̇d publici plauſus.q̇d
publici ignes volūt: Cum philippi lętant̄.nōne et ſuo.ꝛ ꝓprie lętā
tur incōmodo: An Philippꝰ perire poſſit quin vna pereat Floren
tini: Num q̇ Philippum vicerit.Florētinos incolumis fore pati
antur: Et ꝑfecto Coſme veſtra omnis belligerendi cum Philippo
ratio ꝑſtulta mihi.qd̓ pace veſtra dixerim.videri ſolet.quippe q̇ de-
teriore cōditione victores.q̄ʒ victi futuri ſitis Quę em̄ ad nos ex vi
ctoria vtilitas ꝑuētura eſt: Nū vrbs Nū ager.num quicq̄ʒ num-
morꝶ: Nam vt ſileam.ad quātam rerum inopiam atq̄ʒ egeſtatem
per belli diuturnitatem redigamini.an futurꝶ ignoratis.vt ꝑ victo-
riam pulcherrimam rempublicam pulcherrimam amittatis: Vi-
ctis aūt durius nihil timēdum eſt.q̄ʒ ijs vos muneribꝰ et honoribꝰ
cumulatum iri.quibꝰ ꝛ duces.ꝛ imꝑatores.ꝛ reges cumulatos au-
diſtis. Nōne igit̄ vobis ſaniꝰ conſuleretis.ſi indubitata victoria cū
maximo rerum veſtrarꝶ incremēto potiamini cum Philippo Ma
ria q̄ʒ oīno cū alijs victoribꝰ vinci: qd̓ ſi rebꝰ veſtris contenti ocium
q̄ʒ negociū malueritꝭ.facile vniuerſę Italię diuturnā pacem veſtra
cū Philippo ſocietate trāquillamq̄ʒ quietem parietis. Verꝶ ne vos
delectet tarda deliberatio. Nō em̄ te pręterit Coſme medices incre
dibilis ac ꝓpe diuina huiꝰ diuini ꝓ̇ncipis vel ſapīa.vel animi mag-
nitudo. Ut em̄ affinitates ꝓpinq̄tates tacuerim.q̄ʒ cęteris vniuer
ſis ꝛ maximis potētatibꝰ carus piucūdusq̄ʒ ſit.q̄ʒ apud oīs valet et
autoritate ꝛ gr̄a.nō es ignarꝰ. Quāobrem matura Coſme.dū licet
Accingē huic tā honeſto.tā nccāio.tā vtili.tam ſancto.tā pio opi.
Succurre patrię.ſuccurre amicis.ſuccurre ꝛ tibi.ꝛ tuis. Oblatā
occaſionē arripe. Noli.q̄ſo.expectare.vt iure optio dici queat.non
volūtate.Coſmꝰ.nō animi iudicio.ſed nccītate ꝛ rebꝰ aduerſis nō
tā ducit̄ q̄ʒ cogit̄. Id aūt vna re facilime vitabis. ſi oī ꝑturbatione
liber te rōni ſubmiſeris. Uale ex Mediolano.iiij. Nonas Julias.
Anno a natali Chriſtiano.M.cccc.xl.

Franciſcus philelfus. Kyriaco Anco-
nitano ſalutem dicit.

q Uod ⁊ gratularꝫ mihi. teqꝫ ꝓpediem apud nos futurū̃ de
nūcias. dici non poſſit. quā̃ta me tuis lrīs voluptate affece-
ris. Utrumqꝫ em̄ ſumme beniuolentie argumētum eſt. Facito igi
tur ſi me amas. ſicuti certe amas. vt te vti q̄ꝫprimū̃ fruiqꝫ affatim
poſſumꝰ. Interim autem rem mihi pergratā factur⁹ es. ſi ad qđ tē-
pus naues onerarie ſint iſtinc Bizantiū ſoluture. ꝑ te certior factꝰ
fuero. quo vel tibi. vel nr̄o ſplēdidiſſimo Scalamōti dem aliquid
litterarꝫ ad Marium filium. Qđ autē placere tibi oſtendis. πέρι
σμινθέως καὶ σμύρνης. ea per z et nō per ſ ſcribi. ⁊ idem
Ptolomeum ſenſiſſe in ſuo de orthographia libro. Ego quidem. ne-
qꝫ tibi. neqꝫ Ptolomeo ipſi aſſentior. quicū̃qꝫ is tandem aut alteru
ter Alexandrinꝰ. aut Aſcalonites. aut Epithetes cognominatus.
aut aliꝰ quiſpiam fuerit. q̇ ſe grammaticū̃ ꝓfiteri voluerit. Id em̄ ra
tio ꝓhibet. q̄ iſtiuſmodi cōſonantium numerꝫ ſimul eſſe nō patit̄. id
qđ etiam apud Priſcianū̃ in p̄mo de octo orōnis ꝑtibꝰ intueri licet
Quare q̄ tu epigrā̃mata iſtiuſmodi characteribꝰ ſcripta īueniſti. lit
teris atticis (vt aiūt) ſcripta eſſe fatendū̃ eſt. vel an̄ arcadas potius.
quos καὶ περὶ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης extitiſſe fa-
bulant̄. Mihi tn̄ ⁊ epigrā̃mata tua. ⁊ q̄ ſcripta abs te ſunt. iucū̃diſ-
ſima fuere. Uale ex Mediolano. v. Idꝰ quintiles. M. cccc. xl.

Franciſcꝰ philelfus Andreocio Petruſio ſal.

n Imis lautꝰ factus es. q̇ nos iam tedio habeas. Exiſtimo te
vrbani iſtiꝰ. quem mīme bellum ſacerdotoria vxor belli filium vo-
cat cōſuetudine vti cepiſſe. ob idqꝫ noſtratia hec cōtemnere Uerꝫ
caue. te ſolum ſolꝰ offendat. Noſti hoīs iſtius tum vires cum exul
ab octaua Marius bibit. tum etiam mores. At officiū̃ tui eſſe arbi-
tror. modo tibi ꝑ Urbanum liceat. aliq̇d obſtrepēre lrīs qui de te ac
tuorꝫ omniū̃ ſtatu bonaqꝫ valitudine certior factꝰ. mecum ipſe taci
tus gaudeam. Tu interim puccinis te credas. nolim ne ruētes inſa
nicteiqꝫ. et in ruinā̃ te trahāt. ⁊ inſaniant Omnino em̄ ſi credis vi
ctores breui futuri ſumꝰ. id qđ ex Landucio nr̄o accipies. Uale ex
Mediolano. iiij. kal'. Sextiles. M. cccc. xl.

Franciſcꝰ philelfus. Sarolo pratēſi ſal.

ſ Uerūt mihi tue littere periucunde ⁊ Joannes Andreas iu
cū̃diſſimus. Δοκεῖ γάρ μοι καὶ μέτριος νεάνισ-
κος καὶ σοὶ φίλιος ἐν πρώτοις ὑπάρχων καὶ γάρ
ἐπαινεῖς ἐατέχνως καὶ θαύμαξει. Fuit ergo nobis
cum tua. tum etiam ſua ipſius cauſa chariſſimus. νέυυς γαρ
καλθς εὑρεῖν καὶ μετρίοις οὐράδιον. Quem

medicum ad Victorinum meum daturus ſim. non intelligo. Nã neq̧ lrãs abs te vllas accepi. nec mihi vllus eſt medicus. nec itẽ fu-turus ſit: opto. ὀύτε γαρ ἰάτροῖσ ὀύτε ἱερεῦσὶ χρηδαὶ ἐπηθυμῶ. Quid de libris nris: ⁊ euripide. ⁊ mathematicis ſcri-bas: neſcio. Eos velim ac etiam vehementiſſime rogo te ⁊ oro ꝓpe diem ad me des. Flaccum et Ciceronem noſtri eruditiſſimi victori-ni dedi ioanni Andreę. Id quod vt facerem: ſignificaſti lrĩs. Con-ſultum vero tuũ vel noſtrum potius nondum ſatis conſului. Qua re ne inconſultum me abiens dimittat: breui prouidebo. Platonis aut leges: aut rẽpu. libenter viderim: aut ſaltem. τὰ τοῦ σώκρα τοὺσ ἀπὸ μνημονεύματα τὰ κατὰ ξενοφῶντα. Ob ais: immo cauillaris. τοὺσ ξιφηρεῖσ μὲν καλῶσ ἔχειν τὸν φιλέλφον δὲ κακῶσ οὐκ ἐγὼ ἰν οὔτωσ μηδα-μῶσ ἀλλὰ μονῶ μᾶλλον ὁ φιλέλφοσ μὲν εὐ-δαίμων οἱ δὲ ξιφηρεῖσ ἐκεῖνοι καὶ τῷ ὄντι αὐτό χειρεσ καθυπερβολὴν κακοδαίμονεσ. A mario no-ſtro quottidie lrãs expecto. quas cum accepero. faciam te quod tan-topere ſcire deſideras ⁊ ad quod tempus eum expectemus et de omni re alia certiorẽ. Uale ex Mediolano. v. kal. Octobres. M. cccc. xl

Frãciſc⁹ philelfus. Catoni iurecõſulto ⁊ oratori ſal.

a Udio iſtic eſſe pſbyterꝝ quẽdam Cremonẽſem Jacobũ Caſ-ſianum. qui multum ac diu humanitatis artibus operam dederit. tã etſi vel qua eruditione. vel q̇d omnino hoĩs ſit. ignoro. Jllud certe non placet. quod libros meos ſuę fide cõmiſſos nec reddiderit mihi nec ṽbum fecerit. Nam Uictorinus feltrenſis ei⁹ doctor vir vt no-ſti. integerrim⁹ idemq̧ doctiſſim⁹ et mihi vetere familiaritate con-iunctus. lrãs ad me dedit. quib⁹ miratur. quod nihil ad ſe ſcripſe-rim: poſteaq̄ȝ et libros mathematicos. et Euripidis tragedias iſti Cremonẽſi Jacobo ad me dediſſet. Jtaq̧ mi Cato rogo te maiorem in modum Jacobũ iſtum q̄ȝprimum cõuenias. et ab eodem libros meos expoſcas. recipiaſq̧ vna cum ſaroli lrĩs ad me. Paucis tenes quid facto ſit op⁹. Js autem Jacob⁹ philoſophię philoſomat⁹ quiſ-quiam ſtudet (vt aiũt) Uale vna cum vxore foemina pudiciſſima. Ex Mediolano. iiij. kal. Octobres. M. cccc. xl.

Frãciſc⁹ philelfus Jacobo Caſſiano Cremonẽſi pſbytero ſal.

v Jctorin⁹ feltrẽſis doctor tu⁹ ac idẽ eruditiſſim⁹ vir mihiq̧ amiciſſim⁹ monuit me ſuis lrĩs duos tibi meos dediſſe ad me codices. quoꝝ altero euripidis tragedię. altero mathematicorũ

libri cõtinentur. Quos cum arbitretur pluribꝰ iam menſibus mihi
redditos eſſe. mirari ſe ſcribit. quod nihil ab me litterarꝝ ea de re acce
perit. Itaqꝫ te etiam atqꝫ etiam hortor meos mihi libros q̄ꝫ primū
reddendos cures. Quod ſi fortaſſe neminem habes. cui tuto rem cõ
mittas. habeo iſtic hominem familiarem ⁊ virum optimū. Catonē
ſaccum. clariſſimum ⁊ iurecõſultum ⁊ oratorem. ⁊ philoſophū Hu
ic igiť iſti meos libros reſtitues. quo et officio tuo. et Victorino do
ctori ſatiſfacias. mihiqꝫ ꝓ tua libertate morem geras. Vale ex Me
diolano. iiij. kal'. Octobres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Kyriaco Anconitano ſal.

a D quintū Idus Quintiles dedi ad te lrās. quibꝰ ſuauiſſimę
tuę ad me epiſtolę reſponderam. Miratꝰ autem ſum: q̄ꝺ poſtea ni/
hil ad me ſcripſeris. p̄ſertim cum ſcire admodum cuperem te ſignifi
caturꝝ. ad quod tempꝰ onerarię naues. Bizantium eſſent traiectu/
rę. Num fortaſſe moleſte tuleris. ꝙ quę nomia. σμὶνθευσ κὰι
σμύρνη. οὐ διά τοὺ. σ. ἀλλα διά τοὺ. ξ. προτοὺ. μ
ſcribenda aſſirmabas. non ita ſcribenda eſſe oſtenderim Inhumane
profecto faceres. ſi aſſentatorē Philelfum tuū. q̄ꝫ tibi amicum mal/
le(Nam quod ait Therentianꝰ ille Soſia. hoc tp̄e obſequiū ami/
cos. veritas odium parit habeat id quidem locū inter adoleſcētes et
ſtultos. Inter viros aūt ⁊ prudentis nihil ficti. nihil ſimulati. neqꝫ
dicendū. nec ſentiendum cenſeo. Quod ſi ęque prudentia ac eloqnē
tia es prędittus quid eſt. q̄ꝺ minus velis q̄ꝫ me aliud de te loqui. ali
ud ſentire. ⁊ laudare aliud. ꝓbare aliud: Id em̄ inani cuipiam glo/
rię tibi aſcribendū foret. Q̄ꝺ quidē crimē q̄ꝫ lōgiſſime abs te abeſſe
nō ſum neſcius. τὶ γοῦν ἀὶει σιώπας. Scribe obſecro q̄ꝫ pri/
mū aliq̄ꝺ vel q̇bꝰ malis characteribꝰ Nec me fructu dulciſſimę nr̄ę
cõſuetudis priuatū velis. Vale. cū meo ſplēdidiſſimo Scalamon
te. Ex Mediolano. iiij. kal'. Octobres. M. cccc. xl

¶ Frāciſcꝰ philelfus Georgio carrecto iurecõſulto ſalutē.

n On poſſum te nō ingratitudis accuſare. ꝙ rebꝰ meis tādiu
pro voluntate vſus ⁊ liberalitatis meę obliuiſcaris. ⁊ officij
tui. Facis ꝑfecto inhumane. Ac mihi iā ſtomachū mouere incipis.
Nō em̄ puto aut in legibꝰ inueniſſe te aut in alio quopiā iure id vni
licere tibi. q̄ꝺ nemī bono licet Preſta te oro in bonū tandē ⁊ gratuꝫ
virū. Vale ex Medialano. iiij. kal'. Octobres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Frāciſco barbaurę ſal. di. plu.

v Ix dici queat mi humaniſſime Frāciſce. quāte me volupta/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

te affecerit hesternum a te munuſculũ Qđ etſi ipſum ex ſeſe me plu
rimũ delectauit. eo tñ longe gratiꝰ iucũdiuſqꝫ fuit. qđ abs te datum
Intelligo eñ me nulla mea fruſtratũ ſpe. quippe q̇ plane ꝑſpiciam
te talem ac tantũ virũ: cuiꝰ familiaritatem atqꝫ beniuolẽtiam iam
pridem vnice deſideraui. ⁊ familiariter mecum agere. ⁊ in amore mi
hi affatim reſpondere. Gratulor igiť facilimo iſti tuo humaniſſimo
qꝫ inueni. gratulor modeſtię atqꝫ bonitati. gratulor beneficẽtię. lę-
tor aũt foelicitati meę. qui qđ ſemꝑ optaram. me vel nullo meo labo
re nõ ſolum aſſecutũ iam video. ſed q̄ꝫ cumulatiſſime aſſecutũ. Ego
vero q̇đ aliud amicicia nr̄a dignũ tibi referre poſſim. habeo certe ni-
hil. niſi vt te ⁊ rogem et orem. tibi qđ facere indubitato potes. etiaꝫ
atqꝫ etiã perſuades eũ eſſe Philelfum ac ſemꝑ fore. quo poſſis oĩ in
re. vel peculiȷ iure vti. Uale Mediolani. Ex ędibꝰ noſtris. iiȷ. kał.
Octobres. M. cccc. xl.

Franciſcꝰ philelfus. Thomę Bononiẽſi ſal.

n I mihi iter intercoepiſſꝫ tertiana febris. cui ipſi deꝰ ſuperiqꝫ
oẽs ad quartanã. ita cõtinuã quoqꝫ ac perennẽ inferãt. vt q̄ꝫceler-
rime radicitꝰ eam ꝑdãt. veniſſem equidem ad te q̄ꝫprimũ vt ęque ti
bi corã gratularer. atqꝫ mihi mirifice ſum lętatꝰ. qđ ꝓ tua ſingula-
ri ꝟtute maximiſqꝫ meritis. in eo te loco humaniſſimꝰ princeps no-
ſter cõſtituerit. q̇ ⁊ excelſus eſt ⁊ illuſtris in ꝓmis Gratulor igiť ab
ſenti abſens. Ac precor imortalẽ deũ. vt qđ certo ſpero. Illud Biã
tis dictũ. Magiſtratꝰ virum dimõſtrat. clare ĩ te eluceat. hoc eſt vt
nõ meę ⁊ amicoꝝ ſolum. ſed oĩm expectationi ꝓbitas tua ĩtegritaſ-
qꝫ rñdeat. Nemini eñ dubitandũ eſt te indies magis atqꝫ magis
apud noſtꝝ principẽ ⁊ autoritate ⁊ grã chariorẽ fore. Facies aũt ꝓ
amicicia officioqꝫ tuo. vt cum q̇đ ociȷ nactus fueris. memineris no
ſtri. Uale Mediolani Ex ędibꝰ noſtris. iiȷ. Nonas Octobres.
M. cccc. xl.

Franciſcꝰ philelfus. Thomę Bononiẽſi ſal.

q Uod tibi exiſtimauimꝰ nõ iniucũdum fore. optima ſpolia ĩ
mortali deo q̄ de hoſte infeſtiſſima. febre illa tertiana vouerāmꝰ. nu
diuſterciꝰ detulimus. ⁊ nõ illa quidẽ in ferculo. vt Ioui Romulę.
ſed in bona ſpe bonaqꝫ fiducia. Neqꝫ eñ ferculoꝝ mihi nec vaſorũ
copia eſt Nolim tñ putes adeo me redactũ ad inopiã vt ſiq̇đ ex iſto
veſtro delicato ⁊ lautiſſimo aucupio ad me ꝓ tua munificentia dede
ris. nullã habeam ferculũ. quo id cõmode ſim exceptur̄ꝰ. Qđ ſi quę
ſieris. quibꝰ armis. febris armis furoriqꝫ reſtiteri nõ ęquidem ęſcu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

lapÿ aut Apidis. Sed fere par pari retuli. Cauſa illa mihi moliebatur ſitim. qua ꝓpediem cõficerer. Id ego aĩaduertẽs eiuſmodi ſane inedia hoſpitem accipio. vt qđ eſt in attico ꝓuerbio lõge ad coruos trãſire. q̄ȝ meo hoſpicio vti mallet. Itaqȝ liberatus omnino videor edaciſſima ⁊ moleſtiſſima hoſpite. q̄ȝ vel cũ ęgritudine audio ad amiciſſimos noſtros optimoſqȝ viros Marcolinũ barbauaram .et Dominicum feruſinum ex itinere diuertiſſe. Quos velim moneas nõ bonum vultũ hilaremqȝ faciẽ impudenti illi petulantiſſimeqȝ bellueę oſtẽdat. Sed ab ſeſe potius q̄ȝ p̄mũ. q̄ȝ diligẽtiſſime. q̄ȝ fortiſſime abigãt. Et ſi nolũt inedia. ⁊ veneno vtant̃. ⁊ ſanguine. Vale. et me noſtro diuino p̄ncipi vnice cõmenda. Ex Mediolano. vij Idus Octobres. M.cccc.xl

Franciſc⁹ philelfus. Antonio peſſinę ſal.

c Um eram abſens. eram apud te ſemꝑ. Me diligebas. me p̄dicabas. me colebas. me omnib⁹ amicicię ⁊ familiaritate officijs ꝑſequebare. Nũc autem p̄ñs. neqȝ video te vſquã. nec audio. Num qđ omnib⁹ fere in reb⁹ accidit. nr̃i p̄ñtia. tuã de nobis opinionẽ minuit? Nam q̇đ eſt ꝑ immortalẽ deũ. ꝙ ita obmutueris. vt nec audias nec loquare? Quid de tua taciturnitate ſuſpicer. neſcio Nã ſi tuę occupationes te mihi viſendum ꝓhibẽt. at lr̃is ſaltẽ quippiã obſtreperes. Vale ex Mediolano. v. Idus Oct⁹bres. M.cccc.xl

Franciſc⁹ philelfus. Blaſio Axęretẽſi Vicecomiti ſal.

Olent nõnulli tãdiu amicos colere, quoad eoꝝ vel p̄ñtia vti vel officio frui queant. At ego huiõi homĩes vel aſſentatores poti⁹ nihil charitatis. nihil omnino humanitatis prę ſe ferre cenſeo. Declarãt em̃ ſe non tam amicos coluiſſe. q̄ȝ priuati ꝓprijqȝ commodi habuiſſe rationem. Illoꝝ igit̃ mores perinde atqȝ ingratos ⁊ plane barbaros deteſtari cõſueui ſemꝑ. Nihil em̃ amici recordatione mihi ſuauius eſſe poteſt. Qđ cum in alijs ſemꝑ. tum ĩ te vno in p̄mis expert⁹ ſum. Nam incredibile dictu eſt. quantũ me tenet deſideriũ tui. de te dies ac noctes cogitare nõ deſino. Tu abſens mihi ſemꝑ es p̄ñs. Iocũdos noſtros dulciſſimoſqȝ ſermones crebra memoria mecũ repeto. Hac vna re abſentię tuę deſideriũ leuio. Hac vna re oblector. ac lętor. Qđ ſi quid ad me lr̃aꝝ dederis. exiliam ſane gaudio. exultabo. triũphabo. Quid abs te velim. intelligis. Vale ex Mediolano. Idib⁹ Octobrib⁹. M.cccc.xl

Franciſcus philelfus. Franciſco piccolpaſſo Mediolanenſium Archiepiſcopo ſalutem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

q Uod ruri te cõtineas. quo tp̄e ꝓpter ſubeuntē iam hyemē
vrbs maxime colēda eſt. nō poſſum nō mirari Nā ſolitudo
iſta quid tibi iucūditatis afferre poſſit. nō intelligo. Q̄d̄ ſi ocium q̄ꝫ
negociū te malle dixeris. at memini non te ad ociū. ſed ad negociū
hoc eſt nō tibi. ſed bonis oīb⁹ natū. Quare cū ab vniuerſa ciuitate, de
ſideraris. tui fuerit vel officij vel benignitatis relicta iſta ſolitudine
ruſtica. te q̄ꝫprimū vrbanū fieri. Q̄d̄ vt facias etiam atqꝫ etiā rogo
Uale ex Mediolano ṗdie Idus Octobres. M. cccc. xl.

Frācisc⁹ philelfus Kyriaco Anconitano ſal.

a D quartū kalēdas Octobres meis ad te lr̄is ſum miratus
qd̄ nihil iamdiu ſcripſeras. Uidebat̄ eīn̄ argumentū id quoddā eſſe
mutati animi erga me tui. Id qd̄ non moleſte ferre nō poterā Nūc
aūt cum tua mihi ep̄l'a ꝛ diſerta. ꝛ ꝑſuauis reddita eſt. q̄ vbi ad. iiij.
Nonas Sextiles iſtinc iter arripuiſſet. vix tandē ſero ad nos xiiij.
kal'. Nouēbres ꝑuenerit. facile mihi intelligē viſus ſum vel tempo
rum difficultatē. vel nūcij fortaſſe negligētiam. ἢ σχεδὸν καὶ
ἀπειρίαν eſſe accuſandam. Non eīn̄ erat occluſa. Quę quidem
exoptata ꝛ dulcis epiſtola tua ſi mihi ad quod temp⁹ debuerat. red
dita fuiſſet. recte cōſultū foret mario noſtro. quippe qui καὶ ἱμά
τια παρ' ἡμῶν καὶ χρήματα καὶ ἄλλα ἅττινα αὐτῷ
ἀναγκαῖα ἔλαβεν ἂν διά σοῦ: quę ſane adhuc itegra apd̄
me ſunt reliquū eſt. vt me oportune cōmonefacias. ꝛ ad quod tem-
pus nauis altera ſit Conſtantinopolim traiectura. ꝛ cuius ductu.
Prȩterea φαῦτα τὰ προειρημένα πράγματα cui da-
tur⁹ hic ad te ſim. quo perferēda cures. πρὸς τὸν ἡμέτερον
παῖδα μάγρον. Et de his ſatis Clariſſimi dignitatis milita-
ris viri Reinaldi Albizij conſilium non poſſum equidem non ꝓba
re. Rogo ꝛ oro immortalem deum. vt eum incolumem reuehat. ac
reddat nobis. Nam cum eius ętatem annoſqꝫ conſidero. vereor. ne
maris tedium ac labor ei⁹ ſeuectutem obruat. Uelim meo nomine
vxorem eius Alexandram adeas. ꝛ iſti omne meum officium pecu
niam. opem pollicearis. ꝛ deferas. Unice eīn̄ Rainaldo meo affect⁹
ſum. vt ꝛ ſapientiſſimo ꝛ fortiſſimo. et optīo. ꝛ amiciſſimo viro. Tu
autem cum mihi poſthac quippiam ſcriptitaris. ne obliuiſcaris. ve
lim. veterem conſuetudinem tuam. καὶ γὰρ νῦν οὔτε ἐπι-
γράμμα μοὶ οὔτε ἄλλο τι νεώτερον ἐπέδειξας
Uale ex Mediolano. xiiij. kal'. Nouēbres. M. cccc. xl.
Frā. phi. Petro michaeli militarꝫ dig̃tatꝫ viro ac iureconſulto ſal

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

q Ua in me plurima officia ⁊ beniuolẽtiam ſingularem nulla
vnq̄ꝫ apud me delebit obliuio. Nam ⁊ amabo te ſemꝑ. ⁊ il-
luſtres ac pręclaras virtutes tuas quaſi perpetuus aliquis buccina
tor: prędicabo: diuulgaboq̄ꝫ apud omnes. Ingratus ſane ille mihi
videri ſolet: qui non pleniore quodam ore de abſentis quã de pręſen-
tis amici laudibus loquatur. At qui pręſentem laudat. etſi recte at
q̄ꝫ vero id agit. aſſentationis tamen crimini apud pleroſq̄ꝫ videtur
obnoxius. Exiſtimatur eñ id non tam ex animi ſententia: q̄ꝫ alicu-
ius vel ſuſcepti. vel ſperati cõmodi gratia cumulatius facere. q̄ꝫ par
ſit. Sed ne quod in alijs probare non ſoleo: in eo ipſe in pn̄tia pec-
cauiſſe cenſear: qui te per litteras quaſi coram laudem. hac de re ſatꝫ
ac ſuper. Nam qđ ab me tibi debetur: meliꝰ fieri: q̄ꝫ dici volo. Sci-
re admodum cupio. quid iſtic apud vos geritur. Non eñ te latet:
q̄ꝫ ſummopere Senenſis reipu. quietem tranquillitatemq̄ꝫ percu-
pio. Quare cum aliquorum hominum ſeditiones audio ⁊ conatus
peſtiferos: doleo equidem ęque. ac debeo. In primis autem de Ur-
bana belluą: huic bello dicere volui: certior fieri volo. Increbuit eñ
apud nos pręſtantem iſtum ac pudicum virum ⁊ ciuem optimum
mori decreuiſſe. Id ego miratus ſum valde. Nam quo pacto moria
tur: qui nunq̄ꝫ vixerit: Uerum ſiquam aliam mortem oppetere for
taſſis inſtituerit q̄ꝫ impuri ⁊ obcœni homines ſuiq̄ꝫ ſimillimi con:
ſuerũt: velim ſuas res geſtas memoratu dignas ad me perſcribat: ꝗ
eius nomen immortalitati cõmendem. Et vt intelligas ſiquid etiã
in hoc dicẽdi genere Philelfus valet: orationem funebrem ad te de
di. quam ſuperioribus diebus habuimꝰ in Thodeſchini ſepultura.
Hanc autem ſi Urbani ſacerdotoria iſta vxor audierit: non vereor
fore: vt cornigerum virum ſuũ non hortetur modo: ſed etiam agat
continuo ad interitum. Uale ex Mediolano. xiij. kalendas No-
uembres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus philelfus. Auguſtino daco
ſalutem dicit plurimam

l Ittere quas heſterno veſperi a te accœpi: inceſſu (vt aiunt)
teſtudineo viſę ſunt. Nam profectę abs te ad. xv. kalendas Sexti
les vix noſtras fores. xiiij. kal'. Nouẽbres tandem pulſauere. Mo
nebis igitur: ne tam negligenter poſthac iter faciant. Uereor tamẽ
ne tuſcis delectatę ficis aut etiam ęmylianis: ꝓpterea ſerius ad nos
ierint: ꝙ accepiſſent bonorum ficorum copiam non eſſe inſubribus.
Caſtigabis igiť. ⁊ ita inſtitues: vt tibi malint: q̄ꝫ gulę obſequi. Gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ta fuerūt: quę ſcripſiſti omnia. ἐν πρώτοις Διό τι καὶ τοῖς
σοφίσμασιν ἀτεχνῶς οὔσπου δάζεις καὶ ταῖς
ἀρισταῖς φιλοσόφων μεθόδοις τε καὶ παιδεία-
ις κομιδῆ σπουδάζεις ἐπαινῶ σου τὴν φονή-
σιν. Miratꝰ ſum autem: ꝙ quas a te noſtras illas epiſtolas expe-
ctabam: non modo non miſeris: ſed nec etiam omnino de ijs verbū
feceris. Dato igitur ſi me amas (quod certe facis) iſtas ad me ſtatī
omnes. Hac re nihil mihi potes hoc tempore preſtare gratiꝰ Cau-
ſam ſcripſi ad te prius. Uale cum parentibus tuis omniqꝫ familia
Ego atqꝫ mei omnes valemꝰ recte. Ex Mediolano. xiij. kal. No
uembres. M. cccc. xl.

Franciſcus philelfus. Catoni ſacco Iu-
reconſulto ſalutem dicit

h O die mihi reddite ſunt litterę tuę a Theodoro gaze: viro ſa
ne tum ingenio: tum facundia ſingulari: ac plane digno: quem non
modo diligamꝰ: ſed etiam amemꝰ Quid velit: intelligo. Rem quā
tum erit in nobis: ex ſententia conſequetur. Sed tua et ope. et opa
opus eſt. At de his poſtea Ego libros noſtros vehementer expecto
Facito: ſi me amas: e veſtigio ad nos aduolent. Cum Theodori epi-
ſtola nullas tuas accepi lrās. Caue: ne te poſthac vel negligentię.
vel moroſitatis accuſaturꝰ ſim. Uale ex Mediolano. ix. kal. No-
uembres. M. cccc. xl.

Franciſcus philelfus. Gerardo Landri
ano Cardinali Comenſi ſalutem.

f Eciſti mihi rem ꝑgratā. qd Philonē meū immo nr̄m ex Au
riſpa recuꝑatū ad me dederis. Qd aūt Moſei vitā: quā idē Philo
et copioſe ⁊ elegant apud grecos ⁊ grece ſcripſerat: in latinū ab me
tātope verti poſtulas. ⁊ audiui libent ⁊ obtēperabo libētiſſime. Ita
qꝫ factū puta. qd iubes. Nulla te tua de meo erga te aīo fallet opio
Iā opi me accigo. Uale ex Mediola. iiij. kal. Nouē. M. cccc. xl.

Franciſcꝰ philelfus. Nicolao puteo Cremonēſi ſal.

e T ſerius rn̄di tuis ad me lrīs. ⁊ breuiꝰ fortaſſe. qꝫ velles: qꝛ
alterꝫ aduerſe illi valitudini dato. qua duos circiter mēſes: vel ꝑ in-
tercapedinē laborauimꝰ. alterꝫ publicis meis ac ꝑuatis occupationi
bꝰ. quibꝰ prope obruor. Legi aūt tuas lrās libēter. q̄ mutuam inter
nos adoleſcētię nr̄ę beniuolentiā. ꝯſuetudinē. diſciplinā complexꝰ
es. Qd aūt mirificis me laudibꝰ extuleris. id ſingulari quadā ⁊ exu
berāti amoris abūdantia abs te factitatū exiſtimo. Nam neqꝫ vir

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

amiciſſimꝰ ſimulqꝫ modeſtiſſimꝰ aſſentaris. nec iſtiuſmodi mihi eſt
de me opinio. Reliquũ eſt: id tibi ꝑſuadeas. qd̕ ⁊ recte ⁊ vero potes
facere. te mihi eſſe cariſſimũ ⁊ eo magis in dies fore: q̊ te aĩaduertero
nõ obliuiſci Philelfum tuũ. Uale ex Mediolano. iiij. kal̕. Nouẽ-
bres. M. cccc. xl.

Franciſcꝰ philelfus. Franciſco Piccolpaſſo
Mediolanenſiũ archiepiſcopo ſal.

D E phoenice q̇d ſentiã (auem loq̇r) ſuꝑiorībꝰ diebꝰ coram cõ
mentatꝰ ſum tecũ. deinde inueni nouiſſime apud grecos huiõi auẽ
tꝑibꝰ Claudij Ceſaris veniſſe in Aegyptũ poſt ſexcẽteſimũ quiqua
geſimũquartũ etatis annũ. ⁊ vbi ipſa ſibi pyram. vel ambroſiano lo
quendi more thecã hoc eſt loculũ ex Caſia ⁊ myrra cõſtituiſſet. diem
obijſſe. ac demũ ex eo verme. quẽ vulgo ꝓdicãt. reuixiſſe. ⁊ continuo
reuolaſſe. vnde modo ad egyptios deuolarat. Ad hec cũ ſanctiſſimi
et eloquẽtiſſimi viri Hieronymi nudiuſtercíꝰ ep̄l̕as paſſim lectito.
in eam incido q̄ ad preſidiũ inſcripta ẽ. Hanc aũt centeſimã decimã
nonã inter ep̄l̕as numerari puto. vbi cũ alia pleraqꝫ Hieronymus
perpulchre cõplexus eſt tum de ipſo phoenice longe plura cõmemo
rat. quam Ambroſiꝰ. Ego tñ ſñiam nondũ muto. Uerꝫ que volu-
ptati fore tibi exiſtimaui volui tibi mecũ eſſe cõmunia. Nam neqꝫ
in egypto. neqꝫ in Arabia illiuſmodi auem vſquã viſam arbitror.
quippe quimea ſentẽtia nulla ſit. Cuperẽ iam ruris tediũ. aut ſaltẽ
ſacietas coepiſſet quo ad te ſalutatũ ⁊ cõmode. ⁊ frequẽter accederẽ
Nam qu omagis te ruri cõtines. eo maiore tui deſiderio crucior Id
qꝫ cum multis vel potiꝰ cum bonis omnibꝰ. Uale ex Mediolano.
ka. Nouembribꝰ. M. cccc. xl.

Franciſcꝰ philelfus. Catoni Sacco Jurecõſulto ſalu. dicit

S Uauiſſime tue littere mihi per quam ſuauiſſime fuerunt.
Quod autem ais apud Senatum noſtri diſertiſſimi Theo
dori gaze mentionem habitam. fabule Nunq̄ꝫ philelfus didicit ꝟ-
ba dare non modo amicis. ſed ne inimicis quidem Nulla mihi pror
ſus ſpes eſt. vt vir iſte publica pecunia ob id muneris donetur Cau
ſam diebus proximis ad te ſcripſi. Scribis me a Theodoro tris ad
meam vnam epiſtolam litteras accepiſſe. Non tris dumtaxat. ſed
mille ⁊ amplius litteras accepi. Nam vnis illis quas litteras ad
me dedit. permulta elementa perſcripta ſunt. Quare non tris poſt
hac. ſed ternas dicito. ſi et Priſcianum. et Tullium. quam et Bar
tholum. et Baldum ſequi malueris Ego vero inquam cum binas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ad Theodorum noſtrum litteras in hūc diem dederim: vnę tantū
ſunt mihi ab eo redditę. Tu autem de tuis litteris multa quidem di
cis. At Philelfus tibi non credit. Nam neqꝫ negociando me: neqꝫ
ociando ſuperes in ſcribendo vnquam. Proinde ſi te negligentię aut
voluptatis accuſari nolueris: ⁊ amiciſſimi ⁊ diligētiſſimi hominis
officio fungere. Quod Euripides noſter tuam bibliothecam egre-
di nolit: nequaq̄ꝫ miror. Repꝑrit em̄ fortaſſe: quibus oblectet̄. At
ſi παιΔεραΝΗσ ad nos redierit illico eijciet foras. Quod te illi
ſocium comitemqꝫ polliceare: gaudeo: modo ſeuerinum quoqꝫ cum
cenſorino ne negligas. Nā quod aduolet Euripides: nequaqꝫ mo-
neo: quoniam ſi altius fortaſſe humilia exoſus tolleretur: periret ig-
ni. Quę tibi debeo: perſoluam. Quare ne me ī forum protrahas: ve
lim. Uale. Et me tuę pudiciſſimę vxori cōmendato Theodoro no
ſtro ſalutem dicito. Ex Mediolano. pridie Nonas Nouembres.
M.cccc.xl.

Franciſcus philelfus. Jacobo Caſſiano
pręſbytero ſalutem dicit plurimam

n On tam mihi moleſtum fuerat: ꝙ ſerius meos mihi libros
reddendos curares. q̄ꝫ in pn̄tia ⁊ iucundum eſt in primiſqꝫ ſuauiſſi
mum: ꝙ tam moleſte tanqꝫ perhumane litteras ad me dederis: qui-
bus te non modo expurgaris: ſed totū ſane meum et eſſe. ⁊ fore oſtē
deris. Quare cū tuam excuſationem tum multo magis teipſum nō
inuitus admitto. Jtaqꝫ vel victorini noſtri. vel tua ipſius cauſa om
nia de me tibi potes affatim polliceri. quę ⁊ vſui tibi. ⁊ honori futura
ſunt. Et de his ſatis. Uenit iſtuc nuꝑ vt ſcis Theodorus gazes vir
certe ⁊ diſertꝰ et eruditꝰ: quem etſi certo ſcio: non amabis ſolum: ſed
cumulatiſſime amabis: tamen mea etiam cauſa: velim: ita ames: vt
nulla prorſus fieri queat ad amorem acceſſio. Hoc erit mihi tam ḡ
tum: q̄ꝫ q̄ꝫ oīm maxime. Uale ex Mediolano. pridie Nonas No
uembres. M.cccc.xl.

Franciſcus philelfus. Catoni Sacco Ju-
reconſulto ſalutem

m Jrum eſt: quod vidi ſomniās. Dici mihi a Mineruia ſum
viſus nocte ſuperiore. Cato in te tuus aliquid monſtri alit. Nam ꝙ
libros tuos neqꝫ dedit ad te abſens: neqꝫ reddidit pręſens: neqꝫ ad-
ueniēs verbum fecit: aliud nihil eſt: niſi ꝙ alteri cuipiam neſcio cui:
maluit iniuſte. quā tibi iuſte gratificari. Uale ex Mediolano. xvij
kal'. Decembres. M.cccc.xl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Symoni Arigoni ſalutem dicit plurimam

q Uam epicuri de voluptate ſentētia te delectat: tuę ad me heſternę litterę ⁊ perdices facile declararūt. Nam alteris animi: alteris corporis voluptatem proſecutus es. Ego autem etſi vtriſqꝫ nō mediocriter ſum delectatus: litteris tamen longe magis: quę nō ſolum in me laudando ſingularem tuam erga me beniuolētiam ⁊ eximiam pietatem pręſe ferre viſę ſunt ſed ingenij tui facundięqꝫ pręſtantiam perpulchre referebāt. Itaqꝫ ⁊ benignitati tuę ⁊ diſciplinę eque gratulor: atqꝫ tuo amore mihi plurimum gaudeo. Teqꝫ etiaꝫ atqꝫ etiam hortor. vt veluti cumulatiſſime facis. ⁊ virtutis et doctrinę ſtudijs te totum dedas: ac dedices. Euades enī ⁊ in clarum. ⁊ in eruditiſſimum virum. Me autem tibi totum adſcribe: vel abſqꝫ munuſculis tuis. Uale Mediolani Ex ędibus noſtris. ix. kal'. Decembres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus philelfus. Catoni Sacco Iureconſulto. ſalutem dicit plurimam

e T tuę mihi litterę primum: ac deinde libri· quos abs te tantopere expectabam: redditi ſunt. Utraqꝫ ſane res voluptati mihi ꝑ magnę fuit: at illud per q̄ꝫ maximę: qđ meis illis ſuperioribus vnis litteris e ſomno te excitaſſe ſum viſus. Non enim oportet hominē amiciſſimum in amicicię officio dormitare. Cato mi ſuauiſſime nihil eſt te mihi ſuauius: nihil charius. Facito/ſi me amas (vt certe amas) vnice: nunq̄ꝫ poſt hac Mediolanum petas: inſcio Philelfo hoſpitęqꝫ tui amantiſſimo. Miror: ꝙ Theodorus noſter nihil reſponderit ad meas litteras: quas vltimum a nobis accepit Quę ad peſſinam noſtrum ſcripſit. et legi ⁊ ꝓbaui. Uerum etſi nihil eſt: qđ minus ſperem: q̄ꝫ ꝙ ipſe cupit. et ego in primis opto: curabo tamen ſedulo: ne vlla ex parte officium meum deſideraturus ſit. Et de hac re ſatis. Nos iſtic iniuriola quadam vrgemur. Principis litteras ad tuos iſtos ſatrapas lectitabis: monebiſqꝫ: ne vel oratori. vel ſatyro ſtomachum moueant. Uale cum pudiciſſima coniuge farciminibuſqꝫ tuis. Ex Mediolano pridie kalendas. Decenbres. M. cccc. xl.

¶ Franciſcus philelfus. Symoni arigoni ſalutem dicit plurimam.

e T ſuperbia a me nihil alienius. ⁊ gratitudine apud me nihil antiquius. Quare cū tuis ad me officij plenis humaniſſimiſqꝫ lit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

teris reſpondeo: non modo ſuperbię crimen effugio: ſed etiam nomẽ gratitudinis mihi perpulchre vendico. Mirifice amplector amorem tuum. At tua humanitate facilimiſqꝫ moribus ⁊ modeſtia ſingulari delector plurimum. Ingenij vero tui viuax pręſtanſqꝫ dexteritas maiorem i modum pergrata mihi ⁊ periucũda eſt. Video eñ te tua illuſtri laude eam mihi laudem allaturũ quę pulcherrima ſit et maxima. Non eñ iſtiuſmodi tuꝰ ornatus: quo in lr̃is vteris: mediocrem de te tuaqꝫ facũdia ſpem quãdam pollicet᷑. Itaqꝫ te etiam atqꝫ etiam hortor: vt omnem operam diligẽtiamqꝫ tuam eloquentię ⁊ humanitatis ſtudijs: ſicuti facis: accõmodes. Magna eñ animus meꝰ de te pręſagit. Vale Mediolani. Ex ędibus noſtris. vij. Idus Decembres. M.cccc.xl.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Matroniano braſchę ſal.

q Uod me tuis litteris non mediocriter extuleris: feciſti tu q̃dem perhumane ⁊ amice potius: q̃ꝫ vero. Non eñ is ſum: qui meipſum nõ norim. Sed tu illud veriſſimũ eſſe liquido declaraſti: quod vident᷑ poetę fabulari: amorem oculis carere: ęque eñ amicꝰ falli de amici iudicio: atqꝫ de inimici inimicꝰ plerũqꝫ ſolet. Nã ⁊ hic odio. et ille amore nimio affectꝰ veritatem neq̇t internoſcere Facile tamẽ patior erratum tuũ: quippe quem longe malim amicũ mihi: q̃ꝫ ſecꝰ Verũ illud de me tibi pollicearis. Licet: te mihi eſſe chariſſimũ. ⁊ eo forte in dies chariorẽ: quo te familiarꝰ vti potero. Munuſculũ autem tuũ etſi nequaq̃ꝫ deſiderabam: nõ potui tamẽ non vehementer probare vel Epicuri ſentẽtia. Nihil eñ in eo ad voluptatẽ defuit. Et amplũ erat. ⁊ ſuauiſſimũ. Nolim tñ poſthac tam grãdi ęre obruas Philelfum tuũ. Nam hęc Satrapis et Regibus: nõ pauco viliqꝫ cõtẽtis ac Philoſophis dono mitti cõſuerũt. Vale Mediolani Ex ędibꝰ noſtris kal'. Januarias. M.cccc.xli.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Albertho Zancario ſal.

n On te pręterit: quãta mihi cũ Rhomęo populo viro nobili ⁊ prudentiſſimo iuriſcõſulto ⁊ familiaritas eſt. ⁊ inueterata beniuolentia. Hunc velim: nomine meo adeas. et q̃ proximis litteris ad te ſcripſi: ei diligẽter coram exponas: addaſqꝫ: quantũ pro tua prudẽtia conductuꝝ ad rem cenſueris. Vale ex Mediolano. iij. Idꝰ Januarias. M.cccc.xli.

¶ Franciſcus philelfus. Albertho Zãcario ſal.

q Uod pluribꝰ hortaris: libenter agerem: ſi liceret. Sꝫ nihil apud me licet: quod honeſtati aduerſet᷑. Pluria ſunt ⁊ maxima hu

ius in me principis beneficia. Itaqꝫ nunq̃ patiar me ingratitudis accuſari: Pręterea non eſt conſtantis ⁊ grauis viri quottidie mutare ſedes. Uale ex Mediolano. x. kal᷑. Februarias. M. cccc. xli.

¶ Franciſc᷒ philelfus. Joāni Cornelio ſal.

q Uam mirifice deſiderem te viſere atqꝫ coram alloqui: breui cognoſces. Id autem quur mihi tantopere cordi ſit: quanq̃ potuiſti iampridem intelligere: is tamen qui tibi litteras reddidit: verbis meis exponet: quid velim: quidqꝫ facto ſit opus. Putaui em̄ non tibi moleſtum fore: ſi antiquū hoſpitem eadem. qua ſoles: hoſpitalitate veniētem exceperis. Uale ex Mediolano kal᷑. Februarijs M. cccc. xli.

¶ Franciſc᷒ philelfus. Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſalutem

a Udiui quę ſcripſiſti omnia. et Barbari noſtri cōſilium laudo ⁊ non minus tuum. Illud tamen malim effectum iri: quoad ei᷒ fieri poſſit. Eſſet enim multo res tutior. Ipſi tamen videritis: quid facto ſit opus. Uale ex Mediolano. xij. kalendas. Martias. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus philelfus: Liberio bonarello equiti aurato ſalutem.

e S tu quidem pietatis laudandus: quod vel mortui patris memoriam colas. Exiſtimo enim me idcirco abs te amari: quod ſcias: q̃ charus fuerim patri tuo grauiſſimo ⁊ clariſſimo viro. Nam ille me: quoad vixit: cunctis beniuolentię ⁊ benignitatis officijs proſecutus eſt. Quare cum Joannes Marius filius tuam in ſe facilitatem ⁊ liberalitatem expoſuiſſet. mirifice ſum lętatus. Uidere em̄ ſum viſus me veluti redijſſe in ſucceſſionem non tam amiſſę. q̃ intermiſſę beniuolentię. Nam quod in patre amiſiſſe exiſtimaram: intelligo in te filio recuperāſſe. Itaqꝫ mihi plurimū gratulor: q̃ tam mirifice abs te diligar. Ut autem intelligas: q̃ tibi in amore reſpōdeam: quod velis: periculum facito: totus enim ſum tuus. Uale ex Mediolano. Idib᷒ Martijs. M. cccc. xli.

¶ Franciſc᷒ philelfus. Frāciſco barbaro ſal.

h Umaniſſimā excuſationē: qua in proxima es vſus epiſtola non inuit᷒ admiſi. Noui em̄ occupationes tuas ⁊ priuatas. ⁊ publicas. Sed ſum mirat᷒: quod de libris noſtris ne vnū quidem feciſti verbū. Itaqꝫ rogo te: vt ad ea: q̄ modo ſcripſi tibi: diligent̄ reſpōdeas. Uale ex Mediolano. x. kal᷑. Apriles M. cccc. xli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Franciſcus philelfus. Hieronymo bel-
lanti ſalutem dicit plurimam.

V Ereor idem accidiſſe tibi: poſteaq̃ petieris Baſileam quod
trito ꝓuerbio vſurpari ſolet: q̄d diſtat ab oculo: diſtat a corde. Nam
complura hinc abiens es pollicitus. non modo es conflatum nulla
ex parte diſſoluiſti. ſed verſuram facis lōge maiore foenore. Nobis
autem non modo de lucro in epiſtolario munere ſatiſfactum abs te
non eſt: ſed de vino quoq̃ non parum diminutum. Que tibi abeū-
ti mandauimꝰ: noſti. Tuū igitur fuerit: ne fruſtra officium tuū po
ſtulaſſe videamur. Hugolino Parmenſi ornatiſſimo equiti aurato
ac iureconſulto ſalutem meo nomine dicas: velim: eundemq̃ com-
moneas: vt cautior ſit: ne dum exteris nationibus blandiri cupit. et
illis tacito animi indicio non probetur. et abs ſuis iure vituperetur.
Non eñ videtur eiuſdem hoīs cenſorem gerere: qui cenſendꝰ ip-
ſe ſit. Preterea qui ſe preſtat in ſuos ingratum: qualis in alienos ex
iſtimetur? Quare et probe viuit: ita et ſentiat: et loquatur ꝓbe. Nō
eñ par eſt paucorum flagitia vniuerſis populis ac principibus vi-
cio dare. Sic eñ et germanos bibulos. et Francos inceſtos. et Hi
ſpanos predones. et Britānos edaces appellabimꝰ: quoniam eorū
pauci quidam aut in potum: aut in predam et ſanguinem maxime
alacris: aut in cibum intemperantis ſe gerunt. Sic alia aliȷs crimi
na aſcribemus. Vel dicat obſecro quiſpiam vbinam gentium repe
riantur: qui vel animi: vel ingeniȷ magnitudine atq̃ preſtātia: qui
religione: qui ſanctimonia: qui bonarum artium ſplendore: qui om
ni deniq̃ virtutum ac laudum genere cum Italis compari queant
Et ait Hugolinus meus et Imperium Italie et pontificatum ere
ptum: quaſi Romanorum et Italie minus ſit vel imperatores: vel
pontifices et diligere: q̄s voluerint: et reȷcere: quos noluerint. Aut
ſe Romanorum Imperatorem profiteantur: quem Romanus po
pulus: quem Italia improbarit. Aut veniat in Italiam iſte foelix
totius etiam terrarum orbis viribus adiutus: ſi noluerint Itali: ſi
vnus Philippus Maria gener aduentum eius prohibuerit. Ita-
q̃ iterum atq̃ iterum verba penſitet Hugolinus. Nec tam loqui
conſueſcat: q̃ recte loqui. Vale ex Mediolano. pridie kalen. Apri
les. M. cccc. xli.

Franciſci philelfi. Epiſtolarum Liber
Quartꝰ finit. Sequitur liber Quintꝰ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcꝰ philelfus.. Catoni Sacco Jureconſulto et Oratori.
ſalutem plurimam dicit.

Jdeo te eſſe admodum ocioſum: vtpote qui a legum
ac iuris ciuilis ſtudio tātiſper venia exorata: donec cō
ſtitutę vacationes pręterierīt: te oblectandi grā: vt es
homo voluptariꝰ. ijs queſtionibꝰ obtuleris: quę ⁊ iu-
cundę ſunt. ⁊ homine vrbano minime indignę. At ego nequaqꝫ rn̄-
debo tibi: vt Ariſtoteles: aut Plato: ſed vt Philelfus. Si quid ve
ro acutiꝰ volueris: tuam iſtam Academiam cōſules. Sequar autē
ordinem ꝓpoſitaꝝ a te quęſtionum. Et p̄mum tu quidem petis: q̇d
cauſę eſſe putem: ꝙ hebręi oēs natura foetent. Utꝝ hebręi oēs (vt
tu ais) foeteāt: an id minꝰ: nihil compertum habeo. Sed q̇d in cau
ſa eſſe queat: vt nōnulli malum odorem. ⁊ plęriqꝫ bonum de ſe prębe
ant: poteſt vtrūqꝫ in alijs natura ī alijs more accidere. Nam q̇ cibo
ſunt aut potu inferiores: ij male cōcoquant neceſſe ē. Ex cōcoctiōe
aūt mala: aut morbi manāt: alij atqꝫ alij: aut ꝑ ſudorem ea reſoluit̄.
At iſtiuſmodi ſudor: quem foetulēta emiſerit cōcoctio. nccārio odo
rem habet cōcoctioni ſimilimū. Ex illiuſmodi aūt humore: ſiue is i-
trinſecꝰ per cutem emerſerit: ſeu in ſuꝑficie ſit membroꝝ· triſtis ſane
odor exhalat̄. Nec in hebręis id offenſionis magis accidit: q̄ꝫ in oi-
bꝰ: qui viuūt incōtinent̄: ſiue cibi ac potꝰ incōtinentia: ſiue etiā alit̄:
ſed fortaſſe eo magis in hebręoꝝ genere: id vſu venit qđ plęriqꝫ oēs
menſarij ſunt foeneratoriā exercētes. ⁊ ita nullis exercitati laboribꝰ
Quo fit: vt nimio ocio quieteqꝫ marceſcētes tetrū de ſe odorē emit-
tāt ſit neceſſe. Cōtra aūt qui ſobrie temperatāqꝫ vitam agūt: ſeqꝫ ꝑ-
ſaꝝ more aſſidue exercēt: aut equitādo: aut ambulādo: aut aliter in-
genue. Hi certe nō modo nō male olent: ſed bene potiꝰ. At ſunt ſa-
ne: q̇ natura delectāt odore ſuo: vt de Alexādro Macedonū rege le-
git̄: cuiꝰ etiam veſtimēta: quę eiꝰ corpus cōtigiſſent: gratum odorē
exhalarāt. Jd vero ob aliam nullam fiebat rōnem q̄ꝫ ob maximum
calorem corporalis illiꝰ temperamenti. Quare nō eſt mirādum: ſi-
quādo Alexāder in iram adeo exardeſceret: vt eos etiam: quos habe
bat chariſſimos: interimeret. Qđ tum maxime accidebat: cū ad na
turę feruorem vini ęſtus in potu accederet. Nam ex nō adulterato
naturę calore tum alia bona et vtilia ꝑmulta: tum ſuauiſſimꝰ odor
gignit̄. Quę quidem res vel ea rōne ꝓbari poteſt: ꝙ et caſię. ⁊ cinna

ma. et thus. ⁊ cętera huiõi odorifera pigmẽtoꝝ genera nõ niſi i ara-
bia ⁊ calidiſſimis regionibꝰ oriunt̃. Qđ ſiqͥ ij. q̃ ſunt calido corpis tẽ
peramẽto natura bñ olẽt. ij nccãrio olẽt male. q̇ frigido ſunt ⁊ humi
do: vt de pituiticis licet ĩtueri. Quo in genẽ ppl'i ſeptẽtrionales fere
ſunt oẽs q̇ ad frigiditatẽ ⁊ humorẽ temperamẽti vbi vitę q̊ꝫ ac vi-
ctus incõtinentiã adiũxerit, oĩ ſunt nauſea tetriores. Qđ autẽ pe-
tis ſecũdo loco: qua rõe fieri cenſeam. vt autũnali tpe appetẽtiores
veſcẽdi ſimꝰ: quã aliJs anni tpibꝰ: ad id q̊ꝫ quid ſentiã non ambigã
tibi oſtẽdere. Sũt: qui arbitrent̃ id accidere copia atqꝫ varietate illo
rũ fructuũ. qui ꝑ id tpis ex arboribꝰ manãt. vt ſunt mala. pyra. ca-
ſtanee. molluſcę. ficꝰ. vuę. ſorbula. muſpula. cęteraſqꝫ huiõi ꝓpe in-
numerabilia pomoꝝ. nucum atqꝫ bacaꝝ genera. Nãqꝫ iſtiuſmodi
eſculentoꝝ illecebris guſtꝰ delectatꝰ vt ſtomachum veluti ad ea ad-
mittẽda inuitat. ita ad cõcoquendũ reddit ardentiorẽ. quibꝰ etiam
humectatꝰ venter. qđ ſuſcepit. ⁊ faciliꝰ deijcit ⁊ celeriꝰ Unde ſtoma
chus onere vacuus aſſiduius apperit ĩpleri. Eam vero rõnem ni-
tunt̃ cõfirmare ex ęgrotantiũ cõſuetudĩe: qui ꝑ huiõi fructuũ eſum
recuperãt veſcẽdi appetitũ. At huiõi mihi cauſę autumnalis edaci
tatis mĩne ꝓbant̃. Pyroꝝ eñ. ⁊ ficuũ. ⁊ vuaꝝ ſimiliumqꝫ fructu-
um eſculẽta ⁊ humectãt ſtomachũ. ⁊ frigidiorem efficiũt. Id autẽ
vt cõcoctioni detrimentoſum eſt. ita etiam comedendi appetitũ au-
fert. Itaqꝫ alia mihi cõmodior occurrit ⁊ ꝓbabilior ratio Autum-
num ęſtas anteceſſit. At ꝑ ęſtatem intimꝰ ille calor noſter ⁊ ꝓpriꝰ
quo naturalit̃ alimur. diſpergit̃. fitqꝫ imbecillior ac rarior. Idem in
autumnũ cogit̃ rurſus receptuſqꝫ penitꝰ intra corpꝰ propter eiꝰ den
ſitatem atqꝫ refrigerationem exteriorem: vim ſuam roburqꝫ reaſſu-
mit. Pręterea cũ per ęſtatem magis vtimur potu ac cibis item hu-
midioribꝰ ob caloris magnitudinem. natura in autumnali tpe mu
tationis cupida cõtrarium quęrit. Itaqꝫ nos maiore afficit fame.
ſiccumqꝫ alimẽtum corpis reddit temperamẽto. Quid ꝟo in cau-
ſa rear eſſe vt Cygni in anima efflãda ⁊ ſonorius canãt ⁊ dulcius di
cam audacter. qđ ſentio. Neqꝫ me hoc loco deterrebit ab animi iu-
dicio Platõis autoritas. apud quem diſputat Socrates Cygnos
idcirco in morte ſonãtius canere ac meliꝰ quoniam tum maxime ꝓ
uideãt immortalitatem animoꝝ. At ipſe id puto natura fieri. q̃ ſtu-
dioſa cõſeruandę ſui. vitales omnis ſpũs ꝑ corpꝰ diſperſos contra-
hit ad cor. tanq̃ꝫ ad arcem vitalis pręſidij ac roboris. Sꝫ vbi natu-
ra fruſtra diu multũqꝫ luctata. neceſſitati parẽ tandem cogit̃. ſpũs il

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

li deſerta cordis ſtatione. emergẽtes impetu quodam intrinſecꝰ per
anularis illos longiſſimi colli ambitꝰ ad os ipſum: ſonum quẽdam
pleniorem efficiũt muſici cantꝰ ſimilimũ. Ad poſtremum autem q̄
ſitum eſt a te: quid remedij afferre queat: quo minus quis ebrietate
ſuperet: vt in liberiore cõuiuio: quod greci συμπόσιον ſympo
ſion nominant. Et ad iſtud quoqꝫ facilis eſt reſponſio. Druſus ger
manicꝰ Tiberij Ceſaris frater: vt erat vir ⁊ liberalis ⁊ gratioſus iſti
uſmodi tuo cõuiuij genere delectari ſolitꝰ traditur. Cõuiuis autem
reliquis ebrietate correptis ſolꝰ medicus vino ſuperior eſt inuentꝰ
cum is tamẽ longe magis q̄ꝫ aliꝰ quiſqꝫ ſeſe potu obrueret. Sed po
ſteaq̄ꝫ eſt aĩaduerſum cõſueſſe medicũ anteaq̄ꝫ bibere inciperet: veſci
ſemꝑ quinqꝫ aut ſex amaris amygdalis: vbi id facẽ eſt a Druſo ꝓhi
bitꝰ mox poſt paruũ etiam potũ ebrietati cõceſſit. Potes igitꝰ etiam
tu: quãdocũqꝫ vel germanos. vel burgũdiones tuos: qui ⁊ ipſi quo
qꝫ ex germania olim ꝓfecti: in Gallia cõſederũt: iſtiuſmodi cõuiuio
acceperis: ſolus videri ſobrius: ſi volueris ꝑ eiuſmodi amaroꝝ eſum
amygdaloꝝ vino iter ꝓhibere in venas. Quod ſi huiuſce rei quęſie
ris rationem: ea mihi videtꝰ eſſe: q̄ vis amaritudinis naturalitꝰ deſic
cat: atqꝫ cõſumit humiditates. Itaqꝫ ex omnibꝰ liquoribꝰ amarus
maxime guſtum offendit (vt ait Plato) vtpote qui linguę venulas
quę ⁊ molles ſunt: et rariores cõtendit: humiditatibus ex aridita
te reſolutis. Videmꝰ etiam hulcera: amaris medicamẽtis extenua
ri ac purgari. Sed hec Phyſicis relinquamus et medicis. Vale
Nonis Aprilibꝰ. M.cccc.xli.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Danieli venturio patricio Veneto ſal.

C Um indignũ exiſtimarem: vt qui pn̄tia eſſem a te diſiũctus
non ęque ſermonẽ litterario q̄nqꝫ cõiungerer: vt beniuolen
tia ⁊ obſeruãtia ſemꝑ ſum: hęc vel paucis ad te ſcripſi: ac ne id qui
dem: q̄d noui quicq̄ꝫ acciderit: ſed ne fortaſſe negligẽtia quapiam id
accidiſſe opinareris: hoc ẽ: ne ꝓpter nouas quottidie amicicię ami
cos veteres eoſqꝫ beneficos oblitꝰ poſſem a quoq̄ꝫ iudicari. Ego te
mi Daniel ⁊ amaui ſemꝑ: et colui: quippe q̄ multiplicis tuas pręcla
raſqꝫ ꝩtutes admiratꝰ ſim: et admirer: ac tuã vel humanitatem: vel
officiũ in meis honoribꝰ atqꝫ emolumentis perſpectum vſqꝫ habue
rim ⁊ cognitum. Itaqꝫ tibi velim perſuadeas: ita me tuũ eſſe ac fo
re vt aliũ quenq̄ꝫ omniũ maxie. Neqꝫ fieri vnq̄ꝫ poſſe ĩcremẽtis vl
lis blãdicijſue fortunę: vt veteribꝰ amicis nouos aliq̄s ãteponã. Id
tametſi pro tua prudentia latere te non debet: volui tamen: vt mea

etiā cōfeſſione atq; teſtimonio liquidius teneres. Uale ex Medio lano. v. Idus Apriles. M.cccc.xli.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Petro perleoni ſal.

c Ommēdaui te ꝑ lrās Ioāni argyropulo pręſbytero erudi to ac diſerto ⁊ amice et diligent̄. Quantū aūt ꝯmendatio de te mea profuerit: fac: vt certior fiam. Solet em̄ q̄n̄q; vir iſte nō min⁹ leui tatis moroſitatiſq; pręſe ferre q̄ꝫ diſciplinę. Sꝫ tu vteris. ſi ſapias prudentia tua. teq; et hoīs ingenio accōmendabis ⁊ tpi. Lr̄atura ti bi ex eo cōparāda eſt. nō mores. De Mario filio q̄ ſcripſiſti. ex alijs quoq; didiceram. Fruſtra nitimur inuita Minerua. Tu hortare adoleſcētem aſſidue. vt facis. nō min⁹ ad moꝝ integritatē ⁊ elegan tiam q̄ꝫ ad lrās. Cum iſtic eſſem. diu multūq; ſtudui. q̄ſiuiq; dili gent̄ comꝑare aliq̄d mihi ex Apollonij erodianiq; ijs opibus. quę ab illis de arte grāmatica copioſe fuerāt ⁊ accurate ſcripta Nihil vſ quā potui odorari. Nā a magiſtris ludi q̄ publice docent̄. plena ſūt nugaꝝ oīa. Itaq; neq; de cōſtructione grammaticę orōnis. neq; de ſyllabaꝝ quātitate: neq; de accētu quicq; aut ꝑfecti. aut certi ex iſto rum p̄ceptis haberi poteſt. Nam lingua ęolica. quā et Homer⁹. et Callimach⁹ in ſuis opib⁹ potiſſimū ſunt ſecuti. ignorant̄ iſtic pror ſus. Quę aūt nos de huiōi rōnib⁹ didicim⁹. ſtudio nr̄o diligētiaq; didicim⁹ quāuis mīme negarim nos ex Chryſolora ſocero adiumē ta nōnulla accepiſſe. Sꝫ noſtro. vt ita dixerim. marte ad calcē quo ad ei⁹ fieri potuit. ꝑuenim⁹. Quare nō mediocrit̄ me iuuaret. in vi ros illos q̄s modo memineram⁹. incideres. q̄ ſitim hāc oēm nō leua rem ſolū. ſed ſedarē oīno. Tu de tuis reb⁹ omnib⁹ lrās ad me dato aſſidue. Uale ex Mediolano. Idib⁹ Aprilib⁹. M.cccc.xli.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao cebę ſal.

q Ui grandem pecuniam opinant̄ ꝓdeſſe plurimū bonis artib⁹ vtpote quę oēm amoueāt neceſſitatē. plurimū fallit̄ mea ſententia. Qui em̄ prodeſſe queāt. quę quo maiores ſunt. eo humana ingenia reddūt deteriora: Id aūt ita eſſe tu ꝑſpicuo es exemplo. qui quo tp̄e eſſes pauꝑ. etiam int̄ maximas animi occupatiōes atq; labores cor poris. ſemꝑ aliq̄d vel ſcribebas. vel lectitabas. Et quicq̄d ocij ſurri pere a negocijs poteras. id omne ad reꝝ cognitionē ⁊ laudatiſſima rū artium ſtudiū cōferebas. Itaq; tuo ipſe ingenio pręſtātiſſimiſq; morib⁹ delectat⁹. qua tempeſtate mercaturę gr̄a ꝓficiſcebaris i me diam ac Perſida. tibi tanq; ſuauiſſimū vitę comitem eū Ciceronis codicem dono dedi. qui de queſtionib⁹ tuſculanis inſcript⁹ eſt. Tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

autem nunq̄ȝ pretermittebas inter moleſtiſſima etiam negocia tua
vſqȝ aliq̇d ad me ſcribē et te ⁊ amicicia noſtra dignū. Nunc autem
poſteaq̄ȝ pecunioſior fact⁹ es. neqȝ respondes vnq̄ȝ ab me pſępe lr̄is
prouocat⁹. neqȝ lectitādis libris: vt audio. operā vllam indulges.
Sed totus es in lucro. Itaqȝ nō poſſum nō odiſſe diuitias tuas. q̄
nō modo mihi te. ſed ipſi etiam tibi abſtulerūt Niſi fortaſſis vna cū
pauptate ⁊ facilitate abs te omnem humanitatē abdicaueris. factuſ
qȝ ſis ſupbior. Quid em̄ aliud opiner. cū nihil reſpondeas: Quod
ſi aliud eſt in cauſa. cui neceſſe ē in ſeruire te. fac. vt ſciam. quo vel ig
noſcam tibi. vel miſerear tui. Uale ex Mediolano. iiij. kal᷑. Ma-
ias.. M. cccc. xli.

Franciſc⁹ philelfus. Joāni mario filio ſal.

v T ſunt res humane mutabiles oīes ac fragiles ⁊ caducę
Theodora Chryſolorina mihi dilectiſſima vxor. ⁊ tibi mater indul
gentiſſima ad proximū quintū Nonas Maias. q̇ dies erat Mer
curio dicatus hoc ipſo anno. qui eſt a Natali Chriſtiano quadrage
ſimus prim⁹ ſupra milleſimū naturę deoqȝ conceſſit. id quod mihi
adeo acerbum fuit. vt in vita nihil potuerit accidere acerbius. Scio
me tibi flętus ſingultuſqȝ nūciare Nam ne ipſe quidem potui me a
lachrymis cōtinere Cęterꝝ quoniam ea lege neceſſitateqȝ nati ſum⁹
vt oēs aliqn̄ moriamur. ęquo animo tantū hoc vuln⁹ feramus. ne-
ceſſe eſt. Tu fac: ad nos q̄ȝ primū reditū matures Nam nihil eſt: ꝙ
iſtic diuti⁹ temp⁹ teras. quā do quidem in lr̄aꝝ ſtudio. quaꝝ gratia.
Cōſtantinopolim es ꝓfect⁹. non modo nō ꝓficis. ſed etiam quę ab
nobis abiens didiceras. amiſeris. vſqȝ adeo ſtudioſum te diligentē-
qȝ pręſtitiſti. Uale ex Mediolano ꝑdie kal᷑. Junias.. M. cccc. xli

Franciſc⁹ philelfus. Catoni Sacco Jurecōſulto ſal.

q Uis te non amet. atqȝ magnifaciat Cato. quem videam ni-
hil omnino velle ignorare: Sunt nonnulli ordis tui homines. qui
Bartholum modo Baldumqȝ legerint. quos certe minſme contē
no. ſunt enim ad emungendas pecunias vel extorquendas potius
licitatores minime vulgares. ij aliud nihil curent. neqȝ pluris faci-
ant diem. q̄ȝ noctem. Si tu. vt es vir et acutus ⁊ grauis nullis te-
nebris delectaris. Sed verſaris ſemper in apertiſſima luce ingenij
atqȝ veritatis. Nihil tibi obſcurum nihil recōditum nihil anceps.
nihil ambiguū pateris. Quęris ab me duo ex ꝑma queſtione. M.
Tull. Ciceronis. primum quid ſibi vir ille eloquentiſſim⁹ voluerit.
apud quem vbi eſſet propoſitum mortem videri malum continuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſubdiderit perinde atqꝫ neceſſario conſequens. ſi malum ergo miſer. Alis em̄ id videri tibi non ſatis docte neqꝫ acute dictum. Sunt em̄ pleraqꝫ mala in homine. neqꝫ tamen eius ponderis ſunt: vt miſerū efficiāt. Num illum virum dicemꝰ miſerum: inquis: qui ſumma v̄tute preditus ⁊ primarijs corpis atqꝫ fortunę bonis pollens: ſi aut interdum ex pedibus laboret. aut in maximis diuitijs vel equū. vel bouem amiſerit? Nam hęc etiam mala ſunt. ſed non talia. quę tali atqꝫ tanto viro miſeriam importent. Petis ſecūdo loco. quid Clepſydra ſignificet. Nam eiꝰ quoqꝫ verbi mentionem fieri eodem in libro Paucis ad iſta tibi reſpondeo et de Clepſydra primum. hoc em̄ verbum eſt grecum. quod a Clepto compoſitū eſt et hydor. Clepto autem furari ſignificat ac velo. deſcēdit em̄ Clepto a Calipto. id qđ ſignificat velo. ⁊ inde apocalypto hoc eſt reuelo: vnde habetur apud Joānem apoſtolum apocalypſis. quo v̄bo reuelatio ſignificať. Nā propriū furacis homis eſt. qui Cleptes dicitť. velare ⁊ abſcondere. q̄ clam ⁊ per inſidias ſurripuerit. Clepſydra vero duo ſignificat ⁊ fontem. ⁊ horologium. Eſt enim fons Athenis in arce illa Mineruę quondam. nunc beatę Marię virgini conſecrata. Js per alueū ſubterraneum latentemqꝫ fluens ſtadia viginti. ſurgit tādem in riuos ad vicum phalereum Erat pręterea vas quoddam vitreum. quod ęqualibꝰ dimenſionibꝰ ſignatas horas oſtenderet: ad cuiꝰ etiā fundum erat foramen. ꝙ aquā apertū emitteret. ⁊ ita horę per aquę diminutionē quot eſſent. videri poterāt. Jtaqꝫ nō abſurde ſiue de fonte accipias ſiue de horologio. recte Cleſpydra nominatť. ꝙ aquā aut velet. aut furetť. Cęterum in p̄ma Tuſculana eam ꝓ horologio intelligi oportere. haud eſt ambiguū. Vocata eſt autem hora ab ὥρος horos. quo v̄bo vrina ſignificatť. aīaduerſum em̄ in Aegypto perhibent: quo tempore ſacrificiū quoddā eſſet faciūdum. hoſtiā immolādam quater ac vigeſies ęqualibꝰ inter ſe ſpacijs minxiſſe. Et ita hora nomen accepit ab horos id eſt vrina. quod idem etiam huros dicitť. Et illud quoqꝫ ambigēdum non eſt dupliciť dici diem ⁊ natura. qui noctem vnā cum die dimetiēs. quattuor atqꝫ viginti horas complectitť. ⁊ arte. qui integrū hūc diem in duas diuidens partis ex duodenis conſtat horis. qua dimenſione et Romani vſi ſunt ⁊ hebręi: Ad alteram vero tuam quęſtionē qua Ciceronē videris ⁊ obtuſitatis ⁊ inſcicię accuſare illud cenſeo reſpondendum. non tibi quē nihil ab re quęrere ſolitum aīaduerti. ſʒ tuis iſtis ſophiſtis qui cum oīa noſſe volūt exiſtimari. nihil ſciūt omnino. Jn omni ⁊ facultate,

arte ⁊ ſcīa ꝑncipia quędam veluti fundamēta conſtitui ſolēt. quibꝰ
cōceſſis. quę inde manāt. facile cōfirmant̄. Academici quorū autor
fuit Plato. ⁊ paripathetici item. quibus et nomen. ⁊ initium dedit
Ariſtoteles Platonis diſcipulꝰ. triplicia bona in hominis vita eſſe
voluerūt. prima animi ⁊ ea ſane cęteris omnibꝰ potiora. ſecūda cor
poris. quę tanto ſunt q̄ȝ animi deteriora. quanto corpus animo eſt i
ferius. tercia fortunę. quę quo minus in noſtra poteſtate. eo cęteris
bonis minoris ſunt faciūda. Pręterea in ſingulis huiuſmodi bonis
eas differētias eſſe volunt. vt alia alijs pręſtare arbitrent̄. At ſtoici
quoꝝ princeps fuit Antiſthenes Socratis auditor condiſcipuluſ
qȝ Platonis id ſolū ac ſummū cenſuit bonum. quod honeſtū eſſet.
Quę vero vel ad corpꝰ. vel ad fortunam pertinerēt. neqȝ bōna ap-
pellauit exiſtimatiue. nec mala. ſed indifferētia. quod ⁊ bene ac ſecū
dum virtutē is vti poſſemꝰ et male atqȝ viciose. Ob eamqȝ rē tum
cōmoda. tum incōmoda nominātur. Nec paꝝ ⁊ nimis nec plus et
minus. nec exceſſum ⁊ defectum vllum int̄ animi bona ſtoici eſſe vo
lūt. vt cum q̇d dicat̄ bonum. id cōſtet omni bonitatis ⁊ ratiōe ⁊ nu-
mero. ⁊ item malum. quod omni ex ꝑte ⁊ abſolutiſſime malum ſit:
Cum ſolo igit̄ bono ſtoici humanam foelicitatem definiāt. q̄ȝ rectiſſi
me Cicero ſtoicos ſecutꝰ cum ꝓpoſitum eſſet mortem videri maluȝ
reſpondit. ſi malū. ergo miſeꝝ. id qđ et ad ꝓpoſitionē ⁊ fortaſſis ad
veritateȝ aptiſſime ſubtiliſſimeqȝ cōſequit̄. quanq̄ȝ idcirco fortaſſis
ipſe nō probas ꝙ podagra tibi nō malum mō. ſed ſummū etiam ma
lū eſſe videat̄. Qđ ſi te ipſum collegeris. alit̄ ſentias. Uale ex Me-
diolano. iiij. Nonas Junias. M. cccc. xli.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Saxolo pratenſi ſalutem dicit plurimam

d E tua in Peloponeſum. q̄ȝ inſtituiſti. ꝑfectione accipe ſen-
tētiam meam. Fuit olim Peloponeſus in vniuerſa gręcia ⁊
viris. ⁊ opibus pollens. nūc ijs vacua prorſus. Nā ꝓpter cōtinuas
barbaroꝝ incurſiones incolarūqȝ ignauiā adeo ē bonis exinanita oī
bꝰ vt p̄ter vnū Georgiū gimyſtū viꝝ certe ⁊ doctū. ⁊ grauē. et diſer
tum. nihil inuenias dignū laude Principes em̄ illi palęologi. ipſi q̄
qȝ inopia preſſi vel ſuis ſunt ridiculo ac pręde. Jtaqȝ p̄ter vnū ge-
myſtum cętera illic oīa cōmiſeratiōis ſunt plena. Accedit ꝙ lingua
etiam ipſa adeo eſt deprauata. vt nihil omnino ſapiat priſcę illius et
eloquentiſſime gręcię Mores ꝟo barbara omni barbariores Qua
re ſi me audias. nō pelonesus tibi ſed Thracia hoc eſt noua Roma
Conſtantinopolis petenda eſt. Jllic enim ⁊ viri eruditi ſunt non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nulli. et culti mores. ⁊ ſermo etiam nitidius. Quod eo tibi magꝭ faciendum cenſeo: quod neſciam. quanta ſit tibi Georgij gemyſti futura copia ſi peloneſum petieris. Eſt enī iam admodum ſenex. quiqꝫ magiſtratum gerit. neſcio quem. Ceterū Conſtantinopolim petiturꝰ poteris. ſi videbitꝛ. ad virum ex itinere tātiſper diuertere. donec pn̄s ipſe coramqꝫ diiudices ⁊ regionem. et viros. Uale ex Mediolano. vi. Idus Junias. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus philelfus. Joāni auriſpę ſal.

n Emo te vno accipiendo facilior. Te rurſus nemo difficilior dando. Tu me liberalitatis plurimum laudas. Et hanc virtutem extollas oratione: ac recte tu quidem. Ceterū quam ipſe virtutem tāti facere videris. cur eam minus amplecteris? Es tu ſane librorū officina. Sed ex tua iſta taberna libraria nullus vnq̄ꝫ prodit codex. niſi cum queſtu. Quid tādem adeo te libris ingurgitas? Quibꝰ vtinā vt par eſt. vtereris. Ego petij abs te Strabonem geographum excribendi gr̄a: cum mihi librariꝰ eſſet domi. Reddita mihi ſunt a te verba cū aſſentatiōe ꝑmulta. Ad rem autē nihil. Petis a me nunc Sextū Empericū eius excribūdi gr̄a. gero tibi morem. Sꝫ ea cōditione ne mutuū tibi iure doni aſcribas Quare fac. vt ad me meus redeat codex. cū ſuo apud te officio functꝰ fuerit. Uale ex Mediolano. iiij. Idus Junias. M. cccc. xli.

¶ Franciſcus philelfus Frāciſco barbaro ſal.

a Dhortationē tuam non inuitus audiui. quippe q̇ norim eā proficiſci a beniuolētiſſimo in me animo. Itaqꝫ habeo tibi gr̄as Uerum illud quoqꝫ animo velim. tecum volutes. nō eſſe in eiꝰ ꝑtāte. q̇ nauiget euxinum. ire ſepe quo velit. ſed quo venti traxerit. Uale ex Mediolano. ꝓdie kal'. Apriles. M. cccc. xlij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Leonardo Juſtiniano ſal.

ſ I poſſem tuo vti cōſilio. nihil oīm mallem. Sed qd̓ te nō latet. tp̄is habenda eſt ratio. Quod qui minus facit. is certe prudens eſſe nō poteſt. Cetera tecū is cōmētabitꝛ. qui tibi lr̄as reddidit. Nā quicquid expoſuerit. id ab me totū profectum exiſtimato. Uale ex Mediolano. ꝓdie kal'. Apriles. M. cccc. xlij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Catoni Sacco Jurecōſulto ſal.

p Uto Mariū filiū diem ꝓpe apud te fore. Nā eum expecto cottidie. Debet enim ſoluiſſe ex Thracia. eſtqꝫ remigaturꝰ per Padum. Cum iſtic appullerit. aut ipſe tu ei conſule de equo. aut me facito q̄ꝫprimum certiorem. quo equū iubeam aduolare ad vos Uale

Ex Mediolano Jdibus Maijs..M.cccc.xlij.

Frãciſcꝰ philelfus. Albertho Zancario ſal.

n Olo: tibi vnqꝫ perſuadeas Alberthe zancari eo me eſſe inge
nio: vt ſimul cum loco animum quoqꝫ immutẽ. Quinimo
etiam cum ſum Mediolani. videor vſqꝫ Bononię agere: adeo me
iſtius florentiſſimę veſtrę vrbis memoria tenet. Quid igitur de te
putas: cuius ſuauiſſimi faciliminqꝫ mores ſemper habitant mecum
die noctuqꝫ: Quod ſi minus frequenter meę litterę ad te aduolãt:
id vel occupationibꝰ meis dato: vel tibi fortaſſe ipſi: qui negligenti
or factus es Nam ſi ſepius ad me ſcriberes: cogerer etiam ipſe vim
afferre meis quibuſqꝫ negocijs: ne te fruſtra ſcripſiſſe iure q̃ri apud
me poſſes. Jtaqꝫ poſthac quid tibi faciũdum ſit: tenes. Uelim: me
certiorem facias de omnibus rebus tuis. Nam quanq̃ꝫ varij iſtinc
rumores afferuntur: ego tamen ea certiſſima eſſe arbitror. quęcun-
qꝫ a te accipio. Non em̃ ipſe es: qui aliud dicas. aliud ſentias. Pro
inde ſi de te me velis tranquillo eſſe animo: fac: liquido intelligam: q̊
in ſtatu verſaris: q̃ꝫ viuis ⁊ tibi. ⁊ tuis. Jdqꝫ vt facias: te etiam at-
qꝫ etiam rogo. Nam de tebus tuis non poſſum non eſſe ſollicitus.
Uale ex Mediolano. xiij. kal'. Januarias. M.cccc.xlij.

Franciſcus philelfus. Joãni Tuſcanellę ſal.

n On eſſe te oblitũ ⁊ doctoris ⁊ homĩs amiciſſimi: gaudeo ma
iorem in modũ: tibiqꝫ habeo grãs: quod homĩs gratiſſimi officium
prę te fers. Quod cupis certior fieri: quo in ſtatu ſint res meę: ver-
ſor equidem apud hũc meum humaniſſimum principem atqꝫ opti
mum ⁊ honorifice et in maxima animi quiete Unũ mihi modo mo
leſtũ eſt: ꝙ ethruſco potiꝰ delectał ſermone: q̃ꝫ litterario. Jtaqꝫ ne-
ceſſe eſt ea ſcribam: q̃ iubet. Cętera mihi belle ſunt oĩa Uale ex Me
diolano. v. kal'. Januarias. M.cccc.xliij.

Franciſcus philelfus. Guarnerio Caſtellio
oni Jureconſulto ducaliqꝫ ſenatori ſa. di. pl.

e T leporem. et capos. ⁊ perdices: quos dono miſiſti mihi cuꝫ
vidi libenter: tum iucũdiſſime accepi. Nam et ingenium delicatio-
ribꝰ fouetur obſonijs redditurqꝫ acutius. et accipere a te dona tali
tantoqꝫ viro non fit ſine laude mea. Recte em̃ Horatius. O et pſi
dium ⁊ dulce decus meum. Quanq̃ꝫ ego: vt ingenue tibi fatear: q̊d
ſentio. Lautioribꝰ iſtiuſmodi eſculentis non admodum vti conſue
ui: non quod guſtus mihi ſit ruſticanꝰ aut agreſtis: ſed quoniam vi
deor didiciſſe: quo habitius eſt corpus: eo ingenium reddi craſſius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Quis autē neſcit iſtiuſmodi quibuſqꝫ cibis corpora effici lautiora. Itaqꝫ ſi me amas: leniorībꝰ munuſculis mecum age: peponībꝰ: prunis: perſicis: malis pyris: vuiſqꝫ: ac ficubus: ne deteriorem efficias. quem meliorem debes. Uale Mediolani ex edibus noſtris. iiij. kalen. Januarias.. M.cccc.xliij.

Franciſcꝰ philelfus. Leodryſio Cribello. ſalutem plurimam dicit.

q Uod greca omnia te delectant: vel ea aſſequor cōiectura: q̄d meis libris vteris ꝑ tuis ex illo videlicet trito peruulgatoqꝫ prouerbio τὰ τῶν φίλων κοινά. Sed tu eo plꝰ facis. quod mea ita ducis tua: vt mihi in iis nullū ius reliquū eſſe velis. Meus Diodorus iam annos duos eſt apud te. Nec tot lr̄is repetitū ire ad me pateris. At iſto mihi vehemēter eſt opus. Quare fac: eat ad me q̄ꝫ primū: redíturꝰ ad te: cū voles. Q̄d ſi fortaſſis tenet̄ in foenore: fac me certiorem: quo pecunias ad te dem: ne pereat. Uale ex Mediolano iiij. kal'. Januarias. M.cccc.xliij.

Franciſcus philelfus. Saxolo pratēſi ſal.

p Ollucem: quem petis: libentiſſime ad te darem: ſi penes me foret. Sed hoſpitat̄ iampridem apud Harpyiā: hoc eſt apud Joānem noſtrū auriſpam: q̄ ea cōditione libros accipit mutuo: vt reſtituat nunq̄ꝫ. Dabo tamē ad eum lr̄as. Curaboqꝫ vel humanitate vel iurgio. vt Pollux redeat domū: quem deinde continua tibi mittam. Uale Ex Mediolano. iiij. kal'. Januarias. M.cccc.xliij.

Franciſcus philelfus. Guiniforto barzizio ſalutem dicit plurimam

e T ſanctum eſt preceptum et Euangelicū: ne alteri faciamꝰ quod nobis fieri nolumꝰ. Id perſepe legiſſe te certo ſcio: es em̄ totꝰ ſimilis tui. Quo fit: vt magis mirer nō idem a te obſeruari: q̄d didiceris. Scis em̄ ab Ariſtotele q̄ꝫ vſurpatū non ſatis eſſe ꝟtutē ſcire niſi etiā boni ſimꝰ. Quid hec ſibi velit oratio: nō te p̄terit. Tuū igit̄ fuerit ita moderari tibi: vt nihil queſiſſe videaris: q̄d ipſe grauit̄ ſimlaturꝰ. Eſt mihi tecū a patre tuo eruditiſſimo illo optimoqꝫ viro familiaritas: q̄ tibi ſancte atqꝫ immolate tuenda eſt. Uale, ex Mediolano. iiij: kal'. Januarias. M.cccc.xliij.

Franciſcꝰ philelfus. Bornio ſale Jurecōſulto ſal.

q Uid egerim in cauſa amici tui: ex eodem ipſe debes iam corā accepiſſe. Nam eſt a me nihil ſane pretermiſſum: quod ad eiusꝰ vel rem. vel dignitatem pertinere ſim arbitratꝰ. Et vt mea fert opinio

longe plus eſt apud hūc meum clementiſſimū principē mea opera
conſecuturus: q̄ vel optare fuiſſet auſus. Tu ſiquid eſt aliud: quod
ab me tua cauſa fieri velis: id ſi ſcripſeris: nō ſcripſeris fruſtra. Va-
le ex Mediolano. iij. kal'. Januarias. M. cccc. xliij

¶ Franciſcus philelfus. Antonio metello ſal.

c Ommentationū Florentinarum dedi ad te libros tris. Nā
pluris nondum edidi: et ne id quidem mea culpa: ſed iſtorū potius:
ab quib⁹ princeps inducit: vt alia mihi ſcribenda iubeat: que in do-
ctos poti⁹: q̄ viros doctos ⁊ grauis ſint delectatura. Vale Medio
lani. Ex edib⁹ noſtris. iij. kal'. Januarias. M. cccc. xliij

¶ Franciſcus philelfus. Antonio Raudenſi
Theologo ſalutem dicit

q Uid ego ſentiam de ijs qui abs te in Lactantiū firmianum
ſcripta ſunt: dicā equidem breuit: nec tibi mentiar. Petis enī vt au
dacter tibi aperam iudiciū meum de ijs: qui in Firmianū Lactan-
tiū ſcripſiſſi. Obtemperabo volūtati tue: id quod etiam ſi min⁹ eſſz
abs te petitū: minime ſubticuiſſem. Nō eſt boni viri reticere veritatē:
preſertim eam: que deprauata ſi fuerit: nocere plurib⁹ poteſt. Vel-
lem equidem pater optime, ab omni iſtiuſmodi ſcribēdi genere te cō
tinuiſſes, neq̄ cū inſanienti candido decembre deſipe ipſe voluiſſes.
Jd certe fuiſſet ⁊ ordinis ⁊ dignitatis tue. Que enī per immortalē
deum vanatica ratio te cōmonuit, vt perinde atq̄ infeſto quidem at
q̄ inimico afflatus ſpū. in virum illū doctiſſimū atq̄ diſertiſſimuz
tam inſolenter, tam iniuſte, tam īpie inuehēris, vt nō res ſolum poe
ne innumerabilis, cōſulto male interpteris ſed nomē etiam viri de-
prauare ſtudueris, vtpote quem Lactenſiū pro lactātio nomines.
Nam de reb⁹ ipſis quid loquar, quas vel pueris notas, dum corrū
pere laboras, te omnib⁹ eruditis ⁊ grauiſſimis viris ridiculo prebes
Pudet me pfecto ea in medium pferre, que a te nō inepte min⁹. q̄
perperam notata ſunt atq̄ rephenſa. Rogo igit te, vt in hac re Au
relium Auguſtinū imiteris. Retractauit ille vir eque ſapiēs ac ſan
ctus, que imprudent errauit. Retracta etiā tu, ſi tibi cōſtas, q̄ ſciēs
volenſq̄ male ſcripſiſti. Qđ ſi feceris, nō modeſtie ⁊ verecundie mi
nus, q̄ ſapientie laudabere. Vale Mediolani ex edib⁹ noſtris. iij.
kal'. Januarias. M. cccc. xiij.

¶ Frāciſc⁹ phi. Saxolo pratēſi ſal. dicit

q Uid interſit int στρατεία ſtrateia penultima ſyllaba p
ei diphthōgō ſcripta et cū accētu acuto et στρατία ſtratia penultīa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſyllaba ſcripta ſine diphthongo ⁊ vltima ſyllaba accẽtuata. expedia̅
breuiter. Quam nos expeditionem dicimꝰ in re militari eam greci
στρατεῖαν ſtrateia̅ nomina̅t. Na̅ στρατιά ſtratia ſine diph
thongo in penultima ⁊ cum accentu in fine exercitũ ſignificat Χι-
λίαρχοσ chilarchos vero ad verbum millenariꝰ eſt ſed in Ro-
manis hiſtoriis pro tribuno militum ita ſemper accipitur: vt Δη-
μαρχοσ demarchos pro tribuno plebis. Uale ex Mediolano
iii. kal. Januarias. M.cccc.xliii.

Franciſcꝰ philelfus. Fra̅ciſco barbaro ſal.

n On equidem ignorabam fore: cum Kyriacum anconitanũ
tibi eſſem commendaturꝰ: vt diceres agi ab me acta: quippe cui vir
ipſe ſine vlla etiam mea commendatione commendatiſſimus ſit cũ
virtute ſua: quę haud eſt vulgaris: tum ea diligentia: qua in ſuſcita̅
dis mortuis vnus omnium primus vtitur. Quem enim vnq̅ȝ hu
iuſmodi laborem ſuſcepiſſe aut audiuimus: aut legimus: aut ex vni
uerſo prope terrarum orbe quicquid in vllis vſquam lapidibus no
tatũ litteris aut grecis aut latinis vnq̅ȝ fuerit: id reportarit ad no-
ſtros. Uerũ eo is tibi hoc tempore gratior eſſe debet quod ad te bar
barum refert nõnulla pulcherrima. Epigra̅mata: quę apud barba-
ros Aſię populos repperit. Ex quibꝰ ipſis habent pleraqȝ memo-
ratu digna Quare hũc hominem ita tibi commendo: vt intelligas
mihi quoqȝ eſſe chariſſimum. Uale ex Mediolano. iii. kal. Janua
rias. M.cccc.xliii.

Franciſcus philelfus. Leonardo Juſtiniano ſal.

k Yriacus Anconitanus cum Uenetias peteret. a me petiit:
vt ſe tibi per lr̃as commendarem. Jd feci eo libentius. ꝙ non eſſem
ignarus hominem tibi fore non iniucũdum: preſertim ꝙ ferat ſecũ
nõnulla priſcę vetuſtatis monumẽta. ⁊ eulogia. ⁊ epigrammata. ⁊
alia pleraqȝ ſcripta: quę ex lapidibꝰ vetuſtiſſimis in Aſia Gręciaqȝ
collegit. Hũc igitur virũ: ita velim. ⁊ vultꝰ hilaritate. ⁊ ſermonis co
mitate excipias. vt eos ſolos: quos dignos exiſtimas. ab quibꝰ tuũ
ſplendidiſſimũ nomen ꝑ orbem terrę lõge lateqȝ predicet. Nunq̅ȝ
em̅ quieſcit Kyriacꝰ: qui eam ſibi ducit queſtuoſiſſima̅ mercatura̅
ſiquid ab primis illis vſqȝ arcadibꝰ: quos ante ſolem ⁊ lunam exti-
tiſſe fabulant memoria dignũ inuenerit: in Jtaliamqȝ aduexerit q̇d
ſit opus facto: intelligis. Uale ex Mediolano. iii. kal. Januarias.
M.cccc.xliii.

Franciſcus philelfus. Joanni Auriſpę ſal.

e T ipſe bene habeo. ⁊ te ex lr̃is tuis bene valere audio. Itaqꝫ vtriqꝫ noſtrū ⁊ gratulādum iuxta ⁊ letandum eſt. Id qđ vt q̃ꝫdiutiſſime fieri liceat: vehementer opto. Uale ex Mediolano. iiij kal'. Januarias. M.cccc.xl

¶ Fr̃aciſcꝰ philelfus. Johānocio manetto ſal.

c Ommunis ille familiaris noſter me coram monuit tuis v̄bis: vt a barbadoris mihi cauerem: quoniam occulti neſcio quid cō ſilij habent cum ijs hominibus: qui mihi vel nullo errato meo infeſti ſunt. Habeo tibi gratiam mi Johannoci: qui nulla fortunę incō ſtantia deterreris: quo' minꝰ mihi ſemper bene cōſultum cupias. Cęterum eſto bono de me animo. Nam ita munitꝰ ſum: vt nullę homi num inſidię mihi poſſint incōmodare: quippe qui ⁊ prudentię vtor armis. ⁊ apud eum ſum principem: qui vel dormientibꝰ nobis: om nia rimetur: omnia cuſtodiat: adeo vt nullus omnino ſit locus inſi diis. Conſiliū̃ tamen tuum non modo non contemno: ſed facio plu rimi: amplectorqꝫ libentiſſime Et operam dabo: vt re ip̄a intelligas nihil fruſtra ſcripſiſſe te. Uale ex Mediolano. iiij. kal'. Januarias. M.cccc.xl.

¶ Franciſcus philelfus. Jacobo conſtantino equiti aurato ſalutem.

v Nas tandem aliquando litteras tuas accepiſſe me duco eq̄ dem miraculi loco: putabam enim te nullum iam eſſe quod tamdiu pro tua priſtina conſuetudine mecum obſtreperes. Cęterum ita ſo lent plęriqꝫ omnes fortunati: qui lętiſſimis in rebus non amicorū modo: ſed ſuiipſorum obliuiſcūtur. Quod autem mihi fortunā me am gratularis: id tibi licet facere merito. Sum equidem apud ſapi entiſſimum munificentiſſimum huius tempeſtatis principem. et eundem optimum ſane virum ducem hunc Mediolani Philip pum Mariam. Petis vt huic te ⁊ notum et commendatum faci am. Id mihi facilimum factu eſt. At faciam certe. Uerum mihi declares: velim: quę tibi ſit mens: qui cogitatus tui: quo intelligam quid tibi agendum ſit Hęc a me ſunt non temere ſcripta. Si te mi hi penitꝰ recluſeris ꝑpotero tibi fortaſſe conſilium dare non inutile. Uale ex Mediolano ꝓdie kal'. Januarias. M.cccc.xliij

¶ Frnciſcus philippus. Albertho Zan cario. ſalutem dicit plurimam

d Eſiderare te litteras meas ęquo animo facileqꝫ patior. quip pe qui exiſtimem abs te amari me plurimum. Miror tamen: quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſerius adeo mihi ſcribis. Cauſam reĳcias: ſcio: in occupationes tuas
At debes me quoqꝫ arbitrari mĩme eſſe ocioſum. Itaqꝫ officiū meū
aut tibi nō eſt accuſandū: aut tuū tibi mĩme ꝓbandū. Uale ex Me
diolano p̄die kal'. Januarias. M. cccc. xliiij.

Franciſc⁹ philelfus. Bornio ſalę Jureconſulto ſalutem

p Eriucunde fuerūt mihi litterę tuę vel perbreues: fuiſſentqꝫ
longe iucūdiores: ſi atticū te q̄ꝫ laconicū maluiſſes. Ceterū ne
ſis me quoqꝫ breuitate ipſa ſuperior. Uale ex Mediolano p̄die kal'
Januarias. M. cccc. xliiij.

Franciſcus philelfus. Pallanti Strozę equiti aurato ſal.

c Um nihil nos inter nos ſimus aliud cōmentaturi q̄ꝫ de mu
ſis ꝛ lr̄is: neſcio: quid nobis verendū ſit: quo min⁹ priſtinā
illam noſtrā ꝛ familiaritatem ꝛ beniuolētiam mutuis litterarꝝ offi
cĳs repetamus. Sane plurimū me delectat: q̄ꝫ te totū philoſophię
ſtudio deditū audio. Quid eñ magno viro digni⁹: quid illuſtrius
quid etiā iucūdius: q̄ꝫ aſſidue aĩm alere bonis artib⁹? Quę fortunę
appellant bona: fluxa omnia caducaqꝫ ſunt. Solū animi bonū q̄d
in ꝟtute poſitum eſt ꝛ in rerū incōmutabiliū totiuſqꝫ naturę perſpi
cientia reddit humanū gen⁹ et ĩmortale ꝛ beatū. Itaqꝫ nō poſſum
non maiorē in modū laudare inſtitutū nobiliſſimū tuę pacatiſſimę
vitę. Tibiqꝫ vehemēter gratulor: ęquanimitatē tuam prudentiſſi-
mūqꝫ conſiliū. quod aliquādo te totū tibi vēdicaueris vacuus om-
ni ſtrepitu ꝛ faſtidio ambitionū ciuiliū ꝛ humanarꝝ ſollicitudinum
Utinā idem mihi liceret hoc tp̄e: q̄d tibi vni. Quaten⁹ tamen licet
ipſe etiam viuo mihi. Et quicq̄d ab officio ſurripio mihi ocĳ id to-
tū philoſophię dedico. Neqꝫ ad ſcribendū cōuerti totum: quo nō
preſentibus modo: ſed etiam poſteris natus fuiſſe videar. Uale Ex
Mediolano kalendas. Martĳs. Anno a natali chriſtiano. M.
cccc. xliiij.

Franciſcus philelfus. Jacobo conſtantio.
equiti aurato ac iureconſulto ſalutem

ſ Um equidem ſuauiſſimas tuas litteras ſuauiſſime oſculat⁹:
vtpote quas refertas ad me dediſti cū tuis ſuauiſſimis ſalibus: tum
exhuberanti quadam erga me beniuolentia. Quod autem cauilla-
ris me: quoniā opulentior fact⁹ ſim: oblitū eſſe tui: video te q̄ꝫ vrba-
niſſime iocari mecū. Nā quo pacto obliuiſcar tui: quem ꝛ Senę p̄
mo: et dein Bononię: cū vtraqꝫ in vrbe pretorē vrbanū gereres: nō
modo ſtudioſiſſimū mei: ſed quod tuę erat humanitatis obſeruātiſ-

ſimũ eſſe animaduerterim. Q̄d autē ais me opulētũ factũ: rides tu
ſane ingeniũ meum: quem noris a nulla re magis alienum: q̄ꝫ ꝓ a cu-
mulandis pecunijs. Nec me latet eſſe nõnullos: q̇ mihi vicio dent
meũ hũc rei pecuniarię contemptũ: pręſertim ꝙ exiſtimēt diuitias
in omne vitę genꝰ expedire plurimũ: cũ eſſe eas dicant ornamenta
pacis ⁊ ſubſidia belli. At ego mihi bellandũ nunq̄ꝫ cenſui: nec item
volo: ni fortaſſe cogar reſpondere laceſſitꝰ. Sed huiõi belli genꝰ nõ
enſe gerit̃: nec iaculo: ſed lingua ⁊ arũdine. Ad id nullis diuitijs eſt
opus. Nam in pace mihi ea vident̃ pulcherrima ornamēta: quę in
genij ſplēdor. quę magnitudo varietaſq̄ꝫ doctrinę: quę dicendi co-
pia maieſtaſq̄ꝫ pręſtiterit. Huiõi ego ſtudijs delector plurimũ Ja-
cobe Conſtanti: quoꝝ diuitijs me cuperē: opulentũ iure poſſes ap-
pellare. Uolũtate certe proxime accedo. Ceteꝝ illud tibi auſim affir
mare nihil omnino eē vel ad virtutem. vel ad optimas diſciplinas
cõtrariũ magis. q̄ꝫ diuitiaꝝ opumq̄ꝫ magnitudinē. His em̄ mor-
tales ad libidinem: ad inſolentiam. ⁊ ad multa vicioꝝ genera ĩpel-
lunt̃. Quotũquēq̄ꝫ mihi dederis ex omni hominũ memoria q̇ et di
tiſſimꝰ idem fuerit: et vir optimꝰ: poſſim ego tibi innumerabilis ꝓ-
pe in mediũ afferre: quos magnitudo pecunię ad extrema ſcelera ĩ-
pulerit. Jtaq̄ꝫ ſiue ſerio loquaris: ſeu ioco: ego ita memet ĩſtitui: vt
nulli pecuniario quęſtui vnq̄ꝫ ſeruiam: ſed dominer potiꝰ. Tu cer-
to ſcio: de te tibi multo ſecꝰ inſtituiſti. Nam qui voluptariꝰ factus
es: pecunijs multis carere non potes: quo tuo iſti latiori ventri ob-
ſequaris. At nobis q̇ viliorib⁹ vtimur obſonijs: nulla opꝰ eſt pecu-
niaꝝ copia. Paucis em̄ contēti ſumus: pluriſq̄ꝫ lactucā ⁊ pirũ faci
mꝰ: q̄ꝫ cinama ac zucharꝝ. Nullo delectamur mulſo: ſed aut aqua ꝑ
ſępe mera: aut vino. ⁊ debili. ⁊ dilutiſſimo. id quod ſi nondũ victus
noſtri memoriam amiſiſti: meminiſſe perpulchre debes. Sꝫ hęc int̃
nos iocati ſimꝰ. Tu: velim: me cõmonefacias: ad q̄d tempꝰ es nea-
polim petiturꝰ Nam conſiliũ iſtud tuũ non poſſum nõ plurimũ ꝓ
bare. Es em̄ apud eũ regem futurꝰ: qui cũ nulla ꝟtute vacat: tum
benignitate ac munificētia cedit nemini. Uale ex Mediolano. pri
die Jdus Junias. M.cccc.xliiij.

¶ Frãciſcꝰ philelfus. Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſal.

a Ccuſabis me negligētię q̄d equidē permoleſte ferrē: ſi cuiq̄ꝫ
me noſſem indiligētię obnoxiũ. Nã quis aliꝰ me vno in amı
cos diligentior: At nullę meę iamdiu lr̄ę tibi ſunt reddite: quaſi ali
quid tu mihi perdiu ſcripſeris: cui vicem ipſe minus reddiderim:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Noli igit̃ ea torquere in me tela: quę iure optimo retorqueant̃ in te
Cęteꝝ iſtiuſmodi deſiderium tuũ non difficulter me expleturũ: polli
ceor: quaten⁹ per tempoꝝ conditionem mihi licuerit. Id tum fiat:
ſi omnis ſermo noſter: omnis ſcribendi conſuetudo de muſis futu-
ra ſit. ⁊ de ijs reb⁹: quę nihil habeant cõmune cũ publicis actionib⁹
Ego: quod ſcire poſtulas: bene valeo: meaq; fortuna content⁹ ſum.
Pauca appetenti: pauca etiam ſatis ſunt. Cottidie mutare coelum
hoĩs eſſe duco ⁊ inconſtãtis. ⁊ moroſi. pręſertĩ vbi id ab re fiat. Va
le ex Mediolano kal'. Julijs. M.cccc.xliiij

Franciſcus philelfus. Joanni Auriſpę ſa-
lutem plurimam dicit.

n Qui ex ipſa vſq; Conſtantinopoli eſſe tibi recõditos nõnul
los Theophraſti libros: ⁊ eos maxime: qui περί τυτῶν inſcri-
bũtur. Hos ego mihi exſcribi cupio. Eſtq; mihi commode parat⁹
liberari⁹ gręcus. Itaq; rogo te: vt codicem illum mittas od me q̃
primum: rediturum item ad te propediem. Noli: obſecro: vllam ex
cogitare cauſam aut confictam: aut veriſimilem: qua fręt⁹: mihi mi
nus morem geras: ne ipſe item cũ meo aliquo volueris vti officio:
par pari referre cogar. Vale ex Mediolano. xv. kalen. Auguſtas.
M.cccc.xliiij.

Franciſc⁹ philelfus Saxolo pratenſi ſal.

n On idẽ eſſe τὺ ψεύδοσ λέγειν καί τὸ ψεῦδε
γαι ſextus empericus libro primo de grammatica apertiſſime do-
cet. Nam ψεύδεγαι hoc eſt mentiri tum exiſtimamur: cum
id dedita opera facimus in alterius fraudem atq; detrimentum: cui
mentimur. At ψεῦδοσ λέγειν hoc eſt mendacium dicere:
etiam ad ei⁹ vtilitatem: cui dicim⁹ mendacium: fieri a nobis poteſt:
id quod ⁊ parentes in filios: ⁊ medici in ęgrotos obſeruare plerum
q; conſuerũt: Multa eñ quandoq; dicũt: quę norunt non eſſe ve-
ra. ⁊ dicũt tamen: vt illis vel admonitione vel exemplo: vel ſpe ali-
qua proſint. Pręterea mentiendo non ipſi fallimur: ſad ſtudem⁹ al
terũ fallere in ei⁹ detrimentũ. At dum mendaciũ dicim⁹: tum etiã
ipſi fallimur: dum nos vera loqui arbitramur. Vale ex Mediola-
no. Nonis Auguſtis. M.cccc.xliiij

Franciſc⁹ philelfus. Leodryſio Cribello ſal.

m Iror: quid tibi in mentem venerit: vt ex Papia litteras ad
me dederis: quibus petis: habeam ne: quicq̃ exploratum ac certum
cuiuſmodi legem tuliſſet Otho imperator de conſeſſu ordinis eque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſtris in Theatro. et quę item fuerit lex Julia. ⁊ quę ſcatinia. Quid em̄ te non mirer: q̇ cum habeas iſtic iureconſultoꝝ Homerū Catonē ſaccū: non ex iſto potiꝰ: q̄ꝫ ex Philelfo quęſieris de iſtiuſmodi legibꝰ: Ceterū vt tibi morem gerā. non Otho Cęſar imperator: ſed M. Otho tribunꝰ plebis legem tulit: nequis in ordine equeſtri ſpectaturꝰ ſederet: niſi ſeſtertia quadringēta milia poſſideret Quod cui contingeret: quiſquis is tandem eſſet: ſiue ingenuꝰ: ſiue libertꝰ: ei liceret in gradu quartodecimo inter eq̄tes ſpectaculo intereſſe. ad quadringenta autem ſubintelligi oportet millia antiquo more. Nam quadringentoꝝ ſeſtertioꝝ poſſeſſio in romana republica fuiſſet inopia: cū ſeſtertia centū complectant̄ libras argenti triginta: cū ſeſtertium contineret ex ęre ſignato libras duas ac ſemis. Legē vero Juliam ſanxit. B. Juliꝰ Cęſar: qua cauebat̄: ne liceret adulterium perpetrare. Sed depręhenſi q̇ fuiſſent in adulterio: ijs ſupplicio dederētur. Quod vero loco vltimo abs te petit̄. Lex Scatinia a Scatinio lata eſt contra pueroꝝ concubitores: qui vocant̄ ἀρσενεκοῖται. arſenecoetę. Hos em̄ graui ſupplicio afficiebat. Nos tum pedicatores tum pedicones appellamꝰ iſtiuſmodi homines flagitioſos. ⁊ īpuros: ac plane ſceleratos. Uale cū Catone noſtro Ex Mediolano. vij. Idus Septēbres. M.cccc.xliiij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Franciſco Scalamonti equiti aurato ſalutem dicit

ET de horologij inuentore. ⁊ vnde nomen acceperit: reſpondebo tibi: qd̓ didici lectitādo. Habet̄ in ſacris lr̄is: non ęgyptioꝝ inq̄ꝫ ſed hebręoꝝ. Nam ęgyptij ſacras litteras vocabant: quibꝰ per quędā animalia ac ſigna verba ipſa ſignificabāt: vtpote verbi gratia anguillā pingentes ⁊ inuidū intelligebant ⁊ inuidiam: ea ratione: qd̓ anguilla cum alijs piſcibꝰ nullam habet cōmunionē: ſed ab eis ſemper ſeorſum ſe continet. ⁊ ſub leporis figura auditū: quoniam lepores ſint acerrimi auditꝰ: habetur inq̄ꝫ apud hebręos libro Regum quarto. Achā omnium primū horologiū inueniſſe. At his ęgyptij nequaq̄ꝫ aſſentiunt̄: qui vt hominū genꝰ ob coeli temperiem ab ſe ortum coepiſſe volūt: ita etiam cū alias pulchras artis ⁊ diſciplinas. tum horaꝝ rationem repertam eſſe. quippe q̇ aſſerant hoſtiā: quę īmolanda foret: quater ac vicies paribꝰ inter ſeſe diſtantijs meiere animaduerſam. ⁊ inde vniꝰ integri diei tempꝰ in horas quattuor ac viginti fuiſſe diſtributū: quod ⁊ diem ſcilicet complecteret̄ ⁊ noctē. Ceterū a probatiſſimis tradit̄ autoribꝰ. Hermen triſmegiſtū cum.

eſſet olim apud ęgyptios ſacrum animal quoddam Serapidi di-
candum conieciſſe id in diem totum duodecies feciſſe vrinam pari
ſemper interpoſito tempore. ⁊ inde hunc horarum ordinem: conſti-
tuiſſe: dimenſum ſcilicet diem in horas duodecim ac noctem eodem
modo. Jd autem eo videtur probabiliꝰ: quod hora ab ὤρος oros
quod vrinam ſignificat: nomen habet. Sunt pręterea qui acutius
rem velint inuentam: dicunt enim cęli quadraturam in duodecim
partis pro ratione muſica diuidi: ⁊ inde horarum manaſſe rationē.
Aquam enim quę tenuiſſima cauerna deflueret: cum per totum di
em excepiſſent: hanc maiores noſtri in duodecim partis diuiſerunt:
ex quibus quidem partibus numerum horis impoſuerūt. De Hal-
cyone autē quod requiris: ea nata eſt patre Moenolo ⁊ matre Ca
nabe: nupſitqꝫ Cyeci. Quę quidem auis vitam agitat circa littus:
eiuſqꝫ pulli auferuntur a fluctibus: et vt ferūt: dies quattuordecim
circa hyemalis verſiones quieſcit: dicta autem eſt halcyon : quoni-
am in mari ꝯcipiat. Nam ἅλς hals ἅλος halos ſalum hoc eſt
mare ſignificat. et κύειν cyein concipere. ⁊ ob hanc rationem aſpi
ratur in prima ſyllaba. ⁊ ſcribitur per y. tenue. Uocatur etiam hal-
cyonis De pane vero: paſtorū deo: duplex apud grecos habetur fa
bula. Nam alij dicunt eum eſſe natum matre Penelope Ulyſſis
vxore. et patribus procis omnibus ob idqꝫ Pana eſſe nominatum
πᾶν pan enim omne ſignificat. Alij vero contendunt eum natū
eſſe ex Penelope et Mercurio cōuerſo in hyrcum. Et hęc hactenꝰ
Tu velim me facias certiorem de omni tuo ſtatu: id quod proximis
tuis litteris te pretermiſiſſe miror. Scis enim tua mihi omnia cu-
rę eſſe. Quod ſi de me quęras: mihi perbelle eſt. Nam principi hu-
ic meo vniuerſęqꝫ ⁊ aulę et ciuitati ſum chariſſimus. Uale ex Me
diolano. iij. kal. Octobres. M. cccc. xliij.

Franciſcus philelfus. Joanni Olizinę
ſalutem dicit plurimam

i OAni Zaburgadę ſcribe regio dedi ad te dono quattuor opu
ſcula: quę iam pridem ex gręco in latinum converteram eloquium:
duo Xenophontis ſocratici: alterum de republica Lacedemonio-
rum: alterum de regis Ageſilai laudibus. ⁊ duo item ex Plutarcho
Cheranenſi quorum altero Lycurgi vita: altero vita nume pompi-
lij continetur. Ea vero cū certior factus fuero tibi reddita eſſe. mit
tam continuo tibi dono ſecūdum: quem edidimus: de exilio librum
vbi de infamia diſſeruimus. Nunc enim tercius nobis liber verſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tur in manibus: qui de paupertate inſcribitur. Interea vero tempo ris q̄ Joannes ipſe Zaburgada meo nomine tibi coram expoſuerit id vt cures: plurimum cupio: atq̃ te rogo. Uale ex Mediolano. p̄ die kal'. Octobres. M. cccc. xliiij.

Franciſcus philelfus. Saxolo pratẽſi ſal.

n Olim mireris: ſiquando ſerius reſpondeo tuis litteris. Id en̄ non fit negligentia vlla mea: qua mihi nihil eſt inimicius ſed oc cupationibus maximis: quibus ita obruor interdum: vt vix ſim pe nes me. Nunc ad ea: quę petis. Artemiſius eſt apud Macedonas menſis maius. Ad hęc hyperides orator nonnunq̃ artemiſium vo cat dianę ſimulacrum. Nam Artemis diana eſt. Pręterea euboeę promontorium Artemiſium nominari oſtendit Demoſthenes in ea oratione: quę p̱ Creſiphonte habita eſt τέχνη βάναυσος techne banauſos ē quam nos artem ſordidam appellamus σύνε σις ſyneſis proprie calliditas eſt ἀγχίνοια anchinoe vero verſutia διάνοια dianoea intellectus eſt ⁊ intelligentia: quam Cicero quandoq̃ cogitationem interpretatur: quaſi cogitando in-telligamus. Uale Ex Mediolano. iiij. kalendas Octobres. M. cccc. xliiij.

Franciſcus philelfus. ſalutem dicit plurimã.
Nicolao Arcimboldo ducali ſenatori ac iurecõſulto

e Go ſingularem ingenij tui acrimoniam ſummamq̃ pruden tiam cum ſemper probaui: tum maxime ſum hoc tempore admira-tus: cum eo in legatione ad Uenetos vti collega nolles: quem no-ras hominem eſſe leuiſſimum. ⁊ tamen vbi principis voluntatẽ no ſti te Paulum hemyliũ admittere collegam Uarronem haud re-cuſaſti. Ceterũ eo fortunatior Paulo quod Uarronem ridiculo ha bitum redderis: egiſti omnia pro volũtate ⁊ vſu principis. Optan dum de te principi eſſe video: quod Agamẽnon ſibi ducebat de Ne ſtore. Si talis: qualem te omnes eſſe iudicãt: haberet viros decem. Franciſc⁹ Sphortia. et de Uenetis actum eſſet: vt ita loquar. ⁊ de omni Italię dicione. Laudo moderationẽ animi tui. laudo pruden tiã. laudo bonitatem. quib⁹ tu fretus ꝟtutib⁹: tantam es in hãc diẽ laudem cõſecut⁹: vt in hac vniuerſa gallica ciſalpina anteriorem in hoc vitę genere habeas neminẽ. Gratulor igit̃ tibi tot vel naturę i-duſtrię tuę bona. Mihi aũt q̃ pleniſſime lętor: cui talis amic⁹ con tigerit: quo nemo ē nec melior. nec ſapiẽtior. Uale ex Mediolano iiij. kal'. Octobres. M. cccc. xliiij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Sceuę corti ducali
ſenatori ac iureconſulto ſalutem.

n Jperſpectum haberem ⁊ exploratum animum erga me tuū
non tam multos perſępe tibi cōmendarem. Sed cum animaduer-
terim nunq̄ʒ iſſe fruſtra meas ad te litteras. non ſum veritus etiam
hoc tempore tibi commendare iſtius hominis cauſam. qui tibi red-
didit meas litteras. Quod eo facio maiore cum fiducia. ꝙ mihi vi-
deor intelligere virum bonum ⁊ permodeſtum iniuria trahi ꝑ fora.
vt qui pecunia ſit inferior. ab eo opprimatur. qui ſolis opibus ſit ſu-
perior. Cęterum noui innocentiam tuam ⁊ animi magnitudinem.
Scio non patieris litteras meas fuiſſe vulgaris. Uale Ex Medi
olano. kal. Octobrib⁹. M.cccc.xliiij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Bornio salę Jure-
conſulto ſalutem.

a Ccuſare me negligētię meę videris. ꝙ iādiu ad te nihil ſcripſe
rim· quaſi tua ſit diligentia ſingularis. qui vix vnas reddideris lr̄as
poſt meas ad te denas. Jtaqʒ tibi cauendū eſt. ne tua in te retorque-
antur iacula. quibus iure cōfodiaris. Qd̓ ſi fieri ab me nolis. cura.
ęquior in me ſis. lr̄as tamē tuas vel perbreuis legi ꝑlibent. ꝙ in ijs
lectitādis agnoui veterē tuam vrbanitatē. Uix dici queat. quantū
me teneat deſideriū ⁊ videndi ⁊ amplectēdi tui. Qd̓ nobis cū locoꝝ
interuallū auferat. reddat id ſaltem litterarum viciſſitudo. Uale ex
Mediolano Nonis Octobrib⁹. M.cccc.xliiij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Albertho zācario ſal

a Nteuertis tu quidem mi Alberthe. vt ꝗ negligētię accuſan
dus. mihi obijcias indiligentiam. Numeres. velim. quot ad me lit
teras dederis. poſteaq̄ʒ a vobis Mediolanum ſolui. Quod ſi meas
ex tuis ſcrinijs erueris. intelliges. vter noſtrum magis ſit accuſatio
ne dign⁹. Nec eſt mihi moleſtum tamen. ꝙ meaꝝ epiſtolarum te-
nearis deſiderio. Diligis em̄ me. quem quoniam coram videri am-
plectiqʒ non licet. queris iſtiuſmodi ſolacij gen⁹ ex lr̄is noſtris. qua
rum ſi velis crebritate vti: id facilime cōſequeris. ſi min⁹ ipſe obmu
tueris Quando em̄ fruſtra ad me ſcribis. quo min⁹ tibi continuo re
ſpondeam: Cęteꝝ vtcūqʒ res habeat. ſcribam ad te perſępe vel ad ſa
cietatem vſqʒ quotiens ocium dabit. Uale Ex Mediolano No-
nis Octobribus. M.cccc.xliiij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Guarnerio caſtellioni
ducali ſenatori ac iureconſulto ſalutem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

q Uod ⁊ proximo anno. ac item ſuperiore mihi pollicitꝰ es tuę fuerit humanitatis pręſtare deniqꝫ. Scis enim me nihil petiiſſe. Nunc autem poſtulo. vt quod vltro te facturum obtuleras. effectum reddas. Quod ſi pręſtiteris. habeo tibi gratiam non mediocrem. Uale Mediolani ex ędibus noſtris. vii. Idus octobres M. cccc. xliiii.

Franciſcꝰ philelfus. ſalutē dicit plurimam Aloyſio crotto ducali ſecretario.

q Uantum tibi debeam. memoriter memini Non eñ mediocris eſt beneficentia in me tua. at amor certe ſingularis. quē ſi ęquauerit beneficium. tantum debere tibi exiſtimabo. vt referenda gratia me inferiorem futurum putem. Et ita immortale erit beneficium tuum. Id autem tum pręſtiteris. cum me decoeptum fuiſſe non patieris. Num ſi animaduerteris me ob impericiā florinos. quos vocant. in cōuentis pro ducatis accipere. pati debēs errantē labi e via: Scis enim vniuerſam poene Italiam aureos nullos ducatos appellare pręter Uenetos. Num reliqui nummi aurei apud ceteros vere omnis ⁊ principes. ⁊ reſpublicas florini vocant. At veſtri iſtiuſmodi florini ſunt ſemiducati Ego me falli nullo pacto velim. Cura igitur apud iuſtiſſimum principem vt dolus ille malus tollatur e medio. Quod ſi ſecus fiat. propediem conſulam ⁊ rei et dignitati meę. Uale Medialani Ex ędibus noſtris. Idibus Octobribus. M. cccc. xliiii.

Franciſcꝰ philelfus. Joanni franciſco Galline ducali ſecretario ſalutem

e Tſi noui ea te eſſe integritate ac bonitate naturę. vt malam oēm maliciam non ſecꝰ atqꝫ teterrimam peſtem aliquā abomineris nolim tamē ea ratione decipiaris. ꝙ aliqui velint prudentes videri. qui nō ſint. Nemo eñ prudens poteſt eſſe. q̊ idem nō ſit ⁊ iuſtus et omni morali ꝟtute prędítꝰ. Intelliges ex collega tuo viro grauiſſimo ⁊ optio Aloyſio crotto qua temptēt aduerſus me vti verſutia. hi qui ducaliū ꝓuentuū totiuſqꝫ ducalis ęrarii curā gerūt. ignorantes illi quidē. vt videt. ſtomachū meū. qui nihil admittit indignuꝫ. aut ineptū. Tu igit. qui ab vſqꝫ Sena ⁊ noſti me. ⁊ dilexiſti. diligiſqꝫ egregie. cura. ne mihi vlla fiat iiuria. Nā ego illā nullo pacto ſūperlaturꝰ. Non te latet. ꝙꝫ ego ſum alienꝰ ab omni auaricię ſuſpicione. Cęteꝝ cōuenta mihi atqꝫ promiſſa ſine vlla diminutione ſeruari volo. Id ni factū fuerit. me cōuentis omnibꝰ ſolutum exiſtimabo

Uale Mediolani. Ex ędibus noſtris. Idibus Octobribus. M.
cccc.xliiij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Antonio peſſinę ſal.

h Eri dedi binas lrãs: alteras ad Aloyſiũ Crottum. Alteras
ad Joannẽ franciſcum gallinã: quas puto legiſſe te. Tuũ fuerit cu-
rare: vt Senat⁹ rei meę hoc eſt: vt iuſticię q̃ꝫ primũ proſpiciat. Q̄d
ni effectum cognoro: eodem vtar ũbo: quo ad Philippũ. L. Craſ-
ſus. Si ego tibi Philippe ſenator non ſum: nec tu mihi cõſul. Te-
nes animũ meum. Num adeo me abiecero: vt admiſſur⁹ ſim flori-
nellos ꝓ florinis: id eſt argenteos ſedecim in ſingulos florinos ꝓ ar
genteis duob⁹ ac triginta. At noſtrates: dixeris: ita loquũtur. At
noſtrates nõ ita ſentiũt. Ego illos florinos intellexi: atqꝫ intelligo:
quos veſtro more ducatos noĩatis: cũ vniuerſa Italia ſolos duca-
tos appellãt Uenetos nũmos aureos. Et ita etiam intellexi muni
ficentiſſimũ principem atqꝫ ſtatuiſſe certo ſcio: vel inuitis harpyis
iſtis: q̃ mentẽ nobiliſſimi ꝑncipis deprauare moliunt. Uale Me-
diolani Ex ędib⁹ noſtris. xvij. kal. Nouẽbres. M. cccc. xliiij.

¶ Franciſcus philelfus. ſalutẽ dicit plu. Joãni
antonio Rembaldo ducali cubiculario.

n On ĩmerito ſapientiſſim⁹ noſter ꝑnceps te vnũ ex omnib⁹
cubiculariis plurimi ſemper ⁊ fecit. et facit. Nouit em̃ bonitatẽ tu-
am: nouit grauitatem: nouit cõſtantiam: nouit fidem: atqꝫ obſeruã-
tiã erga ſe. Uideo alios nõnullos: qui loquũtur ad grãm: q̃ ſeduci ſe
ſe vel prece vel pręmio nõ difficulter patiunt. Te vero eũ eſſe faten
tur omnes: apud quem nil ſit veritate antiqui⁹. Nihil in te fictum
eſt. nihil ſimulatum. Omnia refers ad iuſticiam ⁊ ad principis de-
cus. Et tum maxime officio fungi putas: cũ nil aut agis: aut loque
ris: q̄d iure poſſit a quoq̃ꝫ accuſari. Quo vitę morumqꝫ ĩſtituto cũ
apud principem ſummã tibi compaſti beniuolẽtiam: tum apud cę-
teros omnis laudem immortalẽ Intellexiſti quo dolo mecũ agebat
Rem omnem: vt habeat: renũciaſti ꝑncipi: qui: vt eſt aĩo ſplẽdidiſ-
ſimo munificẽtiſſimoqꝫ: ⁊ iuſticia ſingulari: nõ eſt paſſus ſub ſignẽ
to alicui⁹ emolumẽti publicam atqꝫ ſuam deludi fidem. Quis igit
te nõ diligat: amet: atqꝫ perpetuis laudib⁹ tollat ad coelum. Meru
iſti tu certe de me q̃ꝫ optime. Itaqꝫ velim: tibi pollicearis eum eſſe
Philelfum: quo de vno omnia tibi poſſis ⁊ recipere. ⁊ ſpondere: quę
pręſtare queant ab aĩo ingenuo atqꝫ gratiſſimo Uale. Et me tue p
ſtantiſſimo noſtro humaniſſimoqꝫ principi accuratiſſime commen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

dato:ac dedito Mediolani ex ędibus noſtris. vi. kal'. Nouembres M.cccc.xliiij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Bornio ſalę Jurecõſulto ſal.

q Uas ab me orõnes petieras:ad te dedi. Serius vero. quoniam ijs carebã. Hoſpitabant̃ eñ apud amicũ iamdiu. Nam neqꝫ meoꝝ ſcriptoꝝ minus:q̃ꝫ nummoꝝ ſum liberalis. Quare iniuſte ij agũt oẽs:qui abutunt̃ benignitate mea. Non eñ oẽs ſunt Bornij quo quidem vno gratũ magis vidi aliũ neminem Uale ex Mediolano. v. kal'. Nouembres. M.cccc.xliiij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Petro thomaſio philoſopho ac medico ſalutem.

m Acrobij codex de ſaturnalibꝰ is modo eſt Mediolanũ allatꝰ:quem ante meã in Thraciã nauigationẽ Uicẽtię cũ agerẽ amiſi Puto eñ meminiſſe te viꝝ illũ clariſſimũ Leonardũ Juſtinianũ dediſſe ad me lrãs. q̃bꝰ et a te Plutarchi ęthica. ⁊ ab me Macrobij ſaturnalia petẽt cõmodato. Uterqꝫ codex datꝰ ad eũ eſt ꝑ ſcribã pręfecti ꝓſidij Uicẽtini tabellario cuidã ducalis dominij: q̇ certe illos nunq̃ꝫ reddidit Leonardo Quin verſutꝰ ⁊ callidꝰ veterator fabellã excogitauit:inquiẽs:cũ ex equo deſcendiſſet apud cauponulã neſcio quã bibendi grã. equũ ſe inde fuga ſurripuiſſe in ꝓximas ſiluas:quẽ poſtea cũ eſſ ꝑſecutꝰ:vix illũ tãdem inueniſſe amiſſis illis codicibꝰ quos ephippio alligarat:putare tñ eos furto ſurreptos Nos ſi rem memoria tenes. multũ de libris laborauimꝰ fruſtra:cũ nihil odorari potuerimꝰ. in cõmunẽ tandem acti ſententiã:qđ ſcriba ille:cuius fidei eos crediderãmꝰ:fraude nõ vacaret. Quęſiui ex hoc hoĩe:vnde eũ ſibi codicẽ cõparaſſet:reſpondit emiſſe ex publico librario quodã quẽ vulgo vos bidellũ appellatis:eſſe eũt eius tabernã librariã cum tibq ex riuo alto ad foꝝ diui Marci ad dexteram. Tuũ igit̃ opus fuerit q̃rere ex eo librario:quo pacto ille codex ad ſe deuenerit. Jta eñ fiet fortaſſis:vt vterqꝫ ſublatos libros nobis vendicemꝰ. Jd tu ne habeas neglectui:te plurimum rogo: Uale ex Mediolano. iij. kal'. Nouembres. M.cccc.xliiij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. ſal. di. pl. Johãnotio manetto

q Uam doleo vir amiciſſime:qđ nobis vti non liceat litteraꝝ viciſſitudine ꝓ noſtra cõmuni ſentẽtia. At liceret mihi ſane. vbi eadem tibi licẽtia ſcribẽdi eſſet Non eñ is eſt princeps meꝰ:qui mihi quicq̃ꝫ pręſcripſerit:vtpote qui norat meũ ſcribẽdi genꝰ totũ eſſe ingenuũ. nihilqꝫ cõtinere. quod rephendi poſſit. Non enim curamꝰ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

que ad bellū. ſed q̄ ad pacem attinent. Totum noſtrū ſtudiū eſt cū
Muſis ⁊ cū ijs artib⁹ atqȝ diſciplinis: que ſemote ab omni armo-
rū ſtrepitu: ad bene pertinent beateqȝ viuendū. Quin ij mihi deſipe
re videntᷓ: qui ſe immiſcent ambitioni ⁊ auaricie: quib⁹ potiſſimum
vicijs publici principat⁹ redundant omnes. Que eñ requies illis
datur: qui alijs malūt q̄ȝ ſibi viuere? Ut igitᷓ cetera omittam: que
vel tyrannida ſapiūt vel imperiū: cupio ex te diſcere: q̄ȝ belle vales.
et que tibi cū libris reliqua ſit familiaritas. Nam ego huiōi ſtudijs
ſi vnq̄ȝ antea: tum maxime hoc tp̄e delector. Uale Ex Mediolano
iij. kal. Nouēbres. M.cccc.xliiij.

¶ Frāciſc⁹ philelfus Cyriaco anconitano ſal.

r Eddita ſunt mihi quattuor pulcherrima epigrāmata: que
nuper ex Peloponeſo in Italiam aduexiſti. His ego ſum ita
delectat⁹: vt non verear te rogare: ne vnq̄ȝ ceſſes ab iſtiuſmodi mer-
catura: q̄ ⁊ perutilis eſt. ⁊ doctis omnib⁹ periucūda. Qd autē intel
ligere ex me petas: q̄d antiqui philoſophi ſenſerint de partib⁹ animi
repetā paulo alti⁹. Nam alitᷓ eū partiti ſunt. qui ab Italica philoſo
phia. aliter q̄ ab Ionica fluxerūt. Duo eñ eſſe philoſophie p̄ncipia
te arbitror nō latere. alterꝝ Ionicū. alterꝝ Italicū. Pythagoras igitᷓ
ſamius Italice princeps philoſophie dupliciᷓ aīm diuiſit. tum al-
tius. tum propinqui⁹ ac dilucidius. cū primū dixiſſet duas eſſe ani-
mi partes. alterā rationalē. alteram irrationalem. deinde etiā alia ē
vſus ſecūdo loco diuiſione. cū diceret animū diſtribui in tris partes
quarꝝ altera in ſe haberet rationē: altera vero q̄ ea careret. diuidebatᷓ
in duas partes. quarꝝ vna cōtineret θΟΝ θυμΟΝ thymon. hoc eſt
eo loco animoſitatē. Nam θυμοσ thymos plura grece ſignifi-
cat animoſitatē aūt pro iracūdia accipiebat. In altera autem parte
ΤΗΝ ΕΠΙθυμιαΝ epithymian. id eſt cupiditatē collocabat. At
Democrit⁹ atqȝ Epicurus in p̄tes duas aīm ſepararūt. poſuerūt
eñ rationē inherentē ac fixā in Thorace. q̄ vero p̄s ratione vacat.
eā diſperſam eſſe voluerūt per omnem corporis concretionē. quam
σύΝΚρισιΝ ſyncriſin vocant. Quinetiam ea corpora. que ſenſu
carent. Democrit⁹ volnit aliqualis animi habere participationem.
Et hi quidem oēs ex Italica fuere philoſophia. At ſtoici. q̄ autore
Socrate ionicā profitentᷓ philoſophiā. cui principiū dedit Thales
mileſius. cōſtare hoīs aīm voluerūt ex octo partib⁹. In ijs eñ poſu
erūt hos ſenſus quinqȝ. viſum. auditum. odoratum. guſtum. tactū
et ſexto loco partem vocalem. ſeptimo vero eam. ab qua eſt ſemen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Octauam autem partem eam ſtatuerunt:quę intellectu ⁊ ratione
imperat omnibus hiſce partib⁹ ſeptem. Sed Plato Socratis au
ditor eadem eſt vſus tam primo qꝫ ſecūdo loco animi partitiōe:qua
Pythagoram vſum didicerat. Nam et in partem habentem ratio
nem humanum animum diſtribuerat et in partem:quę eſſet ratio-
nis expers. Rurſuſqꝫ eundem ſeparauit animum in tris partes:vt
pote qui mentem atqꝫ rationem in capite collocarit.animoſitatem
vero vigoremqꝫ iracundię:qui proprie eſt ipſe θυμοσ thymos:
quem modo memineram:in corde:et cupiditatem quoqꝫ ſubter p̄-
cordia. Mens igitur ipſa:quę prima eſt ea vis atqꝫ poteſtas ani-
mi:quam gręci Δυναμιν dynamin vocant:in capite tanq̄ꝫ in
arce imperat vt regina primęqꝫ dignitatis .eſtqꝫ contemplatiua.
Nam ea parte et vigemus.⁊ intelligimus.et ſapimus. Sed alte-
ra vis animi:cui Plato ſecundam tribuit dignitatem:vt eſt in pe-
ctore conſtituta:pręſtat: vt agamus:quę ipſa mens atqꝫ ratio im-
perarit. Uis autem illa:quam inferius poſitam oſtendimus :pręſ-
ſtantioribus illis poteſtatibus obtemperat. Nec illud certe pręte-
reundum reor:exiſtimaſſe Platonem per omnis artus animū me
are corpuſqꝫ vniuerſum:atqꝫ ſingillatim per membra omnia tan-
q̄ꝫ per inſtrumenta quędam vim ſuam virtutemqꝫ oſtendere. Prę
terea ad eundem animum referri omuia: quęcūqꝫ occurrunt ſenſi-
bus. Quę autem a ſenſibus referuntur:eſſe alia atqꝫ alia . At Ari-
ſtoteles Platonis diſcipulus: illum enim annos viginti audierat
ac princeps ſectę paripateticę in haſcè partis animum ſecuit. Eas
enim eſſe duas dicebat:quarum altera volebat rationem contineri:
alteram vero vacare ratione. Rurſus autem quę habent in ſeſe ra-
tionem:illam quoqꝫ in duas diuidi partis:quarum altera ita con-
templemur ea:quę ſunt:quo ad ipſa principia ſecus habere non poſ
ſunt:vt parte altera:ea contemplamur :quę habere aliter poſſunt:
cum ad ea:quę alia ſunt genere:partes quoqꝫ alię ſint genere neceſ
ſe eſt . Alteram vero harum partium Ariſtoteles ſcientiſicam vo-
cat:alteram ratiocinatiuam:cum ratiocinari aliud nihil ſit:q̄ꝫ con-
ſultare. De ijs enim quę habere aliter poſſunt:conſultat nemo. Se
dem vero mentis atqꝫ rationis in cordis penetralibus eſſe voluit.
Ad hāc autem mētem Ariſtoteles docet ea referri omnia:quę ſin
guli ſenſus nunciant:ab eadem de ijs fieri iudicium:quę ſentiuntur
atqꝫ examinari cuiuſmodi ea ſint:quę varie occurrunt ſenſibus At
ea in parte:quę ſua natura rationis eſt expers:appetitum Ariſtote

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

les poſuit: qui ſi a ratione ſe regi gubernariqꝫ patiatur. multarū eſt virtutum capax: earumqꝫ moralium: nam mores hui⁹ partis ſunt qualitates. Sin a perturbationib⁹ auertatur: diſtrahaturqꝫ: fit officina viciorum omnium. Et hęc ſunt ſane: que mihi hoc tempore de animi partibus occurrebant. Cum plus ocij dabitur: longior tecum ero. Uale ex Mediolano. pridie kalēdas Nouembres. M. cccc. xliiij.

¶ Franciſcus philelfus. Franciſco barbaro ſalutem dicit plurimam

a Dhortatio tua mihi maiorem in modum probari debet: vt pote quę ab optimo animo manat: meiqꝫ amātiſſimo. Uerum qui mare ingreſſus in vehementioris fluctus iciderit: non quo velit. ſed quo ingruentium ventorum flatus traxerint: nauigare cogitur vel inuitus. Itaqꝫ ex tempore conſilium capiatur: neceſſe eſt. Uale ex Mediolano. pridie kal'. Nouembres. M. cccc. xliiij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Normano albizio ſal.

t U me obtundis litteris tuis. Quare mihi iraſci non debes ſi minus ſępe tibi reſpondeo. Nā ea petis: quę preſtari non poſſunt Prudentius tibi conſulueris: ſi patris viri grauiſſimi ſapientiſſimi qꝫ malueris: qꝫ tuo vti conſilio. Neſcio tibi aſſentari mi Normane Homo ſum libero ingenio. Nihil ſimulati pre me fero. Dum tibi mauis qꝫ patri obſequi: omnibus es ridiculo Uale ex Mediolano pridie kal'. Nouembres. M. cccc. xliiij.

¶ Franciſcus philelfus. Rainaldo albizio equiti aurato ſalutem dicit.

p Uto iampridem te vel ab vſqꝫ Florentia: cū apud vos agerem: cognouiſſe haud obſcure eo me eſſe ingenio: vt verbis paſcere didicerim neminem: illoſqꝫ longe minus qui mihi iure ſunt diligēdi. Itaqꝫ ne inani alaris ſpe: nihil hic eſſe video: quod faciat in rem tuam. Rem paucis tenes. Aliunde tibi conſulas: oportet. Nec velim: tibi perſuadeas me tua cauſa laborem vllum aut fugere. aut fugiſſe. Sed ita res habet. Uale ex Mediolano. pridie kal'. Nouembres. M. cccc. xliiij.

¶ Franciſcus philelfus. ſalutem dicit plurimā Antonio Petrutio equiti aurato.

n I plurimi faciam amorem tuū: ingratus ſim. Intelligo eīn ex proximis tuis litteris (quod tamen dubitaui nunqꝫ) me tibi eſſe chariſſimum: quod autē me hortaris: animum inducam: ac ſi op⁹

eſt:cogam:vt ad vos redeam. Quod ſi facere decreuero: te operam
daturum polliceris: vt apud vos ſim et qꝫ cōmodiſſime et qꝫ hono-
rificentiſſime. Hortaris tu quidem ꝛ amice ꝛ perbenigne. Atqꝫ ha
beo tibi gratias. qui liberaliſſimi amici fungaris munere. Ceterum
non mihi licet vllam accipere conditionē vel maximam. Nam hu
maniſſimꝰ hic princeps ita me tractat: vt nulla mihi relinquat̃ que
rendi cauſa. Itaqꝫ roga te. ne moleſte feras: ſi rationem habeo tum
cōſtantię: tum dignitatis meę. Uale Et virum optimū. Synum
bellantem nomine meo ſaluere iube. Ex ꝛ Mediolano. pridie kalē.
Nouembres. M.cccc.xliiij.

Franciſcꝰ philelfus. ſalutem dicit plurimā
Franciſco Scalamonti equiti aurato

e Si de pretura Mediolanenſi apud hūc nobiliſſimū princi-
pem amice. ꝛ accurate: feciqꝫ: vt intelligēt: et qui eſſes. ꝛ quāti faci-
undꝰ. Non difficulter ſe perſuaderi paſſus eſt. Delectat̃ em̄ doctis
viris clariſſimiſqꝫ ingenijs Itaqꝫ nobis ſpem dedit non vulgarem
Juſſit em̄ nomen tuū referri in cōmentarios. Quantū mihi vide-
oꝛ intelligere. noſter breui futurꝰ es. Interim ea para. meditare. co
gita. q̄ noſtro huic magnanimo principi voluptati. tibi vero futu-
ra ſint honori. Et vt magis armatꝰ ſis. delectat̃ his prniceps ijs ho
minibus. qui quemadmodū tu. aſtra ſapere vident̃. ſi forſan quicqꝫ
ſapiunt aſtroꝝ potius qꝫ raſtroꝝ. Uale ex Mediolano pridie kal'.
Nouembres. M.cccc.xliiij.

Fr̄ciſcꝰ philelfus Rainaldo albizio equiti aurato ſal.

q Uę mihi ſit ſententia de re veſtra Rainalde albizi. dicam ſa
ne haud obſcure. Nimiam video in vobis omnibꝰ viris op-
timatibꝰ negligentiam: qui tanqꝫ ſperetis ſecūda omnia vobis doꝛ
mitantibꝰ pro veſtra volūtate optatiſqꝫ euentura. nullo vtimini. nō
modo cōſenſu inter vos. ſed ne cōſilio quidem. Nā quem exiſtime-
tis rebꝰ veſtris adfuturꝝ. ſi vobiſipſis vos defueritis: Et vigilandū
eſt. mihi crede. ꝛ parāda oīa. quantū in vobis ſit. q̄ ad victoriam ſpe
ctāt. Atqꝫ vt vno v̾bo oīa perſtringā. nihil eoꝝ faciundū eſt. q̄ faci
tis. ponite ante oculos inimicos veſtros. Illoſqꝫ in obeundis nego
cijs imitamini. Id ſi feceritis. breui futurꝝ ſpero. vt et patriā teterri
ma oppreſſam ſeruitute ī priſtinaꝫ libertatē dignitatemqꝫ vindice
tis. ꝛ vobiſipſis perqꝫ optime cōſulatis. Quod ſi ſecꝰ fececitis. ꝛ illi
male. ꝛ vobis omnibꝰ miſerrime ꝓſpicietis. Uale ex Mediolano.
pridie kal'. Nouēbres. M.cccc.xliiij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Franciſcus philelfus. Uladiſlao Hungarię Regi ſalutem di-cit plurimam.

Ego te rex Uladiſlae cum adire ſcribēdo inſtituiſſem: non poteram equidem non ſubuereri: ne a quibuſdam exiſtimarer imprudentior. quippe qui dicturi viderentur nō eſſe mei neqꝫ muneris. nec etiam dignitatis ad ea ſummum regem adhortari. quę vel in primis regalem magnitudinem prę ſe ferunt. Nam qui ad decus ⁊ gloriam natus. alt⁹. educatus omnia ſupra hominem ⁊ mediteris. ⁊ moliaris et facias. nū-q̃ꝫ poſſis. vt opinor. vllis meis vel monitis. vel adhortationib⁹ quaſi equus Lydus in campum ad ſplendidiſſimę laudis curſum vehementius iucitari. Sed ego certe neqꝫ te moneo admirabili prudentia principem nec adhortator accedo. quandoquidem vltro pro diuina benignitate ad ſummi honoris calcem qui humanę foelicitatꝭ et teſtimonium eſt et premium. vel eas. vel peruenias poti⁹. Quid em̄ per immortalem deum aut pulchrius ad humanę. aut fructuoſius ad diuinę glorię gradum tibi contigere potuiſſet: q̃ꝫ quod ipſa dies ⁊ deus obtulit pręclaram de Turcis victoriam gente barbara et immani: Qui patritis relictis auitiſqꝫ gurguſtijs vbi ſeſe ꝑ omnem turpitudinis foeditatem dies nocteſqꝫ polluerent. horrentib⁹ illis Caucaſi vaſtiſqꝫ rupibus tamdiu ac multum in vniuerſum ꝓpe terrarum orbem ſunt aduerſus Chriſti nomen per omne ludibrium ⁊ contumeliam debacchati. Quas em̄ ciuitates. quos populos quas deniqꝫ remotiſſimas nationes quiſquā afferat. quę turcorum immanitatem obcoenaqꝫ flagitia per omne ſcelerum omnium gen⁹ minus vel tulerint. vel pertulerint: Obdormierat neſcio quopacto excelſum illud ⁊ inuictum robur virtuſqꝫ chriſtiana. Ac tantus terror vniuerſas mentes inuaſerat. vt etiam ſine prelio vinceremur. et quicquid erubeſcendi hoſtis libidini aut furori collibuiſſet: non pati ſolum. ſed perpeti quoqꝫ poſſe videremur. Oh temporū calamitas miſerabiliſqꝫ fortuna. Ad tantum miſeriarum deuentum erat. vt ignobile illud atqꝫ agreſte Turcorū vulg⁹ ex humilimis paſtoribus ac famelicis ⁊ fugitiuis ſcytharum ſeruis longe lateqꝫ in populos Chriſtianos ⁊ reges imperitarēt: indieſqꝫ magis atqꝫ magis ita ſuum propagarent imperium: vt iam vix ſexaginta millia paſſuum abeſſent ab Italia. Itaqꝫ non abſurde fortaſſe audaciſſimus iſte

et petulantiſſimus amoratus iactare vino obrutus inter capaciſſi-
ma illa pocula conſueuit ſe templo ſanctiſſimo diui Petri ꝓpediem
pro ſtabulo ganeoqꝫ vſurum. Cōſiderabat enim latro callidus ac pe
ſtifer Chriſtianos principes. qui ⁊ autoritate valerent ⁊ virib⁹: mu
tuis inter ſe odijs atqꝫ diſcordijs laborare: cōtendere: digladiari: ali
os vero preter queſtum curare nihil: nōnullos ignauia corripi: ne-
gligentia plures detentos intercipi. Inter quas ille noſtras calami
tates iactabundus atqꝫ exultās non deſperabat breui futurum: qd
ſecum ipſe per omne facinus ac nequiciam animo volutaſſet. Sed
noluit certe dominus deſerere tandem ſuum gregem efferatis rapa-
cium luporum morſibus tam miſere laniandum. Audiuit fidelium
fletus. Ut clemens: miſericors: benignus non ſolum erumnas le-
uare: ſed extremam omnino preſtare opem auxiliūqꝫ afferre digna-
tus eſt. Quare ſuos in te oculos coniecit Tua eſt preclara indole de
lectatus. Dilexit probitatem viteqꝫ ſanctimoniam. Te vnum dele
git ex omnibus Chriſtianis principibus: qui ſuum populum ꝓſtra
tum erigeres: ſuſtineres: tuereris: qui impuriſſimos hoſtes ſuos tre
pidos tandem palantiſqꝫ auerteres: fugares: proſterneres: compri-
meres: īterimeres. qui in omnem poſteritatem per immortalem no
minis ſplendorem te omnib⁹ gentibus admirandū redderes. Que
quidem ipſa rex preſtantiſſime cum mecum ipſe cogitarem: viderē-
qꝫ maximis tuis laudatiſſimiſqꝫ conatibus tam tempeſtiue atqꝫ ſa-
lutifere Chriſtum optimum maximum proſperiſſe: non potui equi
dem ꝑ me erga te fide ſingulariqꝫ obſeruantia non gratulari vel tue
vel Chriſtiane foelicitati: que tuo ductu tuiſqꝫ ſecundiſſimis auſpi
cijs ea futura ſit: cui non modo accidere aduerſi nihil queat: ſed cun
cta poti⁹ affatim bona curriculo cōtingant. Mihi vero plurimū le
tor: quem ſupernus rerum omnium imperator ⁊ conditor tuorum
parentum regalibus illis ac ſanctiſſimis nuptijs idcirco voluit in-
tereſſe: quo te inde natum ad communē chriſtiane reipublice liber-
tatem ac decus aut coram intueri aut ſaltem ⁊ crebro. ⁊ vno. ⁊ eodē
omnium ſermone tuas res clariſſime geſtas audire atqꝫ gaudere ali
quando liceret. Nouit enim vel Julianus iſte innocens ac ſanctus
vir viuentis huius Chriſti Apoſtolus: ſic enim iure appellare licet
ſummum pontificem Eugenium: qua tempeſtate orator ſum miſ-
ſus ab Imperatore Cōſtantinopolitano Joāne Paleologo ad Ro
manorum Imperatorem Sigiſmundum veniſſe etiam me inuita
tum ad nuptias. Et quod incredibile mea cum voluptate in men-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tem redolet: id vidi per ſomnum prima illa nuptiarū nocte: quod nūc
vigilās loquor. Videre enim videbar dormiens pulcherrimū quod-
dam aſtrum ſole etiam ipſo longe maius atqꝫ illuſtrius: quod celi-
tus delapſum in regię iſtius veſtrę eminentiore culmine conſediſſet
vnde circumquaqꝫ emiſſis ſplendidioribus radijs vbi altius ſeſe lu-
ce mirabili ſuſtuliſſet incredibiliꝰ celeritate in Macedonicū primo:
deinde in Myſium Olympum vniuerſamqꝫ Aſiam peruadere feſti-
naret: ac tantum vndiqꝫ fulgorem effunderet: vt ęque ſolem: atqꝫ il-
le lunam ſua pręſentia obſcuraret. Aliaqꝫ permulta videre ſum vi-
ſus: quę curioſiore narratione perſequi non licet. Sꝫ quod ad rem
attinet: reuelaſti profecto mihi tu rex floręntiſſime ingentibus tuis
coeptis ſplendidiſſimiſqꝫ virtutibus meam omnem tam longinqui
ſomnij veritatem. docuiſtiqꝫ haud fruſtra ſomnia vel immitti. vel
emitti. Nam ſeu diuino iuſſu quodam reuelentur ex extrinſecꝰ dor-
mientibus nobis: quę aliquando futura ſunt: ſiue ea ſit humana ani-
mi natura atqꝫ vis: vt tum maxime vigeat. ſapiat: intelligat: cū ſen-
ſibus corporis ſomno ſeruientibus ac poene vinctis. ſe ipſe veluti ſo-
lutus in libertatem vendicat. ⁊ tanqꝫ per rariorem corporis nebulā
illa queqꝫ cernere iam incipit: quę perſpicua olim ⁊ luce omni lucidi-
ora ei futura ſunt. Que quidem res ſi cui fortaſſe dubia ſit: mihi ſa-
ne eſſe nullo modo poſſit: cui re ipſa ſomniū omne iam aperitur. Tu
enim rex Vladiſlae nuptialis illiꝰ aſtri imaginem repręſentas. Tu
veluti cęlitus miſſus es: qui et Iſtro iam pro diuina cōmiſeratione
et vniuerſa Thracia helleſpontoqꝫ ſuperato qꝫ primum ſis per illu-
ſtrem perditiſſimorum hoſtium cladem atqꝫ internicium in My-
ſiam illam Turcorumqꝫ emporium purſam perventurus. Tu non
diu poſt: vt ſpero: ęgyptijs Syriſqꝫ oppreſſis: patefacies cunctis
Chriſti fidelibus ſanctam ciuitatem. Tu quaſi nouus aliquis Ale-
xander ad Gangem vſqꝫ vel ad illos potius vſqꝫ Gangaridas quos
Alexandro metui fuiſſe legimus: cum tua ſempiterna gloria pene-
trabis. Nam quid ego te Alexandro comparem: qui omni virtu-
te illo ſis ⁊ melior ⁊ ingentior: Quanqꝫ enim Alexāder cum primū
arma coepit mouere nō in hoſtes ⁊ barbaros: ſed ⁊ in amicos ⁊ grę-
cos: eandem ętatem ageret: qua nūc tu es: annos enim viginti natꝰ
erat: illum tamen vicia permulta comitabantur. te vero ꝟtutes plu-
res. Erat Alexander ebrius Vladiſlaus ſobrius. Impudicus ille.
Tu pudiciſſimꝰ ac plane temperans. Agebat enī Alexāder oīa te-
mere. Tu conſulto omnia ⁊ prudenter. Vtebatur ille ad res geren-

das audacia duce ⁊ iracundia. Tu fortitudine ⁊ clementia. Pręⷽ
bat ille ſeſe vel in amicos iniuſtum. Tu neqꝫ in tuos nec in alienos
quicqꝫ vel agis vel meditaris ſine iuſticia. Ille ingratitudini ſepe-
numero ſe fecit obnoxium. Tu vnus omnium es gratiſſimus. Qꝺ
ſi Alexander infinitis flagicijs atqꝫ celeribus inquinatus totam ꝓ-
pe Aſiam ne multo quidem cum milite ſubiugauit: quid de tot tuis
tantiſqꝫ virtutibꝰ ſperandum fuerit: qui nulli vel libidini: vel animi
impotentię ſeruias: ſiſqꝫ innocentiſſimꝰ: pręſertim cum ad florentē
firmiſſimūqꝫ exercitum Chriſtum habeas tecum propugnatorem
atqꝫ vexilliferum. Et quibꝰ cum tibi pugnādum eſt. Num aduer-
ſus gallos: aut Britānos: an aduerſus prępotentes atqꝫ inuictos.
Italię populos. Sane aduerſus Turcos. aduerſus paſtores ⁊ fu-
gitiuos: qui nullo iuſto marte omnia ꝑ latrocinia furtaqꝫ moliun-
tur. Nihilo tamē minꝰ barbara iſta atqꝫ abiecta natio cōtemnen-
da omnino nō eſt: ſed curanda omnia diligent̄. Nam vt ait poeta.
Et neglecta ſolēt incēdia ſumere vires. Id quod cū in alijs q̄ꝫ pluri
mis veꝝ eſſe animaduertimꝰ tum in re turcoꝝ in ꝓmis. Cum enim
diutius iſti cōtemnūtur: ꝓ nihiloqꝫ habent̄. Boſphoꝝ vrbē ad hel-
leſpontum ipſiꝰ etiam Juſtiniani Jmꝑatoris clamdeſtinis latroci-
nijs duce latronū Bochamo ceperūt: diripuerūtqꝫ. Et cū mox fu
gati ſeſe intra caucaſi cautes recepiſſent: rurſus Heraclio imperāte
emerſerūt in Perſida: vnde Mahometū perditoꝝ oīm ꝑditiſſimū
atqꝫ nequiſſimum: cuius nūc impiā ſectam ob nequicioꝝ illecebras
maxime oīm amplexant̄ latrocinantem illū eiſdem latrones artibꝰ
turpiter expulerunt. Indeqꝫ factū eſt: vt ſenſim atqꝫ paulatim ꝓ-
grediētes: dum neminē perinde atqꝫ cōtempti repugnātem offen-
dūt, in intimis hadriaci ſinus regionibꝰ conſederit: late oīa longeqꝫ
turbātes. Prędantes: populātes: vſqꝫ adeo chriſtianorū principū
virtꝰ obdormierat: elāguerat cōtabuerat. Itaqꝫ diuina quadā ꝓui
dentia factū reor. vt in tātis humanaꝝ mentiū tenebris ipſe in lu cē
veneris ad ſalutem ⁊ lucem Chriſtianoꝝ. Quare ꝑge: vt facis Vla
diſlae rex fortiſſime. Utere tāto ⁊ tam grandi bono: qꝺ tibi coelū m
oſtēdit ⁊ ſydera. Permulta iā de Turcis in hāc diem ſplēdidiſſima
qꝫ trophea ſtatuiſti. Jā tota metuit te barbaria atqꝫ cōtremiſcit. q̄c
quid habebāt aut roboris aut ſpei ĩpuriſſimi hoſtes oēs noīs Chri-
ſtiani: id omne in latrocinijs inſidijſqꝫ turcoꝝ collocarāt. Hoꝝ au-
tē tot millibꝰ per tot tamqꝫ diuerſa pręlia abs te nuꝑ interemptis
quid reliquum ſeu virium ſiue fiducię ſit aut turcis: aut cęteris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

infidelibus:quem latere poſſit:eſſe certe arbitror neminem. Miruꝫ profecto eſt:quãtam de tua animi magnitudine inauditaqꝫ cõſtan-tia apud Chriſtianos omnis ⁊ ſpem. ⁊ fiduciam cõcitaueris. Jam de tropheis:quę vocant:nullus ſermo:nulla mentio eſt. Extremũ illum optatumqꝫ triumphum quottidie omnes expectant:ꝑ quẽ liceat cunctis impune ac ſecure non ęgyptum ⁊ palęſtinam ſolum: verum etiam viſere locos omnis:ac gentes:ad quas olim vox euan gelica peruenerit. Jtaqꝫ vniuerſi populi regeſqꝫ Chriſtiani pro tua incolumitate atqꝫ victoria deum orant. ⁊ vnus omnium maxime chriſtianiſſimꝰ princeps meus Philippus Maria anglus: qui te dignitatis ⁊ amplitudinis gradu non ſecus profecto qꝫ patrem et colit ⁊ veneratur: ſed amoris charitatiſqꝫ affectu ęque atqꝫ filium charum habet ⁊ periucũdum. Qua hunc voluptate affici exiſtimes quotiens audit ſuis de te optatis reſpondere fortunam: Jta mediuſ fidius delectatur ac geſtit rebus tuis omnibus proſpere geſtis:vt ni hil apud eum lętius increbeſcere poſſe putem. Te regum ſydus ap-pellat. Te Chriſtianę reipublicę propugnaculũ nominat. Te Chri ſti vocat ⁊ vltorem et lumen. Quot quottidie pro te preces ad deũ habet: Quam aſſiduis ſupplicationibus illiſqꝫ pientiſſimis pro te vno huius principis iuſſu templa omnia celebrantur. Quamobrẽ cum et deo te rex Uladiſlae inteligis hominibuſqꝫ chariſſimum:cũ in te vno chriſtianorum omnium ſalutem cõſtitutam eſſe animad-uertis:tuum fuerit:vt quarum rerum labores ac diſcrimina maxi: ma cum tua ingenti laude ſuſcepiſti:earum pulcherrimam palmam expectatumqꝫ triumphum ne relinquas. Quin age adiutore atqꝫ duce Chriſto Jeſu inuade impiam illam teterrimamqꝫ barbariam. Tibiqꝫ ꝑſuade non minorem tibi operam dandam eſſe:vt ratio tua pugnandi omnis cum diuina voluntate conueniat:qꝫ vt exercitus omnis tuus ⁊ ordinem obſeruet ⁊ modum. Nam cęleſtem opẽ fru ſtra fieri videmus. quẽm humana actio aſpernetur. Jtaqꝫ non mo do vt vincas.cum is euentus maxime ſit in laude quem optima cõ-ſultatio anteceſſerit. Uale Rex inuictiſſime. Ex Mediolano No nis Nouembribꝰ.: M.cccc.xlviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Petro candido leu-co decembri ſanitatem.

i Nter maxima inumerabiliaqꝫ mala:quę triſtis inuidia prę ſe fert:id eſſe boni animaduerto:quod nemini magis nocet: qꝫ ſibi Jtaqꝫ tua te torqueri inſania non moleſte fero. Uale.et aliquando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

reſipiſce. Ex Mediolano. v. Idus Februarias. M.cccc.xlv.

¶ Fanciſcus philelfus. Antonio Raudenſi
Theologo ſalutem dicit

q Uo ſignificato accipi cõueniat quotꝰ quiſqꝫ: etſi non dubi-
to noſſe te: tamen quoniam id a me requiris: paucis accipe. Idem ſi
gnificare puto quotus quiſqꝫ in ſingulari numero: quod nomen nu
merale quot. Ut quotuſquiſqꝫ eſt: qui aliter ſentiat: ꝓ eo q̄d dicimꝰ
quot ſunt: qui aliter ſentiũt. Nam qui dicũt quotuſquiſqꝫ idem ſi-
gnificare: quot aliq̇s: vehemẽter errant: id q̄d ex Cicerone omniqꝫ
vetuſtate licet intelligi. Uale Mediolani Ex ędibꝰ noſtris Idibꝰ
Nouembribꝰ. M.cccc.xlv

¶ Franciſcꝰ philelfus. Alloyſio crotto Duca-
li Secretario ſalutem dicit

p Lacuiſſe plurimũ humaniſſimo noſtro principi epiſtolam
illam ad regem Hungarię Uladiſlaũ vehemẽter gaudeo. Q̄d au-
tem eiꝰ nomine me hortaris ad Philippum ducem Burgũdię vt
ſcribam: q̄ꝫprimũ effectũ dabo. Uale Mediolani ex ędibꝰ noſtris.
xv. kal. Januarias. M.cccc.xlv.

¶ Franciſcus philelfus ſalutem dicit plurimã
Catoni ſacco Jureconſulto

n Unq̄ꝫ te das ocio Cato ſacce. Ac facis tu q̇dẽ ⁊ prudent̄ et
bñ. Quid em̄ eſt magis alienũ ab homĩs natura vita ocioſa ⁊ inerti
cũ illud nobis debeat eſſe ꝓpriũ natura: vt ſp̄ vel agamus aliq̇d: vel
circa veritatis ꝑſpiciẽtiã ↄ̄ſemur. Sed iã ad ea: q̄ petis: venio. Quę
ris em̄ quę rõ Platonẽ adduxerit vt animi ſedẽ locarit ĩ capite: cũ
eã eiꝰ auditor Ariſtoteles ĩ cordis penetralibꝰ eſſe voluerit: Demõ
ſtrãt mundũ mathematici eſſe orbicularẽ: q̄ quidẽ figura p̄ſtat cęte
ris figuris oĩbꝰ: cum hęc ſola ſuis ꝑtibꝰ ſimilat̄. Cũqꝫ mundꝰ circũ
ferat̄: eius q̄ꝫ ꝑtes circũferunt̄. Qua rõne ductꝰ Plato vim mẽtis
atqꝫ rõnis in capite eſſe voluit. Is em̄ ad totiꝰ mundi exemplũ ani
mũ diſtribuit trifariã Nã vt mũdi ſummitatẽ ac etiã principem: q̄
et gubernat. ⁊ regit. ⁊ moderat̄ omnia: cęleſti ĩſigniuit domicilio: ita
ſummã homĩs partẽ: q̄ caput eſt: menti rõniqꝫ tribuit. Deinceps
poſt coelum perinde atqꝫ in media regione angelos demoneſqꝫ ſubie
cit qui ꝓ cęleſtis regis imperio ⁊ agãt. ⁊ exequant̄ imperata omnia
At hoĩes in terra poſuit: qui pareãt: ⁊ imperata obeãt. Ad quarum
rerũ imaginẽ tum quiddã in nobis: q̄d agẽdis ſtudeat: collocauit ĩ
medio: tum pubetenꝰ atqꝫ infra terciũ illud poſuit genꝰ: quod regit̄

atqȝ adminiſtrat᷑. Que quidem vltima hęc duo appetitꝰ ſunt ſpeci-
es: quas tamē rationi ipſi Plato docet naturaliter obedire. Et ita
mens in capite p̄ſidet: quam p̄mā vim animi dignitatemqȝ eē vult
et eā cōtemplatiuā: qua intelligimꝰ ac ſapimꝰ. Quę ꝟo ſecundę eſt
diguitatis. eā vim ea cōſtituit in pectore: vt ꝑ eam agamꝰ: quę iuſſa
ſunt. Sȝ quę vis tercia inferiꝰ eſt poſita: ea ſupērioribꝰ paret digni
tatibꝰ. Animū prętēa putat Plato ꝑ omnis meare artus. ⁊ corpꝰ
vniuerſum: per membraqȝ ſingillatim tanqȝ inſtrumēta vim ſuam
trāſfundere. Quę aūt ſenſibus occurrāt: vt ſunt alia atqȝ alia: ea in
ſentiēdo referri ad aīm oīa. Ut igit᷑ paucis omnia cōplectar Plato
vim mentis atqȝ rōnis: quaſi principem locauit in cerebro. Longiꝰ
eīn abeſt ea ꝑs corporis a colluuione ac ſordibꝰ. Iracūdię vero ani-
moſitatiſqȝ vehemētiam: qui θυμος thymos vocat᷑ a grecis: in
cōrde: at cupiditatem ſubter p̄cordia ſtatuit. Cuiꝰ quidem ⁊ ordinis
et ſapientię Uirgiliꝰ familiaris noſter minime ignarus: pulcherri-
rime cecinit in primo ęneidos libro inquiens. Celſa ſedet ęolus arce
ſceptra tenens. mollitqȝ animos ⁊ temperat iras. At quare nomīa
tum deum exiſtimem. ⁊ q̄ ſit eius ſcd̄m priſcos illos phos definitio
rurſus paucis accipe. Stoici q̄ ſunt grauiſſimi int̄ omnis philoſo-
phos. ⁊ acutiſſimi iudicati: diuinam ſubſtantiā ita definiūt. Diuina
ſubſtātia eſt ſpūs intelligibilis igneus: qui forma carēs: tum in ea q̄
velit: mutat᷑: tum rebꝰ omnibꝰ ſimul aſſimilat᷑. Ut autem deꝰ appel
laret᷑: huiōi cauſam inuenio. Cum ſydera ſuſpicerēt homines: quę ⁊
curſu ꝯterent᷑ perpetuo: at currere dicit᷑ grece θέειν thein eſſeqȝ ea
dem in cauſa: vt ij cōtemplarentur: id quod dicitur θεωρειν. theo
rin: idcirco cum aſtra cętera: tum maxime ⁊ ſolem ⁊ lunam deos no
minauerūt: quanqȝ ſunt nōnulli: qui deū dictū arbitrentur Δέος
deos: quo nomine timor ſignificatur: quod deus ſcȝ timendus: me-
tuenduſqȝ ſit: ijs videlicet: qui vt ſunt animo deprauato: diuinā ſub
ſtantiam neqȝ verentur: neqȝ venerantur: quippe quam eſſe nullā
putent. Ex quorum numero te non eſſe exiſtimandum: quęſtiones
tuę dilucidum prębent argumentum. Uale ex Mediolano Idibꝰ
Februarijs. M.cccc.xlv

¶ Franciſcꝰ philelfus. ſalutem dicit plurimam.
Franciſco barbaro.

q Uem ego hac tempeſtate putem ex gręcis hominibus gre-
cos cęteros doctrina eloquētiaqȝ p̄ſtare: q̄ris a me rem perfacile iu
dicatu. Honos alit artis Cicero noſter inquit. omneſqȝ incēdimur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ad ſtudia gloria. Quem inquam honorem nūc putes apud grecos
propoſitum bonis artib⁹ atq; diſciplinis in tāta grecie toti⁹ inopia
Legi ad hyppodromum Cōſtantinopoli in marmoreis quibuſdā
lapidib⁹ ſub pulcherrimo illo obeliſco verſus quoſdam ad ptem ante
riorem obeliſci latinos: ad poſteriorem aūt grecos. ⁊ vtroſq; heroi-
cos. ⁊ item vtroſq; admodum ineptos: q̄ quātum ex ijs poteſt ītel-
ligi: impſſi atq; inſculpti in lapidib⁹ illis fuerāt Theodoſio ſeniore
imperāte: cui Arcadius atq; Honorius filij in regnum ſucceſſere.
Qd ſi in ſecūdiſſimis reb⁹ illius orientalis imperij littere ⁊ bone ar
tes negligebant: quid nūc exiſtimādum ſit in tāta grecoꝝ calamita
te ⁊ ſeruitute: Ceterum vt ad q̄ſita reſpondeam: vn⁹ Theodorus ga
zes mea ſentētia ceteris grecis omnib⁹ ⁊ lris preſtat. ⁊ eloquentia:
nō hac inquam libaniana garrulitate: ſed eloquētia illa priſca: qua
et Domoſthenen. et Aeſchinē. et Lyſiam: ceteroſq; illos nobiliſſi
mos oratores viſos legim⁹. Eſt preterea vir grauis ⁊ bon⁹: ac plane
dignus: quem diligas. Uale ex Mediolano. pridie kal'. Martias
M.cccc.xlvi.

Franciſcus philelfus. Bauerie philoſopho
ac medico ſalutem.

d Ebes nō eſſe oblit⁹: q̄z me ſemp Boetij opa delectarit cū in
omni facultate atq; diſciplina: tum ea maxīe: q̄ ſcripſit in dialecticis
in q̄b⁹ ipſis mihi viſus eſt excelluiſſe plurimū. Que igit̄ noua tant⁹
vir de Syllogiſmis categoricis hyppotheticiſq; p̄cepta adinuenit.
ea mihi exſcribi cupio. Itaq; a te peto. cōtendoq;. vt eoꝝ libroꝝ co-
piā facias mea cauſa eruditiſſimo atq; diſertiſſimo iurecōſulto Bor
nio ſale. Is em̄ librariū aliquē parabit. qui huiōi puinciā ſit obitu-
r⁹ Uale ex Mediolano. iij. Nonas Martias. M.cccc.xlvi.

Franciſcus philelfus. Thome Senece ſal.

q Uod pudorem tuum accuſes. nequaq; eſt opus. Nā tamet
ſi tue me littere plurimum delectant. delectarūtq; ſemper: quippe q̄
ab homine erudito ⁊ ipſo quidem mei amantiſſimo proficiſcant. ta-
men cum ſiles etiam. mihi es chariſſim⁹. Scio em̄ te mecum nō li-
benter ſilere neq; ſponte. ſed ob eam fortaſſe rem. qd vel locus aliq̄s
vel fortuna quepiā ſcribere phibuerit. Fuerūt autē nūc mihi eo tue
littere ſuauiores. quo ſunt deſiderate diuti⁹. Quod vero cupis pro
noſtre amicicie munere immortalitatis nomini p nos commenda-
ri. id quanq; in te eſt. cui⁹ eruditio eſt illuſtris: faciam tñ. qd petis
nō inuit⁹ Sed tu velim interea loci de morte dum nō imprudenter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

cogitas.te viuũ eſſe memineris. Facitoq3.ne tuas prius ſarcinulas colligas.q̃3 te videro.nã videbo te iucũdiſſime Uale ex Mediolano Nonis Martijs M.cccc.xlvi.

¶ Franciſcus.philelfus Frãciſco oche ſal.

b Artholomeus catias nouarieſis iuriſconſult⁹ me nup̃ cõſuluit.quem idoneum ipſe cenſerem.qui nouarieñſem adoleſcẽtiam bonis ⁊ lris.et moribus inſtitueret. Itaq3 tu mihi cõtinuo veniſti in mentem. Audiuit vir ille de te libenter.petijtq3.q̃3primum curarez certior a te fieri. Uelles ne Nouarię ludum aperire. Uolunt eñ ij ciues eiuſmodi virũ.qui ⁊ grammaticã ſimul ⁊ rhetoricã doceat publice. Tu igit̃ ſi rem p̄bas.oſtende mihi p̄pediem.quantũ nummorum tibi cõſtitui velis p̄ hui9di annuo muneꝛ. Uale ex Mediolano pridie kal'. Maias. M.cccc.xlvi.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Petro perleoni ſal.

t Uam illã orationẽ Ioãni caimo iãpridem dedi ad te.qua de quid ego ſentiã (ſentio eñ optime) ex ijs q̃ antea tibi ſcripſi. debes itellexiſſe. Cupio cultellos turcos.nõ qui a turcoꝝ officina in Italiã nauigarit. ſed quos opifices genuenſes turcos imitati fabricarint. falcatos illos atq3 ſubcuruos. Noſti. quos dicã: qualis ſc3 iſtic emi cũ adeſſem. Mihi res tua cordi ẽ.id qd breui vt ſpero.liq̃do cognoſces. Uale ex Mediolano. Idib⁹ Maijs. M.cccc.xlvi.

¶ Frãciſc⁹ phi. Petro thomaſio pħo ac medico ſal.

n Equid reꝝ meaꝝ lateat te hoiem amiciſſimũ ⁊ viꝝ optimũ proxima nocte hora ſeptima morte mihi ſublat⁹ eſt dilectiſſim⁹ mihi fili⁹ Olymp⁹ fluuius.q̃ mihi nat⁹ ex vxore ſecũda Urſina hoſnaga matrona pudiciſſima.adeoq3 formoſa.vt horęoſyna dici poſſet.nondũ menſem nonũ implerat. Itaq3 naturę imbecillitati conſentiẽs nõ poſſum nõ eſſe in luctu .p̄ſertim qd ex oib⁹ liberis meis erat is pulcherrim⁹ ⁊ pręſe ferebat imaginẽ indolis cuiuſdam egregię. Uale ex Mediolano. vij. ka. Iunias. M.cccc.xlvi

¶ Frã.phi. Pallãti Strozę equiti aurato ſal.

v Ix dici queat.q̃3 me delectarit p̄mę tuę lrę. Nullũ eñ officium omiſiſti neq3 boni viri neq3 amici homis. Monuiſti ⁊ prudenter.et bene. Sequar equidem cõſilium tuũ. Moderaborq3 mihi.etſi nõ abſurde iam bilis excãdeſcebat. Is eñ ſum.qui iniuriã ferre poſſum.cõtumeliam vero nullo pacto poſſim.nec etiã velim. Nã iniuriam ferre prudentis homis moderatiq3 duco contumeliã vero et ſtulti ⁊ fatui. Faciam igit̃.quod hortaris Tibiq3 velim p̄ſuadeas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

neminē oīm amicoꝝ eſſe hac tempeſtate te vno mihi chariorē. Uale ex Mediolano. v. Idus Ianuarias. M.cccc.xlvij.

¶ Frāciſc⁹ philel. ſa. di. pl. Bernardo Iuſtiniano

c Upio oīno vos viſere ad reſurrectionem dn̄icam. quo ꝛ tuo reliquorūqꝫ amicoꝝ mutuo cōſpectu frui colloquioqꝫ liceat. ꝛ certa honeſtatis lege q̄ mihi iſtic negocia ſunt. cōponant̄. Quare ſi me amas. da operā: vt tuta mihi ad vos pateat acceſſio. ne publicę ꝑncipū ſimultates (ſiquę tādem eę ſint īter veſtrā noſtrāqꝫ rempublicā) priuato obſint officio. Pręteā vt ſcis nō min⁹ ſum Uenetus. q̄ꝫ Mediolanēſis. Utraqꝫ em̄ ciuitate donat⁹ ſum. Uale ex Mediolano kal'. Februarijs. M.cccc.xlvij.

¶ Franciſcus philelfus. ſa. plu. di. Scęnę corti equiti aurato ac iurecōſulto

t Abellariū ad te in germaniam ꝓficiſcentē nō ſum paſſus ire vacuū meis lr̄is. Ex quaꝝ delectatiōe poteris facile cōiectare. quanta me priuaueris voluptate. qđ eidē tabellario Mediolanū modo repetēti nullā ad me ep̄lam dederis. Et feciſti ꝑfecto (pace tua dixerim) inhumane ꝛ illiberalit̄. qđ cum ad alios ſcriberes: hoīs amiciſſimi ſis oblit⁹. Sed quo maior ē beniuolētia nr̄a. eo fortaſſis exiſtimaſti magis licē tibi vti mecum ſilentio ꝑ lrās: p̄ſertim in iſtis germanię niuib⁹. quaꝝ frigore digiti qn̄qꝫ ſtupeāt. ac rigeſcant. Itaqꝫ ignoſco excuſationi tuę. mō iſta poſthac vti nolis. Quare fac. vt erratū cumulatiſſime reſarcias. operāqꝫ des. vt aliq̄d noui reportes ī Italiā tecū. quod muſaꝝ nr̄aqꝫ interſit. Nō em̄ fieri p̄t. quin ep̄us ęneas vir doctrina. ꝛ eloquētia ſingulari egregiū aliq̄d inuenerit in tot ac tā plenis ꝛ puluerulētis bibliothecꝭ germanię. Uale ex Mediolano ꝓdie Idus Februarias. M.cccc.xlvij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Guiniforto Barzizio Iureconſulto ſalutem dicit

q Uod ad pn̄cipē Marchionē ſcripſerim. nō te latet. Quid autem ea in re decreuerit. noſſe cupio. Rogo igit̄ te. vt quoniam nō mediocriter nr̄a intereſt. q̄ ſit iſtius mens ꝑncipis. q̄ꝫ primū intelligere. cures ꝓ virili parte. efficiaſqꝫ. ne diutius nobis expectandum ſit. Erit hoc mihi pergratū. Uale ex Mediolabo. Idibus Februarijs. M.cccc.xlvij

¶ Franciſc⁹ philelfus. Antonio Trebano ſal.

a Ntonius florentinus fictor ꝛ excuſor egregius ęque tempeſtate noſtra atqꝫ praxitelen apud priſcos memorant copanue aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

phidian aliquem. ⁊ te diligit plurimū. ⁊ mihi eſt chariſſimꝰ. Itaqꝫ a me petijt. vt te in familiaritatē beniuolētiamqꝫ acciperē. quippe qui mei ſtudioſiſſimꝰ ſis. Cupere eñ ſe nō ſecꝰ ſuos amicos oīs fieri meos atqꝫ ipſe eſt. Quare vt ⁊ hoī amiciſſo ⁊ humanitatis officio ſatiſfacerem. idcirco haſce lrās ad te dedi. vt tibi ꝑpetuo teſtes eſſent ſingularis dilectiōis erga te meę. Uale ex Mediolano. iiij. kalen. Martias. M. cccc. xlvij.

Franciſcꝰ philelfus. ſalu. dicit plu. Petro Thomaſio Philoſopho ac medico

e Xpectabā quottidie tuas lrās. quibꝰ de ijs omnibꝰ fierē cumulatiſſime certior. q̄ meaītereſſe cenſeres. Tamē cum interim iſte nūcius ad te iret. nō eum ſum paſſus meis lrīs vacuū proficiſci. Te autē vt vel hac in re meo exemplo vti velis. etiā atqꝫ etiā rogo. Uale ex Mediolano. iiij. kal'. Martias. M. cccc. xlvij.

Franciſcus. philelfus. ſal. di. pl. Frāciſco barbaro

ę Que tuā humanitatē laudo. atqꝫ tabellarioꝝ accuſo vel negligētiam vel perfidiam in reddendis lrīs meis. Intelligo cauſam. quare nihil reſponderis. cum q̇d eſſes reſponſurus. ignorares. Reliquū eſt. vt qd' tuis lrīs q̄ꝫ amiciſſime polliceris ac recipis. ⁊ diligent' perficias ⁊ q̄ꝫprimū. hoc erit mihi tam gratū. vt immortalibꝰ beneficijs me tibi obſtrictum fore ꝓfitear. Uale ex Mediolano. iiij. kal' Martias. M. cccc. xlvij.

Frāciſcꝰ philel. Bernardo Juſtiniano ſal.

q Uanq̄ꝫ mīme futuꝝ dubitabā. quin abs te mihi lrę ꝑpediē redderent'. tamē cum exiſtimaſſem nequaq̄ꝫ tibi fore ingratū. ſi publicus tabellariꝰ aliquid item litteraꝝ mearum ad te deferret ſcripſi rurſus. eadem ſcꝫ. quę antea Itaqꝫ velim cures. vt ad reſurrectionē dominicā pateat mihi tutꝰ ad vos acceſſus. Uale ex Mediolano. iiij. kal'. Martias. M. cccc. xlvij.

Frāciſcꝰ philelfus. Bornio ſalę Jurecōſulto ſal.

r Em mihi feceris admodum gratam: ſi a doctiſſimo philoſopho ac medico Baueria Boetij cōmentarios in porphyrium ⁊ itē in Ariſtotelis prędicamēta atqꝫ ī eum librum. cui titulꝰ eſt περὶ ἑρμηνείας perihermenias. tantiſper mutuabere. dum exſcribātur. id qd' fiet q̄ꝫprimum Non eñ mutuū peto feneratoꝝ more. vt meum fiat tuū vel tuū meū ſed vt cōmodes eos nobis cōmentarios Intra menſem eñ redibūt Bononiā ad te. quo Bauarię noſtro reſtituas. Uale ex Mediolano. iij. kal'. Martias. M. cccc. xlvij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcꝰ philelfus. Alberthu Zancario ſal.

l Itteras tuas hiſce occluſas cõmuni amico ⁊ eruditiſſimo iu
reconſulto Bornio ſalę reddito per q̄ʒ celerrime. eumqʒ hortare. vt
ſepoſitis paulo cõuitijs ac muſicis. homĩ amiciſſimo inſeruiat Va.
ex Mediolano. p̄die kal'. Martias. M.cccc.xlvij.

¶ Franciſcus philelfus ſalutem dicit plurimam
Nicolao Quinto Eccleſię Romanę Pontifici
Maximo.

n Eſciam. quid optatiꝰ in vita mihi pater beatiſſime Nico-
lae Quinte. pontifex maxime. q̄d iucũdius contingere potuiſſet. q̄ʒ
ꝙ diuina benignitate, te ſacroſanctę Romanę eccię pręfectũ didice
rim. Jam tãdem em̄ cum publicę. tum priuatim eruditis oibꝰ opti
miſqʒ viris tuo fauſto atqʒ foelici ductu pulcherrime cõſultũ et ad
rem. ⁊ ad dignitatẽ aĩaduerto. Nã qui ſola ꝟtute. ingenijqʒ p̄ſtan-
tia. atqʒ doctrina inciomparabili. ⁊ eloquentia ſingulari ad ſummi
pontificatꝰ maieſtatẽ ſublatꝰ es. ꝓbitatis diſciplinęqʒ fautorẽ fore
te. q̇ dubitet. eſſe puto neminẽ. Jtaqʒ vt de reliq̄s conticeſcã. nõ poſ
ſum mihi nõ vęhemẽtiſſime lętari atqʒ gaudẽ. cũ memoria mecum
repeto ſup̱iora illa tp̱a. iam em̄ anni ꝓpe viginti p̄teriere. q̇bꝰ ab in-
eunte iuuẽta vſqʒ. cũ Bononię p̄mũ docuiſſem tua familiaritate. q̇
eandẽ ętatẽ ageres. ſuauiſſime vſus ſum. Nõ fieri em̄ poteſt. quin
vna cum ętate ingẽs ac mirifica tua illa creuerit erga me charitas.
quãdo quidẽ quoꝝ me grã diligebas. ea nulla ex p̱te diminuta ſint.
Nã mea erga te fides ⁊ incredibil' obſeruãtia acceſſionẽ indies ma-
gis magiſqʒ ſuſcepit. ⁊ ita ſuſcepit vt nihil ad cumulũ pręt' ſolũ deſi
deriũ poſſit accedẽ. Etem̄ qui ꝑ viribꝰ colit. nihil ampliꝰ in eã rem
queat. q̄ʒ ſupra vires. aut deſiderare aut optare. Quare hoc vnũ eſt.
q̄d in tãta mea ac tam mirifica animi voluptate. quã ex hac iſta tua
ad ſummũ pontificatũ creatione ꝯcipio. me q̇dãmodo offendit q̄d
maiore aut pietate aut veneratiõe te ꝓſeq̇ neq̄o Quid em̄ vel audeã
ſup̄ hoiem. vel ſperẽ. Fruſtra ꝟo quicq̄ʒ optare demẽtis ẽ. Jn te igit'
amãdo colendoqʒ. nõ tam acceſſio a nobis eſt. q̄ʒ ſtabilitas cupiẽda
Hãc autem ſempiternã fore. tuę ſanctitatis merita ni p̄ſtiterit. nul
lũ certe meũ p̄ſtare poſſit ſtudiũ. Nã cũ permagna ſit facta ⁊ omni
ex parte incomparabilis in dignitate diſparitas adeo. vt ſimilitudo
nulla poſſit adduci. eadem nunq̄ʒ ſit amicicia. ni tu. qui chriſtum
ingeris in terris. chriſti quoqʒ hũanitati ſecutꝰ exemplũ. ex iſto tuo
excelſo atqʒ diuino ſolio in noſtrã humilitatẽ tuũ cordis intuitũ per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſuperiorē illam ac tuā animi mā̃ſuetudinē ita dimiſeris: vt ſeruata etiā illa mathematica (vt aiūt) int̃ plus minuſqȝ ꝓmerētes ꝓporci/one quadā me nō min⁹ diligas: qȝ a me ipſe diligeris. Hoc em̄ ſi fe/ceris: nō ſolū qđ fucata gentiliū: ſed qđ vera ⁊ indubitata ęterni dei ſa/piētia ꝑcipit. ⁊ ſimilē amiciciā nr̄am. ⁊ eādem omnino: q̄ fuerit: ad vltimā vite calcem cōſeruabis. Et ne maximis occupationib⁹ tuis vel intēpeſtiuior accedā vel iportunior: iā de his ſatis. Nā reliqua ſi ſanctiſſim⁹ ille ſpūs diui Nicolai: cardinalis Bononiēſis tibi quō/dam patris dum erat in viuis: nūc vero ſanctimonię tuę fili⁹: cui no/ſti me chariſſimū extitiſſe: altiorib⁹ melioribuſqȝ intent⁹ obſequijs: ingerē memorię tuę diſtulerit: ea q̄ mea interfuerit: oīa tibi pat̃ am/pliſſim⁹ mediolanēſis cardinalis Henricus verbis meis corā expo/net. Bene in Chriſto valeat ſanctitas tua: cui me etiā atqȝ etiā com/mēdo: ac dedo. Ex Mediolano vigilia reſurrectiōis dominicę. An/no a Natali chriſtiano. M. cccc. xlvij.

Franciſc⁹ philelfus. Joāni Tuſcanellę ap̄lico ſecretario ſal.

Ratulor fortunę tuę mi Tuſcanella iuxta atqȝ virtuti quod locū nactus es ornatiſſimū apud Nicolaum Quintū ponti/ficem maximū. Qđ aūt me inuitas in Romanā curiā: tuūqȝ omne polliceris ſtudiū: libēter audio adhortationes tuas: mō intelligā: ex te ipſo ne loq̄ris: qđ ad me ſcribis: an iuſſus a Pōtifice. Si me hac de re feceris certiorem: non obſcure aīaduertā. q̄d me facē oporteat. Uale ex Mediolano. Jdib⁹ Julijs. M. cccc. xlvij.

Franciſc⁹ philelfus. Catoni ſacco Jurecōſulto ſal

Uid tibi in mentem venerit. nō poſſum augurari. qđ ex me ipſo cupis intelligere. quot annos ſim nat⁹. Num fortaſſis vllā mi/hi paraueris vxorem. que qȝ ſum corpore firmo robuſtoqȝ. velit in/telligere: Nam ferrum eſt. qđ amant. vt eſt apud Juuenalem. At mihi vxor eſt. tam etſi eā ęgrotās ęgrotatione. quam. qđ vehemen/ter doleo. nunqȝ ſit euaſura. Patit̃ em̄ tabem eiuſmodi. vt hui⁹ vita diuturna eſſe non poſſit. Uxorem tamē terciam ducere mihi nō eſt in aīo. Utcūqȝ tn̄ habet poſtulatio iſta tua. obſequar volūtati tuę. Nat⁹ equidem ipſe ſum anno a Natali chriſtiano nonageſimoocta/uo ſupra annū trecenteſimū ad milleſimum. die quinto ac vigeſimo Julij. et id quidez mane circiter ortum ſolis. Quo die lr̄as haſce ad te ſcripſi. me⁹ natalis agebat̃. Itaqȝ initiū dedi quinquageſimo ęta/tis anno. valitudie vſqȝ proſpera. ⁊ acerrimis ſenſib⁹ ꝓ diuina beni/gnitate. ac firmiſſimo toto corpore. Uale mi dulciſſime Cato Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Mediolano.viij.kal.Auguſtas.M.cccc.xlvij.

Franciſcus philelfus.ſalutem dicit plurimã Joanni ferufino Jureconſulto.

q Uod me dolore poene conficit.ac macerat.acerbiſſimum tibi he littere ⁊ luctuoſiſſimũ afferunt nunciũ. Proxima eñ nocte q̃ idib⁹ auguſtis ſucceſſit.hora ſecũda ſplẽdidiſſimũ illud principum decus atq3 lumen Philipp⁹ Maria anglus Mediolanenſiũ dux. cũ ventris pfluuio aliq̃t dies diſſolueret̃.nature deoq3 cõceſſit. Tota ciuitas eſt in fletib⁹.ſenioq3 conficit̃. Neq3 q̃d cõſilij capiat. ſatis nouit. Tumultuaria ſunt oĩa. Nã neq3 auditũ fuerat adhuc tantũ principẽ egrotatione detineri vlla.cũ repente clamor ſublat⁹ eſt eũ vita exceſſiſſe. Jn hac tñ rer oĩm pturbatiõe vident̃ oẽs publicã libertatẽ appetere. Quid ſecutur ſit.augurari neſcio. Uehemẽtiſſime mihi vident̃ pcelle tempeſtateſq3 impẽdere. pſertim q̃d hoſtes potẽtiſſimi ſint in ipſis fere portis.⁊ hic in tã repentino infortunio paratũ ſit nihil. Ni de⁹ ipſe puiderit.maxime fluct⁹ naufragiaq3 ſequent̃. Uale ex Mediolano.xviij.kal.Septẽbres.M.cccc.xlvij

Franciſc⁹ philelfus.ſalutem dicit plurimã Joanni Auriſpe.

n On iniuria mihi rebuſq3 meis metuis amiciſſime auriſpa. Nam hic omnia ſunt turbulẽta. Poſt obitũ illi⁹ nobiliſſimi principis Philippi Marie.qui vn⁹ iure meritoq3 potuit cũ omni hominũ memoria de gloria certare.mira hic facta eſt mutatio in animis hui⁹ populi. Preter paucos ex ordine nobiliũ.ita ſunt oẽs ad laxam quandã ⁊ diſſolutã libertatẽ incenſi atq3 inflãmati.vt nihil magis oderint.q̃3 vni⁹ Philippi illi⁹ nomen. Ego libentiſſime Romã concederem.ſi daret̃ abeundi facultas.. Uale ex Mediolano. kal.Septembrib⁹.M.cccc.xlvij.

Franciſc⁹ philelfus.Albertho zancario ſal.

b Reui ad te ibo Romã petitur⁹:niſi ab ijs fuero impedit⁹.q̃ nr̃e huic pſunt reipublice. Quas lrãs tuis alligatas accepis.cura q̃3 diligentiſſime redditũ iri. Nam id te facẽ mea plurimũ intereſt. Uale ex Mediolano.iij. Jd⁹ Septẽbres.M.cccc.xlvij

Franciſcus philelfus . Petro Thomaſio pho ac medico ſal.

q Uos duos hippocratis libros in latinum cõuerti eloquium alterũ de flatib⁹.alterũ de paſſionib⁹ corporis dedi ad te. vt p tuis lrĩs petieras. Hos cũ legeris pro tuo arbitratu.cura.vt ad me redeũt. Scio eñ non facies:vt mei quidã amici antehac apud vos

cõſuerunt:qui quos libros mutuo põtius:vt videtur:q̃ȝ commoda
to ⁊ ad cõſtitutum temp⁹ accepiſſent:ita verterũt in vſum ſuũ: vt
apud dominũ ius nullũ relictum videat̃ Sed hec tecum iocat⁹ ſim
Noui em̃ bonitatem ⁊ integritatem animi tui. Uale ex Mediola
no. Jdibus Octobrib⁹. M.cccc.xlvij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Joãni lamolę ſal.

r Ecte facis mi lamola:qd̕ nullũ tibi relinquis dubiũ. De mu
ſis quod queris:tibi paucis reſpondi:vtpote qui eſſem mĩme ocio-
ſus. Sunt: qui muſis denominatas putent perinde atqȝ ὁμοῦ
οὖσας homu vſas pſunt em̃ orationi. vna em̃ vtentes cõuenien-
tia quam ἁρμονίαν hermonian vocãt. ⁊ ſimul canunt . ⁊ ſimul
tripudijs exercent̃:nec vnq̃ȝ inuicem ſepant̃. Nã tametſi eaꝝ quę-
qȝ ſuã vim habet:vt alia in Aſtronomia:alia in geometria. ⁊ alia in
alijs diſciplinis:in vnaquęqȝ tamẽ earum muſas oĩs inuenias. Jn
Aſtronomia em̃ atqȝ geometria facile reperias ⁊ carminũ ⁊ hiſto-
rię pulchritudinẽ atqȝ dignitatẽ. Et eodem mõ ⁊ in ceteris artib⁹
et ſciẽtijs. At alij muſas nomẽ duxiſſe arbitrant̃ a μῶσαι quod
vt noſti querẽ ſignificat:querẽdo em̃ diſciplinas adipiſcimur. Ob
q̃ȝ ipſam rem eas priſci noĩm inuentores muſas appellauere :qd̕ ar
tis ſint doctrinęqȝ prębitrices. Qd̕ autem Joue illas dicãt memo
riaqȝ natas:nil dicit abſurde:cum oporteat viꝝ eruditũ ac doctum
intelligentia memoriaqȝ vigere. Sed vis ĩtellectiua a Joue eſt: vt
reminiſcendi a memoria. Uale ex Mediolano pridie Nonas No
uembres. M.cccc.xlvij.

¶ Franciſc⁹ philelfus: Matthiolo peruſino
philoſopho ac medico ſalutem

t Ul me negligentię videris accuſare:cum nulla vnq̃ȝ diligen-
tia vti conſueueris:niſi circa rem fortaſſe pecuniariam :cum aliquẽ
ęgrotum ſanandum acceperis:cui cũ promiſeris. receperis:ſpõpon
deriſqȝ futuꝝ:vt intra octiduũ omni aduerſa valitudine liberetur: ĩ
menſis traducis duos ⁊ amplius verbis hominem lactans :pecu-
nijſqȝ emulgens: Sed hęc tecum iocat⁹ ſim:cũ tuo ſerio facis om-
nia quę referant̃ ad quęſtum. Uerum hec medicis vobis legitima
ſunt:vt vel celeriter hoĩem perimatis:vel ęgrotatione diuturna cõ-
ficiatis. Ratio veſtra omnis refert̃ ad lucꝝ. Et accuſas me negligẽ
tię. qui vnus omniũ ſis negligentiſſim⁹. Uale ex Mediolano. xv.
kal̕. Januarias. M.cccc.xlvij

¶ Franciſc⁹ philelfus. Jacobino picheto ſal.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſ Um ego tua cauſa Lactantiū aliunde mutuatꝰ: quem intra
quindecim dies pmiſiſti reditur ad dominū. Tu eum codi-
cem penes te habes iam ppe annū. Faciſqȝ mihi nō mediocrem in-
iuriam: cum tua cauſa ludere videor vir optimum mihiqȝ amiciſſi
mū. Prudentiꝰ tibi cōſulueris: ſi Lactantiū dederis ad me q̄ primū
vt eum tandem remittam ad dn̄m. Uale Mediolani. Ex ędibus
noſtris. kal'. Januarijs. M.cccc.xlvij.

Franciſcus philelfus.. ſal. di. plu. Antonio
Petrucio equiti aurato.

q Uam nouiſſimis lrīs tuis mihi cōditionem pppoſuiſti: quo
redirem ad vos: ſi id mihi facere eſſet iam integr: eam libenter acci-
perem. Sed cū ob alias multas rōnes ea mihi vti nō licet: tum p̄ci
pue ob nouū huiꝰ reipublicę ſtatū: quo tpe nemo eſt ſui iuris. Bre
ui tn̄ futur puto: vt tibi ex mea ſentētia reſpondeā. Uale Ex Me-
diolano. p̄die Jdus Januarias. M.cccc.xlviij

Franciſcꝰ philelfus. Baleacio Cremēſi ſal.

a Liunde mi Baleaci tibi cōſule. Nam hoc tpe quid aliud ti-
bi cōſulam: nihil habeo. Uale Ex Mediolano. Jdibꝰ Januarijs.
M.cccc.xlviij.

Franciſcus philelfus. Catoni ſacco Jurecōſulto ſal.

n Eſcio ſane: q̄d tibi ſim reſponſurꝰ ad ea: quę multa ſcripſiſti
non amice minus: q̄z iucūdę et pro tua cōſuetudine. Sed vides in
quę tempora inciderimꝰ. Jtaqȝ ignoſce tum breuitati litterar tum
etiam q̄d non liceat apertiꝰ loqui. Sed mittā aliquem ex meis ad
te ex quo mentē omnem meā cognoſces. Uale ex Mediolano Jdi
bus Januarias. M.cccc.xlviij.

Franciſcꝰ philelfus. ſal. di. pl. Beſſarioni cardiali nicoeno

e Am Homeri Jliada: quam vir eruditiſſimus Theodorus
gazes exſcripſit mihi ⁊ eam quidem magna cum impenſa at
qȝ ſumptu: facio tanti: vt ne Croeſi quidem ingentibꝰ illis admira-
bilibuſqȝ theſauris cuiq̄ȝ ſim ceſſurus. Te autem pater reuerendiſſi
me maiorem in modū miror. qui me cū ab vſqȝ Cōſtantinopoli no
ris vel in publico diſcēdi ludo. vbi poſt obitum mei ſoceri Chryſolo
rę fuimꝰ apud Chryſococē cōdiſcipuli. mores arbitreris cum ętate
mutaſſe. Ut qui vnꝰ omniū liberaliſſimꝰ eſſe cenſear. benignitatē il
lā cum auaricia cōmutari. Donare didici ſępe pmulta. at vendē ni-
hil vnq̄ȝ. p̄ſertim libros. q̄bꝰ ſane p̄cioſiꝰ nihil duco. At hūc homeri
codicem tam char habeo tā iucundū. vt vix quicq̄ȝ in vita magis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Itaqꝫ ignoſce hac in re mihi. Siquid aliud tibi poſſim gratificari.
iuſſeris nihil fruſtra. Uale ex Mediolano. x. kalēdas Februarias.
M.cccc.xlviij

¶ Franciſcꝰ philelfus: Albertho zancario ſal.

q Ue hic gerantur. neqꝫ auſim. neqꝫ debeo ſcribere tibi. Scis
enim non decere incolam in aliena republica eſſe curioſum. Omnis
mea conſuetudo hoc tempore eſt cum libris. Itaqꝫ ſemotus a popu
laribus fluctibus. ne peream naufragio. inſtitui tamdiu ī huiuſmo
di portu me continere. donec alicunde ſecūdus aliquis ventus aſpi-
ret. Utinam mihi liceret ad vos ire. Quod quoniam facere prohi
beor modice feram neceſſitatem. Uale ex Mediolano. kal'. Febrũa
rijs. M.cccc.xlviij.

¶ Franciſcus philelfus. Petro perleoni ſal.

n Ugaris tu quidem. cū negligentiam mihi obijcis quaſi tibi
mores mei ſint incogniti. Nam quem viuū vidiſti vnquā qꝫ me di-
ligentiorem: At quid velis. ad te ſcribam in tanto rerū omniū tur
bine: Itaqꝫ ſine me tempoꝶ habere rationem. Tibiqꝫ perſuade tuā
rem oēm non ſecꝰ. atqꝫ ipſius meā mihi cordi eſſe Uale ex Medio
lano. viij. kal'. Martias. M.cccc.xlviij

¶ Franciſcꝰ philelfus ſalu. dicit plu. Frāciſco patricio.

q Ua ipſe in re tuo velim vti officio. Galeacꝰ Cremenſis iſte
qui meas tibi lrās reddidit: diligent' coram exponet Tuus āt mihi
animus exploratiſſimꝰ eſt. Amas em̄ obſeruaſqꝫ me egregie. Nec
potes oblitus eſſe. q̄ꝫ ego te ſemꝑ dilexerim. Nā tua tum doctrina:
tum dicēdi elegantia teſtimoniū facit. Qđ cū ita ſit. reliquū eſt. vt
re ipſa intelligam. q̄ꝫ etiā hoc tp̄e tibi ſum cordi. Uale ex Mediola
no ꝑdie kal'. Apriles.. M.cccc.xlviij

¶ Franciſcus philelfus.. Auguſtino daco ſal.

a Ccipies ex Galeacio iſto Cremenſi. qui meas ꝑtulit ad te lit
teras. quę velim abs te curatū iri. Non em̄ ignoras: quātum diſci
puli p̄ceptoribꝰ debent. quos nō ſecꝰ ac parentes colere venerariqꝫ
oporteat. Qđ quoniam minime ignoras. tecum longior eſſe nolui.
Uale Ex Mediolano. ꝑdie kal'. Apriles. M.cccc.xlviij

¶ Franciſcꝰ philelfus. ſalutem dicit plurima
Angelo actiolo equiti aurato.

q Uę petenti tibi Philippo Maria duce adhuc viuo: recepe
ram de Coſmo medice. ea ſeruaui omnia. Quę vero tu mihi
neqꝫ petenti. neqꝫ cogitanti es pollicitus. nuſquam apparent. At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nouit Coſmus ⁊ egregie quidem mecum actum eſſe nullo iure. Qđ ſi extrema affectus iniuria: omnia tibi condonaui: quid facturus ſit Coſmus: apud quem vnum tu poſſe videris omnia. Aut igitur ꝑ-miſſa perfice: aut tibi debeo nihil. Uale ex Mediolano kalē. Apri-libus. M.cccc.xlviij.

Franciſcus philelfus. Guarnerio Ueronen ſi ſalutem dicit plurimam.

ſ Trabonem geographum: quem ab me petis commodato: da rem ad te q̄pꝛimum: ſi penes me foret. Sed cum ab vſq; Conſtan tinopoli cum alijs meis permultis libꝛis miſi ad Leonardum Ju-ſtinianum virum clariſſimum ⁊ tibi ęque amiciſſimū: atq; ipſi mi-hi: ea ſcilicet lege: vt mihi: cum primum in Jtaliam reuertiſſem: bo na fide reſtitueret. Nunc illo vita functo: libꝛi omnes ſunt apud ei⁹ filium Bernardum: virum optimum patriq; ſimilimum. Tu rem tenes. Uale ex Mediola. iij. Nonas Auguſtas. M.cccc.xlviij.

Franciſc⁹ philelfus. Joanni Auriſpe ſal.

t E vno mi Auriſpa nemo eſt in accipiendo liberalioꝛ: in dā-do autem nemo rurſus auarioꝛ. Quare ne pꝛodigus iure poſſim a quoq; iudicari: quod a me petis ad te non ibit. Uale ex Mediola-no. x. kal'. Septēbꝛes. M.cccc.xlviij.

Franciſc⁹ philelfus. Beſſarioni Cardinali Nicoeno ſalutem dicit.

e Tſi mihi videbar ſatis ad ea tibi antea reſpondiſſe ad decimū kalēdas Febꝛuarias: quę de Homeri Jliade ad me ſcripſeras pater ampliſſime: tamen quia litteras meas foꝛſitan non accepiſti: repe-tam eadem paucis. Jtem mihi de libꝛis accidit: quod homini auaro de pecunijs ſolet. Js em̄ aut dat nunq̄: aut ibi dat: vnde plus acce-pturum ſe ſperat. Et nullo pꝛecio eiuſmodi codicem ſim daturus: q̄ ęque delectoꝛ atq; dilectiſſimis meis liberis. Commutatur⁹ autem quo pacto: cum nullum exiſtimem hodie in vlla diſciplina codicem reperiri: qui poſſit cum eo comparari. Jtaq; rogo te: atq; mirum in modum ⁊ oꝛo. et obſecro: ne me pꝛiues voluptate mea: quam tantā habeo in huiuſmodi Jliade conſtitutam: vt in ea mihi ſummum fe-re bonum collocarim. Jn ceteris autem rebus omnib⁹ me vtere pꝛo tuo arbitratu. Uale Ex Mediolano. Jdibus Octobꝛibus. M. cccc.xlviij.

Franciſcus philelfus. Angelo actiolo equi ti aurato ſalutem dicit plurimam

g Audeo equidem mirum in modū Petrum Medicem Coſ
mi filium ita meas partis amplecti tueriq̨: vt ſcribis. No
uit enī Petrus ab ſe vſq̨ adoleſcente ⁊ ingenium meum ⁊ mores: p̄
terea dilectionem erga ſe plane ſingularem. Quid igitur factur⁹ ſit
pater ſi diligentius conſiderare inſtituerit prudentiſſimum iudiciuꝫ
optimi filij? Qui perturbationes animi appellauere morbos: q̄ꝫ re/
ctiſſime eas nominauiſſe arbitror. Sunt enī profecto morbi: quib⁹
correpti qui fuerint: ſui iuris eſſe non poſſunt: preſertim ſi in eos in/
ciderint medicos: qui non curandi. ſed exaſperandi periciam didice/
re. Non te preterit Coſmum quibuſdam vti familiarib⁹: qui mihi
ſemper: cum Florentię agerem: fuerūt infeſti: idq̨ nulla mea culpa:
ſed ſua dūtaxat aduerſus me inuidentia. Quamdiu Coſmus iſtiuſ/
modi hominibus auris preſtiterit: recte de me iudicare nunq̄ꝫ pote
rit. Itaq̨ admonend⁹ mihi videtur ne cui credat magis: q̄ꝫ ſibi: hoc
eſt rationi ⁊ veritati. Id ſi fecerit: nullus perturbationi locus relin/
quetur. Reliqua tu pro tua ſingulari prudentia bonitateq̨ modera
bere. Vale ex Mediolano. iij. Nonas Nouembres. Anno a Na
tali chriſtiano. M.cccc.xlviij.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Medici
Coſmi filio ſalutem dicit.

a Ngelus actiolus: ornatiſſimus eques auratus: qui te vero
amat: fecit me ſuis litteris certiorem: id quod erat mihi clarius om
ni luce. te mei eſſe ſtudioſiſſimū: nihilq̨ vſquam pretermittere: qđ
vſui mihi atq̨ honori futurum putes. Quę quidem ipſe legens mi
rifice ſum lętatus: cum intelligerem te omnibus palam facere plus
reſidere in te officij: q̄ꝫ illorum inſimulationis: qui recte ſapere nun/
q̄ꝫ: neq̨ didicere: neq̨ voluere. Satis enī a tua vſq̨ adoleſcentia no
ſti me. Deus ijs malefaciat: quorum fraudibus atq̨ inſidijs factuꝫ
eſt: vt qui animo ſemper fuerimus coniūctiſſimi tanto locorum diſ
iungamur interuallo. Nam ego te mi Petre chariſſime eadem ſum
vſq̨ beniuolentia vel abſens proſecutus: qua cum iſtic eſſem: cōſue/
ui. Scis enim me non mentiri: cum me docentem adoleſcentulus
audires: quantum ipſe tibi ⁊ ſuadendo. ⁊ monendo. et docendo: ad/
hortando prodeſſe ſtuderem: nullumq̨ vnq̄ꝫ locum feciſſe reliquū:
vbi meum vllum deſiderare poſſes officiū. Equidem puto nihil ma/
gis obfuiſſe mihi: q̄ꝫ precipuū meum erga te ſtudium cum animad
uerterent perditiſſimi quidā homines fore aliquando: vt cū in adul
tiorem ętatem dignitatemq̨ euaſiſſes. ⁊ autoritate. ⁊ gratia valerē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

apud te omnium maxime. Quare rerum cauſa eas in me flammas
odij excitarunt: quas ni tua prudentia bonitateq; extinxeris: in dies
magis atq; magis exeſtuabunt. Cui tantę indignitati vt modera-
tor curatorq; occurras: te etiam atq; etiam rogo. Uale ex Medio
lano. tercio Nonas Nouembres. Anno a Natali Chriſtiano.
M.cccc.xlviij.

¶ Franciſcus philelfus. Antonio panhor
mitę ſalutem dicit.

c Um idoneus eſſet oblatus nūcius: cui tuto litteras ad te da
rem volui certior fieres de rebus meis: quas pro noſtra ſumma at-
q; mutua beniuolentia: ſcio non ſecus te ducere ac tuas Quanti me
faceret charumq; haberet diuinus ille dux Philippus Maria: no
ſti peregregie Quo extincto: quod ſine lachrymis memiſſe nequeo.
apud nos ciuis ſubito eſt exortū incredibile quoddam publicę liber
tatis ſtudium: cuius initia pulcherrima extiterunt. Nam quādiu
conſenſione ſunt vſi: res geſſerūt ⁊ pręclaras et maximas. Sed vbi
relicta ratione publicę vtilitatis et glorię ad ambitionem ⁊ auarici
am animum cōuerterunt permagnę ſunt inter eos diſcordię ſubſe-
cutę. Hinc enim gabellinę: illinc gelphę emerſerunt factiones: quę
inter ſeſe mutuis odijs eſtuantes: in ardentiſſimas flammas breui
exurgant: neceſſe eſt. Uidere videor horrenda propediem emanatu-
ra incendia: quę diuina atq; humana omnia concremabunt. Itaq;
vellem me hinc tempeſtiue ſurripere. At quo me recipiam: nōdum
ſatis intelligo. ita mihi videtur vniuerſa prope Italia eodem hoc ig
ni conflagrare. Quare te rogo: me adiuues conſilio tuo: quid mihi
faciundum magis conducat. Eſt enim mihi familia non parua: ea
q; delicata: quam hic relinquere nec poſſum: nec volo. Quo autem
honeſte ſim commodeq; acturus: non ſatis habeo exploratum. Ua
le ex Mediolano. Idibus Nouembribus. Anno Natali chriſtia
no. M.cccc.xlviij.

¶ Franciſcus philelfus. Gregorio arrigio
Jureconſulto ſalutem dicit plurimam.

n Ihil ad ea tibi poſſum: quę a me quęris: reſpondere. Pręte-
rea quid a me tibi quęrendum eſt? Num es oblitus: quod apud Ci
ceronem familiarem noſtrum perſepe in officijs lectitaſti: non lice-
re incolę in aliena republica eſſe curioſo? Nam quanq; ex peregrino
ita ciuitate a diuino illo duce Philippo Maria donatꝰ ſum: vt ad
omne ciuitatis et munus, ⁊ beneficium horum mihi nemo ſit pręs-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ferendus: quorum primi maiores illi Mediolanum condiderunt:
tamen mihi ratio eſt habenda: quod ciuis ſim nomine inquilinus ⁊
non hic ex maioribus meis natus. Inſuper ſatis debet apud te ⁊ ru-
moribus. ⁊ nuncijs increbreſcere: quomodo poſt proximam Cara-
uaginam victoriam hęc habeant negocia. Ego vbiqꝫ gentium mal
lem hoc tempore: q̄ꝫ hic eſſe: adeo futuras tēpeſtates ne dixerim nau
fragium: perhorreſco. Et hoc vnum attigiſſe me poenitet Sꝫ mor
tuo ſim locutꝰ. Uale ex Mediolano Idibus Nouembribus. M.
cccc. xlvi;.

¶ Franciſcus philelfus. ſalutem dicit plu
rimā. Georgio lampugnano Jurecōſulto.

n I te plurimum amem: cui norim iampridem me eſſe chariſ-
ſimum: et dicendus ſim: ⁊ habendus ingratus. Facit igitur pręci
puus meus erga te amor: vt quę mihi in mentem veniūt: non igno
res. Uideo te grauiſſimum ſubire diſcrimen: quod tāto ſubijciaris
reipublicę oneri. Nam tametſi patrię deeſſe non debes cum extre-
mo etiam vitę periculo: ampluſtre tamē moderate eſt gubernandū:
neqꝫ aduerſis ventoꝝ flatibus nitendum contra. Quod qui minꝰ
conſiderat vęhementioribꝰ ſurgentibus fluctibꝰ: ſeſe naufragio obij
cit. Utinam te nunq̄ꝫ negocijs hiſce publicis dedidiſſes: quę plena
ſunt procellarum. Sed quoniam non eſt eiuſdem tuto emergere:
qui ſe vltro fluctibus immerſerit: quod vnum facere tibi licet: mode
rare curſum nauigationis tuę: quo cēſearis ab omnibus portū mal
le: q̄ꝫ pelagus petere. Noli ſeditioſus vocari ciuis. Id tibi facile con
tinget: ſi nullam in partem iudicatus propenſior fueris. Stude cō
muni omnium paci. Diſcordias: quantum in te fuerit: prohibe. Fa
ctionum ſeditionumqꝫ principes ſuam ipſi peſtem ſibi atqꝫ perniciē
moliunt. Pone tibi ante oculos ſpurium melium. pone Saturni-
num. pone Gracchos. pone etiam ex gręcis tum Themiſtoclen et
Alcibiaden: tum alios permultos: qui dum ſupra ciuilem modera-
tionem appetiuiſſent: miſerabilem exitum habuerūt. Illud tibi ve-
lim grauiſſimum ſapientiſſimumqꝫ dictum mente animoqꝫ inhęre
at: nequid nimis. et item illud: tempꝰ cognoſce. Hęc ſi curaueris: er
rabis profecto nunq̄ꝫ. Tibiqꝫ ac tuis omnibus proderis plurimum
et priuatim: et publice. Hęc vt paucis te monerem: noſtra ſingula-
ris beniuolentia eſt me adhortata: quę vt tu in bonam partem acci-
pias. Rogo. Uale. Mediolani Ex ędibꝰ noſtris. Idibꝰ Nouem-
bribus.. M. cccc. xlviij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſc⁹ philelfus. Cyriaco Anconitano ſalute dicit plurimam

q Uod me donas ſepenumero perpulchris quibuſdã epigrã-
matis: habeo tibi grãs. Idqꝫ vt etiam q̃ſepe facias: rogo te. Quod
autem eulogium in Homeri ſepulchro inſculptũ ad me miſiſti: ſub
diſqꝫ id ſatis eſſe argumẽto Homerum nõ Smyrneum extitiſſe: ſꝫ
Chium: neqꝫ probo ſentẽtiam tuã: nec omnino reprobo. Preſertim
cum ⁊ Acuſilaus libro tercio ⁊ hellanic⁹ in aglantide homeridas: q̃
familia apud Chios erat illuſtris: ab Homero poeta nomẽ duxiſſe
tradiderint. Quoꝝ opinioni aduerſaꝛ libro ſecũdo Seleucus: inq̇-
ens errauiſſe Crateta: q̇ putarit homeridas homeri fuiſſe poſteros
Nam illos hoc nomẽ accepiſſe ab homeris: hoc eſt obſidib⁹: quoni
am chilię quondam mulieres cum deſipuiſſent ĩ bacchanalib⁹: ma-
nũ cũ viris cõſeruere. Cũqꝫ poſtea recõciliatis animis ομηροισ.
homerus: id eſt obſides inuicem ſponſos ſponſaſqꝫ dediſſent: q̇ ex ijs
poſteri nati ſunt: eos homericas vocauere. Qd̓ ſi ea legeris: q̃ tum
ab Herodoto a Plutarcho: tum ab alijs nõnullis de illi⁹ poetę prę
ſtãtiſſimi vita litteris ſunt mandata: neqꝫ de ei⁹ patria: nec item de
ętate: hoc eſt quo aut tempore nat⁹: aut mortuus: aut vbi ſepultus
fuerit: quicq̃ꝫ certi inuenies Tantũ autem fuit ⁊ tam illuſtre ac prę
clarum Homeri nomen: vt permultę etiam nobiliſſimęqꝫ vrbes eũ
ſuũ fuiſſe ciuem cõtenderint: ac ſepulchrum ei⁹ oſtendant Itaqꝫ nõ
abſurde id poſſit de illo dici: quod Socrates de ſe reſpondere ſit ſoli-
tus. Ut ſiquis quęrat: cuias Homer⁹ extitiſſet reſpondeaꝛ eum ex-
titiſſe mundanum: ſed diuinum poti⁹ virum: q̃ꝫ humanum. Uale
ex Mediolano. xi. kal'. Decẽbres. M. cccc. xlviij.

¶ Franciſcus philelfus. Aenico daualo equiti aurato ſalutem dicit

q Uo in ſtatu ſint res męę poſt obitum illi⁹ noſtri diuini pn-
cipis Philippi Marię: potes tu mi ęnice nõ cõiectura modo aĩad
uertere: ſed oculis poene ipſis coramqꝫ intueri. Non enim obſcuri
aut varij eſſe queant: qui ad vos quottidie. ⁊ rumores et nũcij hinc
proferũtur: adeo ſunt omnia tumultuaria atqꝫ turbulenta. Nec lõ
ge abeſſe poteſt: quãtum mihi augurari licet: quin hi ciues: vt mu-
tuis feruent: ęſtuantqꝫ odijs: inter ſeſe per omnem cruoris imma-
nitatem digladienꝛ: ni de⁹ ipſe auxilium tulerit. Sed contineo ipſe
me. Haud enim ſcio: q̃ꝫ hec recte commiſerim litteris. Adiuua me
prudentiſſimo tuo amiciſſimoqꝫ conſilio: ſiq̇d põtes. Uale ex Me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

diolano. decimaquinta kalendas Januarias. Milleſimo. quadrin gentesimo quadrageſimooctauo.

¶ Franciſcus philelfus Nicolao cebę. ſalutem dicit plurimam.

q Uanquanm reuertiſſes ne Genuam ignorabam: an adhuc te maſſilię contineres: nolui tamen qui pecunijs non ſim ſolitus: in dandis litteris exiſtimari parcior. Omnium primum intelligere ex te cupio. ꝛ quam belle vales. et quo in ſtatu ſint res tuę. Nam iamdiu nihil de te audiebatur. De meis autem rebꝰ quid ad te ſcribere audeam in his temporum procellis: cum tibi ſatis cognitum eſſe debeat: quę hic gerantur? Quare cętera relinquamꝰ gubernanda fortunę. cuius temeritatē qui ſequitur: fortunatiſſimi hac die cenſentur. Nos ad mercaturam litterariam reuertamur. Antonio Caſſarino viro ſiculo: qui proximis annis Genuę perijt: codex fuiſſe dicitur: qui omnes Platonis libros contineret. Hūc mihi comparari cupio. At argento/ dixeris: opus eſt. Sed nec eū mihi a te petebam dono datū iri. Nam tametſi pecunioſus neqʒ ſum neqʒ me futurum ſpero: habeo tamen amicos quoſdam: quos mihi opera mea tributarios reddidi. Horum mihi ęraria ſemper patent: etſi difficulter ijs vtor. At in iſtiuſmodi mihi comparando codice vti non verebor: illis etiam minime inuitis. Rem igitur mihi facias pergratam: ſi per te q̄ʒprimum didicero. ꝛ cuiuſmodi ſit codex iſte: et quod eius preciū: facito hac in re: ſi me amas: vt te ſtrenuum mercatorem extitiſſe iure poſſim affirmare. Uale Ex Mediolano. ſeptimo kalendas Januarias. Anna a Natali Chriſtiano. M. cccc. xlix.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Perleoni ſalutem dicit plurimam

c Odicem illum Antonij ſiculi illius Caſſarini: quo Platonis libros ꝛ ſcripta omnia contineri accepi. habere vehementer cupio. Qua quidem de re litteras etiam dedi ad Nicolaum Cebam virum ſane grauem ac mihi ab vſqʒ Conſtantinopoli perfamiliarem: quem puto mea cauſa curaturum omnia: modo in hanc diem iſtuc redierit. Cęterum velim ipſe quoqʒ curam omnem adhibeas atqʒ diligentiam: vt is codex iuſto precio noſter fiat. Fac igitur propediem ad me ſcribas indicem librorum omnium ac item precium: ꝛ q̄c quid ſcitu opus eſſe arbitrabere. Uale ex Mediolano kalendis Januarijs. M. cccc. xlix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Antonio Bernare
gio philoſopho ac medico ſalutem.

e Stu profecto mi Antoni cum in ceteris philoſophie par-
tibus: tum in mathematicis diſciplinis ⁊ eruditus et doctꝰ.
Quid igitur de ſolis magnitudine ſentias: audire ex te cupio. Ui-
deo enim non idem inter omnes conſtare: qui de eius magnitudine
ſunt locuti: cum alij minorem: alij multo maioreꝫ ſunt opinati. At
dixeris fortaſſe eos propterea non cõuenire īuicem: quoniam hi hu
milius: illi altius ſolem locauerunt. Quaſi eadem ratione altitudo
ſolis capiunda ſit: qua Thales Mileſius pyramidum altitudineꝫ
ex earum vmbra dimenſus dicitur. At hominum viſus non eandē
vim habet in omnibus cum alij eo vtuntur acriore: alij hebetiore.
Cum etiam ſunt: qui contendant ſolem et lunam non maioris eſſe
q̄ꝫ appareant. ⁊ alij quoqꝫ dicant ſolem quem ſuſpicimus non eſſe
ſolis ipſius corpus: ſed veluti ſimulacrum ſimulacri ſolaris. Prete
rea nec aut humilior aut ſublimior ſol appareat ex Atho Olympo
ue: quam ex infima valle aliqua. Inſuper cum tanta in ſuo curſo ce
leritate ſol vtitur. vt nullo conſiſtat loco. cuius viſus ſit tanta perni
citas. vt eum dimetiatur. Ut breuiter. quod volo. concludam. nul
lam mihi rationem afferunt Aſtrologi tui iſti: qua quieſcere poſſit
animus de ſolis reliquorumqꝫ aſtrorum magnitudine. Quare ſi-
quid habes tu certiꝰ fac vt ſciam. Uale Ex edibus nobis. Medio
lani. pridie kalendas Januarias. Anno a Natali Chriſtiano.
M.cccc.xlix.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Philippo Medio-
lanenſi philoſopho ac medico ſalutem

d Um Italia tota in armis eſt. q̄ꝫ prudentiſſime ac vero fami
liaris noſter Uirgilius cecinit. Grauidam. bellis armiſqꝫ
frementem. ipſi ad manſuetiora nos ſtudia referamus. Memini
cum nuper cum viuo diuino illo principe noſtro Philippo Ma-
ria. eſſes Mediolani. vidiſſe apud te vetuſtiſſimum quendam co-
dicem. qui medicorum plurium ſcripta complecteretur. Ut Cor-
nelij celſi. et Utriuſqꝫ Sorani. et Apuleij. et Democriti et qua-
rundam etiam mulierum. Rogo igitur te maiorem in modum.
vt aut illum codicem ad me mittas. tantiſper apud me futurum.
donec exſcribatur. quod factum iri curabo quamprimum aut iſtic
ipſe mihi cures exſcribendum. Nam quod mea cauſa impen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

deris.id omne pecuniarum breui ad te ibit Medicos vero iſtos le-
ctitare volo.non vt eorū mihi pręceptis vtendum cupiam q̇ ſum:
vt noſti.corpore bene compoſito.⁊ valitudine proſpera.ſed doctri-
nę dūtaxat gratia. Uale ex Mediolano.pridie Nonas Januari-
as:M.cccc.xlix.

¶ Franciſcus philelfus.Lapo piſano.Iu-
reconſulto ſalutem dicit

q Ui tibi reddidit meas litteras.eſt mihi iam multos annos
perfamiliaris .Cuius fide ac beniuolentia erga me habeo ex-
ploratius nihil.Itaq; non ſum veritus huic vni cōmittere ea om-
nia:quę abs te cuperem curatum iri .Quęcunq; igitur verbis me-
is tibi coram exponet ea.volo.non ſecus accipias:q̄ ſi ex ore pręſen
tis mei emiſſa audires. Nec enim puto alio te nūc eſſe animo.quā
tum eras.cum in arno de lunari meatu atq; natura tam facete com
mentabaris. Nam quanq̄ audio te ad rem nummariam factum
paulo auidiuſculum:quam ſoleres.etſi profuſus fuiſti nunq̄.tamē
quia operam a te exigo:non pecuniam.nihil eſt .quod dubitem de
tua benignitate.ni forſitan iuriſperitorum more.operam quoq; ve
nalem proponis. Efficer quod volo.ac Uale ex Mediolano Idi
bus Januarias.M.cccc.xlix.

¶ Franciſcus Philelfus.Salutem dicit
plurimam. Petro Thomaſio philoſopho
ac medico.

f Ranciſcus barbarus vir clariſſimus.et vt ſcis.latine atq;
gręce eruditiſſimus habet meos nonnullos gręcos codices.quibus
non poetę ſolum et oratores hiſtoriciq;.ſed philoſophi quoq; at-
q; theologi continentur. Et habet eos quidem ab illo vſq; tempo-
re.quo ipſe agebam Conſtantinopoli. Nam cum inſtituiſſem bre-
ui repetere Italiam .libros illos ea ratione miſi ad virum amiciſſi-
mum atq; Optimum.quo mihi ad reditum ſalui forent.Quid ſit
in cauſa.non intelligo. Non modo repetenti mihi libros non reſti-
tuit.ſed ne reſpondet quidem Uereor.ne litteris ad ſe meis forſitan
ob temporum malignitatem intercoeptis.reſpondendi facultas ſub
lata fuerit.Te igitur rogo.atq; obteſtor. vt barbarum meum virū
humaniſſimum adeas meo nomine eumq; horteris. meos omnis
codicis ire ad me curet.vel ea ratione.vt ſibi liceat.quem maluerit
ex iis codicibus.accipere dono.id me non modo non ferente graui-

ter.ſed loco etiam ſingularis beneficij ducente. Et vt hanc rem di-
lucidiorem teneas.habes iſtic Phoebum capellam iuuenem certe
modeſtum ac bonum. Js viuo adhuc Philippo Maria duce.ſcri-
ba ſenatus veſtri cum barbarum ad eum principem oratorem pro
more patrio ſecutus eſſet.pręſens coramqꝫ audiuit ⁊ me libros me
os illos repetentem.⁊ reſpondentem barbarum. cum primum Ve
netias reuertiſſet.ſe mihi ſatiſfacturum. Jtaqꝫ minimo ſane cum la
bore cum mihi morem geſſeris homini tui ſtudioſiſſimo tum iuſti-
cię fungeris officio. Vale ex Mediolano.tercio Nonas Apriles
M.cccc.xlix.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Phoebo capellę
ſalutem dicit plurimam

PEtrus Thomaſius vir ſcientia virtuteqꝫ ſingularis quid-
dam eſt quęſiturus ex te Sine vllis etiam adhortationibus meis.
quę vera ſunt.minime reticeſceres. Verum etiam mea cauſa vt ea.
quę perſpicue noſti.referas.te plurimum rogo. Nihil abs te peto.
quod alienum ab officio cenſeas Quid autem magis officioſum.q̄ꝫ
quod verum eſt.loqui. Vale ex Mediolano.iij. Nonas Apriles.
M.cccc.xlix.

¶ Franciſcus philelfus. Salutem dicit plu
rimam. Nicolao fregoſo.

NJ mihi bonitas humaniſſimi tui ingenij modeſtiſſimiqꝫ mo
res ab ineunte prope adoleſcentia cum me pręceptore florē
tię vtereris.cogniti admodum forent.non auderem fortaſſe tanta
cum fiducia id a te poſtulare quod mihi gratiſſimum ſis factur⁹ ti-
biqꝫ honorificum. Solent enim nonnulli:qui ſe lętiori in fortuna
vident conſtitutos:reddi inſolētiores. At non debeo eſſe neſcius ni-
hil tibi poſſe accidere huiuſmodi:qui nulla fortunę traharis temeri
tate:ſed ratione ſemper ⁊ cōſilio ducaris:nō tu ſane ignarus virtuti
debere omnia:quę ſi vera fuerit:non fucata:fortuna omni pro famu
la vtitur. Sed ne videar difficilius quicq̄ꝫ abs te petiturus:rem ac
cipe breuiter. Petrus perleo ariminenſis fuit ipſe quoqꝫ nōnullos
annos Florentię primo dein etiam Senę auditor meus Vir bon⁹
eſt:idemqꝫ perdoctus ac facūdus: mihiqꝫ chariſſimus:qui Senę
oratoriam docet:vt ſcis Jſtic quod publicum eſt pręmium conſti-
tutum:perq̄ꝫ difficilime diſſoluitur. Abſurdum eſt profecto quen-
q̄ꝫ poſſe bene docere ⁊ ſimul pugnare cum egeſtate. Oportet enim

ſingenium hominis eruditi: ſi velit ſuo fungi officio: vacuū eſſe mer-
cenaria omni cura. Tuę igitur vel prudentię fuerit: qui litteratiſſi-
mus et habearis. et ſcis: vel beniuolentię erga me: quem noſti ⁊ tui.
et Fręgoſorum omnium laudis ſtudioſiſſimum eſſe: operam dare:
ne cogatur Petrus perleo noſter ob inobſeruatam publicam fidem
iſtinc diſcedere: ac proficiſci Venetias: quo eum noui frequenter ac
cerſi honeſtiſſima conditione. Tu rem tenes. Dabis operam: ſi me
amabis: ne fruſtra videar ad te ſcripſiſſe. Clariſſimum ducem Janū
cum vniuerſis Fręgoſis ⁊ ſaluere. ⁊ magnos eſſe in dieſqꝫ magis fo-
re vęhementer opto. Vale Ex Mediolano. xv. kalendas Julias
M. cccc. xlix.

Franciſcus Philelfus. ſalutem dicit plu
rimam. Bornio ſalę Jureconſulto

e Rat Natalis meus cum hec ſcriberem tibi ad Octauū ka-
lendas Auguſtas. Agebamqꝫ ętatis annum vnum ⁊ quinquage-
ſimum: qui natus eſſem Anno a Natali Chriſtiano Milleſimo.
trecenteſimo nonageſimo octauo. Quod idcirco volui ne te lateret
quo ad omnia quę ſcripſeras: reſponderem. Habes ętatem meam:
quam ſi noſſe voluiſti: vt mihi vxorem aliquam forſitan dares: ni-
hil eſt: quod labores. Non enim hęc ſunt tempora: quibꝰ de re vxo-
ria vlla ineunda ſit ratio: cum nec mihi ſit integrum hinc decedere. ⁊
hic non ego ſolum: ſed vniuerſa ciuitas in extrema rerum omnium
difficultate ſit poſita: in primiſqꝫ rei frumentarię: cuius indigentia
tanta eſt. vt permulti inedia iam perierint: pereantqꝫ quottidie Et
feles ⁊ canes et immunda omnia eſu conſumpta ſunt. Atqꝫ mirabi
lis tamen eſt ciuitatis huius conſtantia: vt emori omnes malint:
quam dominum quenquā admittere. Quid ergo facturi ſint Me
diolanenſes? Nil habeo: quod tibi reſpondeam aliud: qꝫ quid nō fa
cturi. Ni deus ipſe prouiderit: videre videor breui fore: vt prodigio-
ſa audias permulta. Ego de me quid acturꝰ ſim: neſcio. Neceſſe fue
rit. vt ex tempore alia atqꝫ alia conſilia capiam. quę cuiuſmodi ſint
futura. augurari nequeo. Vale ex Mediolano. viij. kalen. Augu-
ſtas. M. cccc. xlix.

Franciſcus philelfus. Joanni Auriſpę
ſalutem dicit plurimam

e Go mi Auriſpa in ſyrtibus nauigo. vnde ſine maximo peri-
culo erumpere non licet. ⁊ inter nauigandum ne fluctibus obruar.

ac peream naufragio. plurimum eſt metuendum. Siquid habes: adiuua me cōſilio tuo. Nam quid agam. incertus ſum. Ubiqz gentium hoc tempore q̃z Mediolani eſſe mallem. Ubi neqz ſine maximo periculo eſſe poſſum propter ciuilis ſeditiones. nec etiam hinc abire ab his permittitur. in quorum poteſtate ſunt omnia. Adde difficultates rei mee familiaris. Quare mihi omnia ſunt aduerſa: Nihil omnino conſilij mihi relictum eſt. Tu qui nauigas in portu. ſi quod mihi adiumentum afferre potes. ne differ. Uale ex Mediolano. ſexto kalendas Auguſtas. Anno a Natali Chriſtiano. M. cccc. xlix.

Franciſcus philelfus. ſalutem dicit plurimam. Blondo Flauio

q Ue a me ſcire vis de illo diuino principe Philippo Maria non eſt narrandi locus. Sed vnum. velim. tibi certo perſuadeas neqz eſſe neqz fuiſſe vnquam virum alterum. vno. G. Julio excepto. quo nihil hominum natura produxit perfectius. qui vlla virtutis laude cum Philippo Maria illo conferri poſſet. Uellem. mihi liceret omnis illius laudes ſingillatim in medium referre. Sed quoniam hec ſunt tempora mihi tacendum exiſtimaui. Quam cuperem. vna eſſe poſſemus.. Uale Ex Mediolano. ſexto kalendas Auguſtas. Anno a Natali Chriſtiano; Milleſimo. cccc. xlix.

Franciſcus philelfus. ſalutem dicit plurimam Georgio Plato Jureconſulto

a Dmonitionem tuam et probo. ⁊ plurimi facio. vtpote quam norim manare a beniuolentiſſimo in me animo. Ceterum velim illud tibi eſſe exploratiſſimū: ita me mihi vitam inſtituiſſe: cum antea ſemper: tum precipue hac die: vt nihil obijci queat meis moribꝰ: cuius redditurꝰ non ſim quam rectiſſimam rationez. Nec ſum ita curioſus in veſtra republica: vt a quoquam poſſim iure accuſari. Ego totus verſor cū libris. Meqz domi contineo: non modo: ne loquar quicquam quod mihi ſit incommodum allaturum: ſed ne audiam quidem. Itaqz admonendus non eſt: qui et ſecum habitat; nec aliunde pendet: q̃z ex ſeſe: ni fortaſſis mihi metuis a candido decembre: homine natura maledico ⁊ inimiciſſimo bonis viris et eruditis omnibus. Is ſi quid inſidiarum tetenderit: da operam: vt coram accerſar. Id ſi feceris: facile omnes diluciderqz intelligent nefarios do-

los ac fraudes teterrimi nebulonis. Tibi autem gratias habeo im-
mortalis: quod nihil pretermittas: quod mea intereſſe arbitreris.
Uale ex edibus noſtris Mediolani. ſexto kalendas Auguſtas.
M.cccc.xlix.

Franciſc⁹ philelfus. Nicolao Uaroni.
philoſopho ac medico ſalutem dicit.

d Electatum eſſe te duobus iis libris Hippocratis: altero de flatibus altero de moribus. ſiue id malis. de paſſionibus corporis. hoc eſt περι παθῶν. peri pathon. quos ex greco in latinum cōuertimus. plurimum letor. Nam laudari abs te doctiſſimo philoſopho ac medico prudentiſſimo lucubrationes meas non mediocri mihi aſcribo laudi. Quod autem me hortaris ad ceteros Hippocratis libros interpretandos. obſequerer tibi profecto perlibenter. ſi id mihi facere liceret. Sed vſqz adeo ſum animo occupato. ne perturbato dixerim in hac temporū procella. vt vix ſim apud me. Quod ſi deus quiſpiam ſecundius flauerit. nullo erit ad eam rē opus adhortatore. Ultro enim accingar. quo noſtris hominibus proſim. Interea temporis ſine me habere eorum rationem. quibus propius vrgeo. Uale ex Mediolano. quinto kalendas Auguſtas Anno a Natali chriſtiano.. M.cccc.xlix.

Franciſcus philelfus. ſalutem dicit pluri
mam. Leonello eſtenſi Marchioni.

ſ I tibi coram narrare poſſem preſtantiſſime princeps Leonelle: quantum me tibi debere putem: quod nullis meritis de te meis vltro me inuitaris ad tue celſitudinis hoſpicium atqz familiaritatem: intelllgeres profecto: q̄z ſit apud me egregia virtus tua: quanqz admirabilis poeneqz diuina. Non enim expectaſti: vt te litteris auteuerterem: ac rogarem: vt me intra regalis tuos parietes exciperes: dignumqz redderes beniuolentia tua. Sed id diu mihi atqz multum aggredi cogitanti ſponte occurriſti. teqz ipſum liberaliter perbenigneqz obtuliſti. ac nullum pretermiſiſti officium humaniſſimi ſapientiſſimiqz principis. Et quod a Platone ſcriptum legimus: non obſcure confirmaſti: beatas illas fore reſpublicas: que aut a ſapientibus: aut a ſapientie ſtudioſis adminiſtrarentur. Nec enim ignoramus inter regem et tyrannum illud intereſſe: quod hic omnia refert ad vtilitatem ſuam contempto diuino omni atqz humano iure. At rex ſeu princeps bonus ſecus omnia:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

qui iuſticiam atq; pietatem ante oculos ſemper ferens: ſibi oīa vult cum ciuitate eſſe communia: ſuum atq; proprium nihil ducens: qđ a publica vtilitate dignitateq; ſeparet. Dignus es tu profecto: qui q̄diutiſſime ſis in vita. ⁊ nō minus vniuerſę Italię: q̄ tuo iſti pacatiſſimo atq; foelicíſſimo potentatui domineris. Totus es ad laudē et gloriam nat⁹: cuius vniuerſa vita plena eſt honeſtatis: plena ſapientię. Faciat de⁹ omnipotens: vt mihi aliquando liceat vti atq; frui quod mihi beneficium q̄ beneficentiſſime alacerrimeq; proponis. Nūc em̄ ea ſunt tempora: vt aliud nihil queam non modo deliberare: ſed ne reſpondere quidē. Uale ex Mediolano. v. kal'. Auguſtas M. cccc. xlix.

Franciſc⁹ philelfus. Nicolao Uaroni philoſopho ac medico ſalutem

q Uę mihi ſcripſerit nobiliſſim⁹ princeps tuus: imo noſter: quidq; ipſe ꝓ tempore reſponderim tecum ipſe conſiderabis. Nam ego in p̄ntia mei iuris non ſum. Itaq; omnia ſunt accommodanda tempori. Tu: velim: interea modereris ⁊ componas omnia pro ſingulari tua prudentia. Meum animum habes in manu Nec loqui apertius quicq̄ licet. Cum licuerit: id quod non longe abeſſe potuerit. aperiam tibi mentem meam. Es em̄ vnus: cui creditur⁹ ſim omnia. Uale Ex Mediolano. v. kal'. Auguſtas. M. cccc. xlix.

Franciſcus philelfus. Albertho Zancario ſalutem dicit plurimam.

q Uid tibi reſpondeā: haud ſcio. Nec auſim efferre: ſiquid etiam ſciam. In ſcylleo eſtu nauigam⁹ Niſi de⁹ aliquis opportune reflauerit: vltimum naufragium patiemur Uale ex Mediolano. v. kal'. Auguſtas. M. cccc. xlix

Fanciſcus philelfus. Bornio ſalę Jure conſulto ſalutem dicit

f Uiſti tu in me ſemper ⁊ liberalis ⁊ comis. nullumq; vnq̄ liberalitatis officiū ⁊ comitatis prętermiſiſti. Eundem quoq; in hūc iſtum te fore exiſtimo. cui meas ad te litteras dedi. Eſt em̄ ⁊ homo perpulchre doctus ac diſertus. ⁊ vir prędit⁹ elegantiſſimis morib⁹ Quapropter officiū tui fuerit id preſtare: ne quam ſpem ab me habet de te receptam: eam non falſam extitiſſe intelligat. Uale ex Mediolano. v. kal'. Auguſtas. M. cccc. xlix.

Frāciſc⁹ ph'. Joāni Auriſpę ſal.

q Uid ſuperbię me accuſas: quod tibi reſpondeam nihil: qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ea sunt tpa: vt cuiq3 liceat loqui: qd sentit: Itaq3 malo abs te sup‑
bie accusari: q3 stulticie. Nō sum em̄ vsq3 adeo obtusiorib⁹ sensibus
vt quid me aut deceat aut dedeceat: nō intelligā. Te igit̄ rogo: equo
aīo feras silentiū meū Nam cū licuerit: te obtūdam ꝓlixitate orōis
Uale ex Mediolano. ꝑdie kal'. Augustas. M. cccc. xlix.

Franciscus philelfus. Angelo actiolo equiti aurato salutem dicit.

n Ihil coꝝ in hanc diē video abs te confectū: que mihi tum co
rā antea. tum postea ꝑ lrās tam liberalit̄ recepisti. Ac nō possum sa
ne nō admodū mirari: qd ne respondes tu quidem: ni fortasse velis
me tuū interptari silentiū: qd nihil mihi recepis: neq3 hic pn̄s: nec
postea scribens: sed qd verba nō tam feceris: q3 dederis. Id si ita est:
vtar illo Therētiano: par pari referto. Uale ex Mediola. iij. No‑
nas Augustas. M. cccc. xlix.

Francisc⁹ philelfus. sal. di. pl. Petro Medici Cosmi filio

p Recipuū tuū in me amorē ⁊ expert⁹ sepe sum pn̄s ⁊ audiui
absēns. Facisq3: ac fecisti semp pro officio gratissimi discipu
li ⁊ viri optimi. Nā de tua erga me volūtate cū ab alijs ꝑmultis: tū
ex angelo actiolo: splēdidissimo equite aurato ⁊ vestre familie studi
osissimo egregie accepi. Reliquū est: vt Achillis: qd fabulant̄: iacu
lo vtamini in secūdo ictu Qd si factū cognoro: haud patiar vlla me
beneficij iurisq3 magnitudie superatū iri. Uale ex Mediolano. iij.
Nonas Augustas.. M. cccc. xlix

Francisc⁹ philelfus. Lampugnino birago sal.

l Audo bonitatem ingenij tui: qui etate iamdudum in gra‑
uescens: des operam grece litterature istis dissimilimus
qui litteratissimi haberi volūt: grecis lrīs ignoratis oino. At sua se
plurimū opinione fallūt. Nemo em̄ mea snīa latin⁹ sit optim⁹: vbi
greca prorsus eruditiōe careat. Prudent̄ igit̄ tibi cōsuluisti. Qua‑
re quicqd a me postulas. id totū in tua esse ptāte positū existimato.
Nā ⁊ libris tibi ⁊ doctrina nunq3 sum defutur⁹. Uale Ex edib⁹ no
stris Mediolani Nonis Augustis: M. cccc. xlix.

Fancisc⁹ philelfus. sal. di. pl. Aloysio Crotto.

h Ieronymi quas petieras Augustiniq3: eplās ad te dedi com
modato. Quare vbi eas ꝑ tua volūtate lectitaueris: cura: ad me re‑
deāt. Qd autem q̄ris. quid de vtroq3 sentiā. ⁊ quo ad doctrinā. ⁊ q̄
ad eloquentiam. breuiter accipe. Omnium primum de rebus diui‑
nis non est meum iudicare. sed ecclesiastice dignitatis autoritatisq3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Cęterum puto vtrūqꝫ vero pulcherrimeqꝫ diuinarum rerum omnium ſcientiam tenuiſſe. Sed quo ad reliquas omnis partes philoſophię Auguſtinus viſus eſt longe tum acutior et peritior: tum etiam ſubtilior. Dialecticus Auguſtinus fuit egregius ⁊ idem phyſicus atqꝫ mathematicus. Huic Hieronymus plurimum pręſtitit dicendi elegantia potius qꝫ doctrina id quod ex vtriuſqꝫ oratione licet intueri. Gręcam litteraturam Hieronymus perpulchre calluit Auguſtinus minus perfecte. Ille hebraice quoqꝫ habetur eruditus. et Auguſtinus illius linguę ignarus omnino. Uita horridus Hieronymus. Auguſtinus autē mitis quod ſi ex iis duobus vnꝰ effici potuiſſet. nihil natura abſolutius ędidiſſet. Uale Ex ędibus noſtris Mediolani. M.cccc.xlix.

¶ Franciſci philelfi. Epiſtolarum Liber Septimus.

¶ Franciſcus philelfus. Senatui et populo Florentino ſalutem plurimam dicit.

Um inclitę veſtrę ⁊ excellentiſſimę reipublicę principes Florentini egregiam illam ac ſingularem beneficentiam: qua cum iſtic aderam: a vobis pulcherrime ſum ornatus non minus ſuaui qꝫ aſſidua recordatione mecum repeto: nihil eſt quod malle me debere intelligam: qꝫ et omnibus in rebus ⁊ apud omnes mortales id pro virili parte pręſtare: vt gratitudinē animi mei certo aliquo argumēto recognoſcatis. Quare cum alias ſemper tum maxime hoc tempore quid pro veſtri nominis amplitudine ſummoqꝫ ſplendore mihi ſtudendum cenſerim: vbi breui oratione oſtendero: facile iudicabitis beneficiorum in me veſtrorum memoriam nulla neqꝫ tēporum longitudine nec fortunę varietate apud animū meum interiiſſe. Quibꝰ enim in rebꝰ cumulatiores ſim vobis gratias relaturus: qꝫ ſi ad ſplendidiſſimū laudis munus dum vos ad decus ⁊ gloriam natos cohortari perrexero: pręcipuam in me quandam ſi non prudentiam: fidem tamen ⁊ pietatem intueamini. Memini quibꝰ ſex annis pulcherrime apud vos agerem: nullius rei magis populum Florentinum: qꝫ dignitatis rationem habere ſolitum. Quare cum vel de pace: vel de bello ageretur: tum conſilia omnia: tum decreta ad dignitatē ſemper referebant. Qui ꝑfecto bene moratę reipu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

blicę mos iure mihi laudandus videri debet. Nihil em̄ nec vtile in
vita: nec iucūdum cenſendū eſt: quod honeſtate vacet. Omnia quę
aut corporis: aut fortunę ducūtur commoda. ⁊ fragilia ſunt plane-
q̄ʒ inania. vbi minus ad decus relata fuerint. Itaqʒ vt omnis virtꝰ
fructifera eſt ⁊ voluptatis plena . ita nihil in bonis expetendis po-
nendum eſt: quod a vera laude decedat Quo fit: vt ſi vos laudis q̄d
eximie ꝟtuti debet. ſtudioſi in primis vniuerſę Italię paci trāquilli
tatiqʒ cōſuletis. ⁊ ꝓ cōſuetudine veſtra facturi ſitis ⁊ ornatiſſimum
immortalitatis nomē aſſecuturi. ¶ Quo tempore vobis eſt renun
ciatum de obitu Philippi Marię angli qui fuit vnꝰ omnium pro-
fecto q̄ʒdiu vixit: noſtrę ętatis principum atqʒ regum fortiſſimꝰ at
q̄ʒ ſapientiſſimꝰ quidam vir. Haud dubito: quin animum omniuʒ
a rerum bellicarꝫ ſtudijs ad pacis ocium cōuerteritis. Nā ⁊ veſtro
ingenio mites eſtis atqʒ perhumani. ⁊ veſtrę Florētiſſimę reipubli-
cę nō belli: ſed pacis artes cōducere cōſuerūt. Nec em̄ vnq̄ʒ bella ſu
ſcipitis bellādi cupiditate: ſed vt pacate poſſitis cum dignitate viue
re: nec etiam cum primū illi optimo principi bellum intuliſtis: alia
vos ratio vlla mouit q̄ʒ huiōi honeſtę pacis cōſilium. Cum em̄ quo
illiꝰ conatus tenderēt neſciretis. et Immola atqʒ Florumliuium et
flaminijs captę vrbes haud iniuria vobis ſuſpicionem eius animi
nō mediocrem afferrēt: quādo ille tamē nihil alienū appetēt: ſed ꝑ-
tim eccleſię romanę quam Bracius ingēti animo vir munitiſſimo
firmiſſimoqʒ exercitu nitebat̄ opprimere: parti rebꝰ ſuis cōſulere cu
piēs: quippe q̄ verētur homo prudentiſſimꝰ bracij incremēta in ꝑ-
niciem ſuam ⁊ exitium emanatura: quam ipſam ſuſpicionem prin:
ceps callidiſſimꝰ Nicolaus ęſtenſis admodum cōfirmarat. his ra-
tionibꝰ motus Philippꝰ in Flaminiam miſerat vires ſuas: tum vl
tro vos: vt eſtis vni omnium cautiſſimi nulla ne mīma quidem iīu
ria laceſſiti: armis obuiam ire aggreſſi eiꝰ conſilijs: q̄ rebꝰ veſtris de
trimētoſa fore exiſtimabatis: diuturni. maximi. calamitoſiſſimi bel
li fuiſtis autores Qua quidem in re nō modo accuſandi nō eſtis. ſed
tolerandi potiꝰ. Nam cum q̄d ille aīo ꝟſaret: vos latēt: videretiſqʒ
vrbes finitimas in illiꝰ ptātem actas: nec eſſetis obliti: q̄ʒ ancipiti ⁊
periculoſiſſimo bello cum eiꝰ patre Joāne Balcacio clariſſimo ⁊ po
tētiſſimo ꝓncipe dimicauiſſetis: prudentię vrę munus eſſe duxiſtis
prius occurrē eiuſmodi conatibꝰ q̄ʒ pati: vt magis indies magiſqʒ
inualeſcerēt. Quāto aūt in diſcrimine vtriqʒ verſata deinde res fue
rit: vniuerſa nō modo nouit. ſʒ etiam ſenſit Italia. At vbi maximꝰ

et optimus ille dux naturę vel intempeſtiue cōceſſit:ac viri Medi-
olanenſes vt ſunt excelſo atqꝫ inuicto animo: in libertatem ſe vindi
carūt:cōtinuo declaraſtis ⁊ id quidem certiſſimis argumentis nihil
eſſe vobis ⁊ veſtra et Italię pace neqꝫ optatiꝰ nec iucūdius. Nullo
eñ pacto fieri poteſt vt ſiquam ꝑpotētem Italię aut vrbem.aut re
gionem belli fulmen inuaſerit:quieto ipſi animo eſſe poſſitis. Itaqꝫ
pacis et trāquillitatis bono.quod ſplēdidiſſima hęc potētiſſimaqꝫ
reſpublica maxime omnium affectabat:omni opera ⁊ induſtria ſtu
duiſtis.⁊ ita ſtuduiſtis:vt quātum in vobis fuit:nullę diuturni ar
dentiſſimiqꝫ belli ſcintillę relinquerētur. Cūqꝫ diuino etiam cōſilio
quodam fieri videret̄:vt qui honeſtam pacem minꝰ admitterēt:du
riſſimis euentis pugnę perſępe affligerent̄: iam eo loci deducta res
erat:vt nō minus q̄ꝫ Mediolanēſes cęteri quoqꝫ pacem expeterēt.
Quod cum ſedulo fieret:ac iam ꝓpediem tempeſtas omnis ꝓcella
qꝫ belloꝝ turbinem omnem amiſſura viuqꝫ pateret̄:ecce repente ī-
fœlici neſcio quo ſydere inopinati quidam turbulētiſſimiqꝫ fluctus
inſurrexere. Franciſcus eñ Sphortia magno ⁊ elato animo vir at
qꝫ rerum bellicarum gloria cūctis nrę tempeſtatis ducibꝰ longiſſi-
me antecellēs a Mediolanenſibꝰ quoꝝ copijs exercitibuſqꝫ ꝑerat:
ſeſe abduxit:et ita fato neſcio quo abalienauit animū:vt q̄ in hoſtes
cōſueuerat:in homīes amiciſſimos ⁊ optime de ſe meritos īfeſta ar-
ma cōuerterit. Nec me ſane dubitatio vlla tenet tātum illum.⁊ tā
ta laude virum nō tam libidine dominādi(quę nōnullos ſępe tranſ
uerſos agit)q̄ꝫ hominum quorundam mīme ſibi amicoꝝ inductu a
priſtino inſtituto ī huiōi ſuſpicionem incidiſſe. Putat eñ Medio
lanēſes cum Venetis aduerſus ſe machinatos inſidias. Sic igitur
ſuauiſſimū Italicę pacis ocium tamdiu multumqꝫ deſideratū.quo
tempore poſtliminiū feciſſe credebat̄:deteriore cōditione tanq̄ꝫ ſedi-
bus ſuis extruſum duriſſimis belloꝝ cathenis ꝑmit̄. Huic autez
tantę ⁊ tam acerbę rerum difficultati quibꝰ mihi remedijs occurri
poſſe videat̄ paucis dicam. Qui Frāciſcꝰ Sphortia aduerſus hāc
prępualidam ampliſſimamqꝫ rempublicam aut ſperare poſſit.aut de
ſperare:nemo eo meliꝰ nouit. Quid rurſus Mediolanēſes de illius
conatibꝰ aut metuēdum ſit.aut audendum:neſcij certe nō ſunt Ad
hęc ea vtroſqꝫ prudentia eſſe puto:vt neqꝫ velint:qđ nequeāt conſe
qui:nec qđ queant:nolint. Sꝫ animis ꝑturbatis recte iudicare nū
q̄ꝫ licet. Nam vel cupiditate.vel ęgritudine ita diſtrahūtur inter-
dum: vt ſui compotes eſſe nō poſſint. Quinetiam tantę quandoqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

peruicacię ſeſe mortales obnoxios faciūt: vt ſciētes videnteſqꝫ p̄cipi
tes ruere: quam ad ſanitatem redire malint. Pluſqꝫ ualet quādoqꝫ
amicoꝝ apta ⁊ ipſi permonitioni accōmodata prudēſqꝫ ſuaſio. quā
fortiores vllę firmioreſqꝫ rōes: q̄ ſe intēpeſtiuas obtulerit. Itaqꝫ
vnos oīm vos aptiſſimos iudicaui principes Florētini: q̄ tantam
hanc: ⁊ tam illuſtrem: pręclaramqꝫ ꝓuinciam ꝓ veſtra in vtrūqꝫ ⁊
Mediolanēſem pplm̄ et Frāciſcum Sphortiam ſingulari beniuo
lētia ſuſciperetis. Ea em̄ eſt ſapiētia: eo rerum humanaꝝ vſu: ea pe-
ritia: vt nihil omnino nō modo ad ſuadendū: ſed ne ad ꝑſuadendum
quidem vos queat p̄terire: qđ mortales reliqui omnes norint Qua
re et hortādo. ⁊ monendo: ac etiam ſi vſui fuerit: accuſando: orādo ne
facile apud hoīes amiciſſimos: omnia q̄ voletis: cōſequemini. Nā
cum vtriqꝫ ſint exiſtimaturi vos vt amice ⁊ prudenter: ita etiam fi-
deliter atqꝫ ꝓ officio rebꝰ ſuis conſulere: facile ſint in veſtram ſentē-
tiam ituri. Quod etſi vobis facilimum factu futurum eſt: tamen ſi
difficilimum quoqꝫ laborioſiſſimumqꝫ foret: veſtri muneris ac lau
dis ducere debetis: quicquid honeſtum ſit: ita vobis curari oportere.
Nam cum ad v̄tutem nati omnes ſimus: nihil poſſumꝰ ſine repre-
henſione omittere: quod decꝰ aliquod pre ſe ferat. Quid autem pul
chrius: quid laudabiliꝰ: quid immortalitate dignius: quam inimi-
cicias tollere: quam benefacere: quam iniuriam propulſare: Non-
ne ſatis viri boni laceſſuntur iniuria: cum infert cuiqꝫ iniuria vel ig-
noto: Homo em̄ homīs cauſa natꝰ eſt Nec ille humanus ducendꝰ
eſt: qui humanitatis officium neglexerit. Quod ſi gratiam inter ho
mines vobis amiciſſimos recōciliabitis: quātam etiā vniuerſę Ita
lię pacēfacturi ſitis. nō obſcure ex p̄ſentibꝰ incōmodis cōiectare vo
bis licet. Quot em̄ circumquaqꝫ ſtrenui ⁊ pecunioſiſſimi viri. q̄ ſub
ſtantias ſuas aut in mercatura: aut in vectigalibꝰ haberent occupa
tas ob hanc bellorum calamitatem decoxerūt: Nec Id in Italia ſo
lum: ſed per omnem fere Europam: Nam cum propter bellorum
aut periculum. aut metum. ⁊ nōnunq̄ꝫ etiam detrimentum reſpon
deri cōuentis nequeat: neceſſario fides apud mercatores. apud men
ſarios. apud publicanos concidit. id quod non ſolum calamitatem
multis: ſed ignominiam quoqꝫ affert latinis omnibꝰ. Siquis em̄
vir latini nomīs: qui vel in Gallis. vel ī Germanis vel in Gotha-
lanis mercatoriam menſariamue exercet: vel aliud quicq̄ꝫ quod ad
rem pecuniariam pertineat: apud exteras nationes agit: coactꝰ tri
butionum Italicarum difficultate: fidem ad conſtitutum tempus

quib⁹ debeat: pręſtare nequiuerit: vnius aut paucorum culpa vni-
uerſo latinorum nomini aſcribitur. Neqꝫ enim pauci ſunt homies
Itali qui ad Britannos et Gades vſqꝫ ⁊ per vniuerſum prope ter
rarum orbem diuerſis in negocijs pecunias tum ſuas: tum alienas
habent implicatas: quas vbi explicare propter haſce calamitates fa
cultas non erit: decoquant: neceſſe eſt. Quę certe res non decocto-
ribus modo: ſed locupletiſſimis quoqꝫ et illuſtribus Italię ciuita-
tibus non mediocre detrimentum atqꝫ dedecus allatura eſt. Nec
em̄ vni⁹ vrbis ciuis magna vlla rei pecuniarię iactura affici poſſunt
quo minus reliquę etiam clariſſimę Italię ciuitates eodem premā
tur incommodo: cum inter ſeſe inuicem ⁊ contrahunt ⁊ mercantur.
Huic autem tali tantoqꝫ detrimento atqꝫ turpiſſimę famę notę ali
ud remedij nihil afferri poſſe intelligo: q̄ꝫ ſi dederitis operam vt viri
vobis amiciſſimi mutua inter ſe odia armaqꝫ deponant: malintqꝫ ę-
quo ⁊ bono q̄ꝫ cupiditatis facibus parere. Quis enim audeat in Ita
lia vllas bellorum flammas excitare: vbi primarię ampliſſimęqꝫ vr
bes et vnus Franciſcus Sphortia tantus ⁊ tanta probitate prin-
ceps inuicem conſenſerint. Nam neqꝫ fugere vos poteſt. quanto ī
periculo tota nutet Italia. Videtis: quę gentes in ea conſederint ob
inteſtina inter nos odia: quę tanq̄ꝫ ex aliqua ſpecula noſtras diſcor-
dias obſeruantes nihil aliud expectant: moliuntur: agunt: q̄ꝫ vbi
laſſos ⁊ pecunijs exhauſtos animaduerterint. inopinatos nos op-
primant. Quapropter vt veteri veſtro inſtituto. qui dignitatem ⁊
gloriam maxime omnium adamatis. vt communi vtilitati. vt to-
tius Italię ocio ac tranquillitati proſpiciatis: hanc talem et tan-
tam rem principes Florentini diuino ductu auſpicijſqꝫ ſuſcipite.
Legatos veſtros ingenti virtute ⁊ prudentia viros tum ad Me-
diolanenſes: tum ad Franciſcum Sphortiam mittite. qui vtroſ-
qꝫ ita ſuis aptiſqꝫ rationibus non ſolum hortentur ac rogent. ve-
rumetiam ſi opus fuerit pro iure mutuę beniuolentię vel moneant.
vel incuſent: vt q̄ꝫ primum omni animorum relicta contentione in
mutuam priſtinamqꝫ gratiam redeant: ne cum peruicatius inui-
cem dimicant. et ipſi perditum eant. et Italię vniuerſę naufragi-
um parent. Nam quantam vos quoqꝫ religionis chriſtiane ratia
ad hoc tam illuſtre tamqꝫ ſalubre conſilium excitare et inflamma-
re debeat. quid attinet dicere: Videtis enim iam aduentare ſacra-
tiſſimos anni Iubilei dies: quem ab ipſa vſqꝫ tum abrahę. tum
Moyſi tempeſtate figura diuina quadam menteqꝫ ęterna con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſtitutũ Chriſt⁹ optimus maxim⁹ redemptor noſter cũ ex hac vita ĩ
cœlum aſcẽderet: indulgentiaꝝ largitate diſpenſandũ reliquit mini
ſtris ſuis in p̄miſqꝫ Romanę eccleſię ſummo pontifici. Qua ex re ſi
nulla etiã vtilitas eſſet emanatura: omni tamẽ cura atqꝫ labore ſtu-
dendum foret: ne tãte religionis venerationi cõmuniqꝫ lęticię iniu-
ria vlla fieret. Quãta vero cum ad Italos omnis tum maxime ad
vniuerſos ciuis veſtros ſint ex huiõi celebritate puẽtura emolumẽ-
ta: debetis ex ſuperiorib⁹ tempoꝛib⁹ meminiſſe. Itaqꝫ veſtri officij ꝛ
et ſapiẽtię eſſe puto id: quãtum in vobis fuerit p̄ſtare: ne tot illi ꝛ tã
locupletes atqꝫ opulẽti populi trãſalpini ab Italię acceſſu ob hunc
belloꝝ turbinem ꝓhibeant. Ualete ex Mediolano. Idibus Augu
ſtis. M.cccc.xlix.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio
philoſopho ac medico ſalutem

n Eqꝫ hic eſſe licet ſine periculo: nec alio ire ꝑmittit. Itaqꝫ lu-
pum teneo aurib⁹. Conſiliũ tamen tuũ non mõ laudo: ſed etiã ꝓbo.
Sed qd agam: qñ hęc ſunt tpa. De⁹ bene ꝟtat. Uale ex Mediola
no. kal. Septẽbrib⁹. M.cccc.xlix.

¶ Franciſcus philelfus. Ioannocio Ma
neto ſalutem dicit plurimam

t E ſemp omnibus in reb⁹ expertus ſum amiciſſimũ. Si qua
vnqꝫ in re tua mihi opera op⁹ fuit: nũc eſt maxime. Galeacius chre
menſis tibi coram exponet: quid abs te velim. Quem nolis fruſtra
ad te miſſum: tam peto abs te vehementer: vt vehementius petere
nihil poſſim. Uale Ex Mediolano. pridie Idus Nouembres.
M.cccc.xlix.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Bernardo Iuſtiniano ſal.

q Ui tibi reddidit meas lrãs. tanta mecũ beniuolẽtia iunct⁹
eſt: vt maioꝛe nemo eſſe poſſit. Quicqͩ is tibi nomine meo dixerit:
id ita exiſtimato: ac ſi a meipſo coram audires. Uale ex Mediola-
no. Idib⁹ Septembrib⁹. M.cccc.xlix.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Nicolao Uaroni ſal.

h ęc negocia quib⁹ fluctibus agitent: ſcio te non latere. Quid
autem mihi boni priuatim ſperandũ ſit in tãta rerum oĩm calamita
te: et ipſe intelligo. ꝛ tu potes aĩaduertere. Itaqꝫ ſi quid habes conſi
lij: id vt doceas: rogo. Nam mihi vix vllũ relictum ẽ: preſertim cũ
hinc abeundi facultas non detur. Uale Ex Mediolano. xij. kalen.
Octobres. M.cccc.xlix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Joãni auriſpe ſal.

v Ix narrari queat: quãtis in malis tota hec ciuitas fluctuat Nec reliquũ eſt: quod expectet̃ preter vltimum naufragium: id qḋ longe abeſſe non poteſt. Bacchat̃ in omnia mucro. Nec humanis: nec diuinis parcit̃ rebus. Scripſiſſem tibi pluribꝰ. ſed neſcio ꝗ̃ hec recte ſunt lr̃is commiſſa. Tu ſiqḋ mihi cõſiliũ potes afferre excogita Nam mihi nullum eſt relictum in tãta impunitatis licẽtia. Uale Ex Mediolano Idibꝰ Octobribꝰ. M.cccc.xlix

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thoma-
ſio philoſopho ac medico ſalutem

q Uod rem meam omnem Uenetoꝝ legato Leonardo Ue-
nerio clariſſimo viro commẽdaueris: gaudeo: tibiq̃ ago grãs. Ua-
let eñ is apud hoſce ciues ⁊ autoritate. ⁊ grã plurimũ. Quanq̃ fu-
turum puto: vt mihi ꝓdeſſe non admodum poſſit ita ſunt omnia iã debilitata ⁊ perdita. Paſſim atq̃ cateruatim moriũtur inedia. Mi-
hi vero ſiquid etiam pecuniole alicunde abradi poſſet: tamẽ non eſt: vnde ſatis panis parari queat. Qui mihi ob inuidiam nocere moliũ-
tur: me ſphortianum eſſe inſimulãt. Quare in diſtributiõe panis q̇ vicatim emẽdus ſinguilis dat̃: negatur plerumq̃ mihi tanq̃ hoſtis ſtudioſo Itaq̃ neq̃ hic eſſe ſine vite periculo vlla poſſum arte. ⁊ abe-
undi poteſtas omnis ſublata eſt. Neſcio: quãtum mihi ꝓdeſſe pote-
rit Leonardꝰ in tanta malignitate temporꝫ. Meliuſcule tamẽ mi-
hi ſperandum video: ꝙ huic viro chariſſimꝰ factus ſum: quanq̃ eti-
am ipſe: vt mea fert opinio: non hic eſt ſine periculo: ita ſunt oĩa tem-
peſtatum procellarumq̃ pleniſſima. Uale ex Mediolano kal'. De-
cembribus. M.cccc.xlix.

¶ Franciſcus philelfus. Antonio metello ſal.

v Tinam mihi liceret te videre: tecũq̃ loqui coram. Aut eñ me tu in tuam. aut ego te in ſentẽtiam meam agerem. Illud autem hortari te ac monere non dubitabo cum omni in re tum etiam non minꝰ in loquendo moderationem ſeruãdam eſſe. Uerbum alatũ fin-
git Homerꝰ quoniam ⁊ emittat̃ celeriter: ⁊ nõ facile reuocari emiſ-
ſum queat Prudens es. Quid hec ſibi velit oratio: nõ ignoras Hic in dies oĩa habent miſerabilꝰ. Qḋ petis curabo diligẽtiſſime. Uale ex Medolano ꝓdie Idus Decẽbres. M.cccc.xlix.

¶ Franciſcus philelfus. Blaſio axeretẽſi Me-
diolanenſium pretori ſalutem

v Enirem ad te quottidie: niſi me id facere prohiberet gladio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

metus:quibꝰ aſſidue video vrbem vniuerſam coruſcari Nam in armorum fragore:vt ſcis:verba legum exaudiri non ſolent itaqꝫ,patere obſecro:me tantiſper habere ſalutis meę rationem: donec alicūde letior dies illuxerit. Vale Mediolani Ex ędibus noſtris kal'. Januarijs. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Frāciſco barbaro ſal.

c Onſilium tuū facio certe plurimi :tum ꝙ eſt prudentiſſimū tum ꝙ beniuolentiſſimū tuum erga me animū pręſe fert. Quid autem agendum mihi ſtatuerim:epiſto coram accipies:qui tibi reddidit meas litteras. Tu interim cura omnia diligenter. Nam quantum erit in me omnino obſequar volūtati tuę. Vale ex Mediolano.iiij. Jdus Januarias. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Joanni Amidęo Jureconſultoſalutem.

t Uus ille familiaris q̄ttidie me obtūdit. Rogo te:des operā:ne mecū vaticinetᷣ Nā vt ait ille apud poetā.dauus ſum:nō oedipꝰ Habeat ſibi ſapiam ſuā. Nā hoc tpe nihil eſt oīm minꝰ:qđ velim:q̄ꝫ vaticinari. Deus nouit:qđ futuꝝ ſit. Jllud mihi vaticiniū eſt certiſſimū. Petꝝ Candidū ſemꝑ inuigilare:vt mihi incōmodet:cuius inſidioſa malignitate:ne incautꝰ opprimar:tuū fuerit ꝑuidere. Noſti em̄ ingeniū:noſti flagitiū facinoroſiſſimi homīs. Vale Mediolani ex ędibꝰ noſtris ꝑdie Nonas Februarias. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Blaſio Axeretenſi Mediolanenſium prętori ſal.

v Erſari video arma vndiqꝫ. Quid tantꝰ tumultꝰ ſibi velit:nondū ſatis intelligo. Tu ſiquid habes:qđ me ſcire oporteat:fac vt q̄ꝫprimū intelligam . Nam animꝰ preſagit:neſcio quid ,Deꝰ bene vertat. Ego me interea domi cōtineo. Vale ex ędibꝰ noſtris Mediolani.v.kal'. Martias. M.cccc.l.

Franciſcꝰ philelfus. Nicolao cebę ſal.

n Ulla nr̄a ratio:nulli humani conatꝰ:nullę terrę vires celeſti queunt aduerſari imperio:ſiue id fatum:ſiue neceſſitatē:ſeu aliud quicq̄ꝫ:quod ſupra nos ſit:appellari oporteat. Noſtra ſane inferiora hęc omnia vana ſunt nulliuſqꝫ momēti:vbi minꝰ diuino adminiculo auxilioqꝫ nitantᷣ. Cum primū diuinus ille ꝑnceps Philippus Maria anglus vitam deſeruiſſet:coeperūt Mediolanenſes hi ciues cōtempto ꝑ oēm cōtumeliam ac ludibrium principis vnius imperio:adamare amplectiqꝫ libertatem. Cuiꝰ ſtatuēdę initia ſecū

da ſane fortunatiſſimaqꝫ fuere. Nam hoꝝ optatis Venetos aduer
ſantis tribꝰ deinceps cladibꝰ affecere. Placētia pͥmo: que ſe vltro il
lis tradiderat: vi capta ad direpta: dein claſſe eorum maxima ⁊ om-
nibus rebꝰ ornata apud Caſalem cognomēto maiorem ſuperata et
capta magnaqꝫ ex parte in Pado ⁊ tormētis ⁊ igni perdita: ad po-
ſtremum eodem anno maximis eorum copijs ⁊ firmiſſimis ad Ca-
rauagium fuſis fugatiſqꝫ in tanta ⁊ militum ⁊ ducum: ac principū
captiuitate. ⁊ preda: vt de ipſo etiam Venetorū imperio actum vi-
deret̄: ni Mediolanēſis ipſi deſipere voluiſſent. Cum a Frāciſco eñ
Sphortia quem vnum ſuis exercitibꝰ prefecerant. ſibi metuiſſent
ne is ꝓpter Blancam Mariam Philippi filiam regnū ſoceri tan-
ꝗ hereditario vxoris iure foret poſt tātam victoriā occupaturꝰ: coe
pere de pace clam tractare cū Venetis ꝑ Henricum quendam pa-
nicarolā. qui patria Mediolanēſis mercaturam Venetijs exerce-
bat. Veneti vt viri ſunt prudentiſſimi. tametſi q̄ ꝓponerent̄. non de
tractabāt. tñ conſultata re diligentiꝰ. cum Frāciſco Sphortia ma
luerūt. ꝗ cum Mediolanēſi repu. agēda contrahē. Nam etiam is
certior factꝰ cum de huiōi occultis cōſilijs. tum de aīo Mediolanē
ſium erga ſeſe. cōuenit cū Venetis honeſtis quibuſdam condicioni
bus. vt tādiu ſibi auxilio eſſent ⁊ milite et re pecuniaria. quod eiꝰ vr
bis ditione potiret̄. Id eñ Veneti ſuo imperio tutiꝰ fore duxere ꝗ
pati vrbem potētiſſimam eandemqꝫ inſolētem in ꝓxima regione ex
creſcere altiꝰ. preſertim cū intelligerēt vnum Franciſcū Sphortiā
Mediolanenſibꝰ omnibꝰ incredibili eſſe odio. Quibꝰ rebus ita cō-
ſtitutis ac firmatis. miſſus eſt a Frāciſco Benedictꝰ Nurſinꝰ. qui
nō modo erat egregiꝰ medicus. verūetiam vir prudens ac diſertus.
Is cum pͥmo multa de Mediolanenſibꝰ noīe ſui pͥncipis in concio
ne publica queſtꝰ eſt. tandem in eam ſentētiam perorauit. vt oſtēde-
ret ⁊ lege et equo ⁊ bono vrbis huiꝰ imperium: omnemqꝫ eā dicio-
nem quam Philippus poſſederit. ad vxorem Blancā Mariam ad
ipſumqꝫ Frāciſcum. quē Philippꝰ adoptauiſſet. pertinere. ⁊ ita ea
queqꝫ repetē. Cui cum nihil ꝓ poſtulatis reſponſum eſſet. ad Fran-
ciſcum redijt re infecta. ⁊ ita magnū periculoſumqꝫ bellū a Vene-
tis in Mediolanēſes cōuerſum eſt. Quot inde difficultates mala-
qꝫ emerſerint. prolixum eſt difficillimumqꝫ narratu. Omnes et vr-
bes. et oppida. ⁊ municipia. ⁊ caſtella breui ad franciſcum defece-
runt. Ager Mediolanēſis fere omnis ferro igniqꝫ vaſtatus. Pre
ter vrbis ſuburbia tenebatur nihil. Ad poſtremum exhauſta era-

ria omnia. Rei frumentarię in vrbe nihil Extrinſecꝰ importari ni-
hil poterat ꝓpter hoſtium copias. quę ad ipſas vſqꝫ portas omnez
aditum ꝓhibebant. Nobilitas omnis ab vrbe aberat. alij alio cōfu
gientes. Poteſtas omnis ad plebem redacta eſt. Siqui fuerāt ani
mo ſeniore: qui fuerūt admodum pauci. ij obtrūcati omnes. Cū eo
difficultatum redacta res foret. vt paſſim fame confecti ciues inter
ambulandum caderēt. quando quidem neqꝫ feles: neqꝫ canes. neqꝫ
vlla im̄ūda aīalia eſui reliqua iam eſſent. ob idqꝫ diutiꝰ deditiō ad
Frāciſcum differri nō poſſet. Ueneti cum Mediolanēſibꝰ ſocieta-
te inita ⁊ auxiliaris copias ex agro Mediolanēſi trans adduam ire
iubent. ⁊ omni pecuniaꝝ ope Frāciſcum deſtituūt. pauloqꝫ poſt per
Paſchalem Malipperiū eidem nunciant. vt ab omni vi atqꝫ iniu
ria in Mediolanēſes abſtineat. id ſi facē recuſaret. bello indicto pro
bono ęquoqꝫ. et ꝑ cōmuni Italię pace ac trāquillitate. Quam aīo
rum mutationem cū Franciſcꝰ egre ⁊ permoleſte ferret. ꝑmultaqꝫ
fruſtra q̄reret. ac ꝑficeret nihil. ad ſuſtinēdum Venetoꝝ bellum in
ꝑta. atqꝫ ad inferēdum Mediolanenſibꝰ accingit̄. Cęteꝝ cum rem
negligentiꝰ Ueneti gerūt. vtpote qui ſperarēt fortaſſe Mediolanē
ſem populū extrema coactū inedia eis vrbem dedituꝝ. in eam eſt tā
dem aliquādo ventum neceſſitatem. vt nocturno tumultu facto in
turbulēta ſeditione nulloqꝫ hoīm cōſilio. Franciſcꝰ Sphortia. qui
apud vicū mercatū ſe cum octo cohortibꝰ in ſummis reꝝ oīm diffi-
cultatibꝰ continebat. ſponte in vrbem a populo ipſo accerſeret̄. Ex
quibꝰ quidem rebꝰ manifeſto colligi p̄t inferiora nr̄a hęc oīa nullo
noſtro cōſilio. ſed occultiore vi quadā admīſtrari Hęc autem geſta
ſunt noctu. quinto kal'. martias. cuiꝰ ꝓximo die Franciſcꝰ Sphor
tia in vrbem exceptus eſt. Uale vbi vbi es. nam vbi eſſes ignoraba
mus. Ex Mediolano. iiij. kal': Martijs. M. cccc. l.

Franciſcus Philelfus. Bernardo Juſti
niano. ſalutem dicit plurimam

l Eonardꝰ Juſtinianꝰ vir clariſſimꝰ pater tuꝰ non p̄ntem ſo-
lum. ſed futurā etiā gloriam eāqꝫ īmortalē aīo meditatꝰ: te in quo
ipſe victurꝰ eſſet. ⁊ pecunia muniuit. ⁊ diſciplina. quaꝝ altera p̄nti-
bꝰ vitę neceſſitatibꝰ ꝓ dignitate ſubuenires. quantū vel tua vel ami
coꝝ. vel reip: intereſſet. altera mortuus q̄ꝫ viuere poſſes ī viuis. Rē
pecuniariā tibi maxię curę eſſe ⁊ certa. ⁊ vna oīm voce mihi aſſidue
nunciat̄. Atqꝫ iſtud quidē prudētię eſt Qd̄ aūt ſapięntiꝰ ducūt
id q̄ꝫ ꝓ tenes egregie. q̄ttidie tn̄ nequaq̄ꝫ colis. Quid ei aliud debeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

coniectare: cũ totiens meis lr̃is inuitatus nihil reſpondes. Quare ſi vel paternę ⁊ inſtitutionis et glorię: vel tuiipſi⁹ non es oblitus ſcri be aliquid: vt quem in cute viderim: intus quoqꝫ indies magis ma giſqꝫ perſpiciam. Uale ex Mediolano. pridie kalendas Januari as. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. ſalutem dicit plu rimam. Scribis ducalibus

q Uod ſcire ex me petitis: qui auctor ſcribi debeat: breui accipi te. Cum alij nõnulli litteratiſſimi viri: tum Priſcian⁹ grammatic⁹ locupletiſſim⁹ teſtis eſt eũdem eſſe apud nos autorem: qui gręce di cat ἀυθέντησ authentes. Hinc arbitrati ſunt aliqui iuniores in hoc noĩe c lrãm an̄ t in eadem ſyllaba vtrãqꝫ mutam nõ addi opor tere: cum neqꝫ apud gręcos ἀυθέντησ authentes eã recipiat At ego idem ſignificare autor qd̓ ἀυθέντεσ: facile concedo: ſed ab au geo id nomen deductum puto. Sicqꝫ quoniam a ſupino auctu for met per ct eſſe ſcribendum. ⁊ ita a priſcis videm⁹ obſeruatum. Nã ſi ab ἀυθέντεσ deſcẽderet c lrãm autor nõ recipet. ⁊ t aſpiraretur. Valete Ex Mediolano. kal'. Junijs. M.cccc.l.

¶ Franciſc⁹ philelfus. ſalutem dicit pluri mam Ambroſio iureconſulto

q Uoniam iampridem obduruit me⁹ animus ad eas ęrũnas oĩs: quas affert incõſtantia mutabilitaſqꝫ fortunę. idcirco ęquiorẽ in illos me pb̄eo: q̇ nulla ĩiuria laceſſiti ſe mihi pręſtãt importunos atqꝫ infeſtos. Nam ſi iniurias ſingulas pſequi velim: mihi potius nocebo: qꝫ alijs. Nõ oẽs amici ſunt: q̇ vident. Qui cõmoda emolu mẽtaqꝫ ſectant: tamdiu ſunt amici. quo ad vtilitatis ratio corã flo ret. Si decedat vtilitas. q̇ amicicia manere p̄t. Idem poſſit de ijs iu re dici. q̇ voluptatem ſibi ꝓpoſuerũt Tãdiu em̃ ſe amicos inculcãt donec pfruant optatis. Qd ſiquid triſti⁹ accidat. nuſquã ſunt Nõ igit me pturbãt. quę de homĩs leuitate ſignificaſti. eſt em̃ ſimilis ſui At ego ſequar meũ vitę inſtitutũ. Equidem benefaciã ſemp Iniuri as ſi ꝓpulſare nõ potero. aut cõtemnam. aut pferam. Uale ex Me diolano kal'. Junijs. M.cccc.l.

¶ Fraciſc⁹ philelfus Mario filio ſal.

ſ I vim maieſtatẽqꝫ ỽtutis velim⁹ conſiderare: neminẽ inue nias: q̇ eam aſſidue ſecut⁹ nocteſqꝫ dieſqꝫ. cõſecut⁹ vnq̄ꝫ fuerit. De hoĩb⁹ inq̄ꝫ loquor. nõ de deo nr̃o Chriſto Jeſu. q̇ ⁊ hõ fuit et de⁹ Ita qꝫ vt hõ is et doluit. ⁊ metuit ⁊ lętat⁹ eſt. ⁊ cupiuit. quanq̄ꝫ oĩa me

diocriter. Sed talis ꝑturbationū mediocritas nō cadit in deū. qui
nullo tangit motu animi. Jtaqꝫ nō absurde prisci illi philosophi eru
ditiſſimiqꝫ viri qnotqt vel apud latinos. vil apud grecos virtutis
laudibꝯ claruerūt. neminē habuerūt: quem ꝟtutis noīe voluerit ap
pellare. Quere Platonē. Quere Aristotelē. Sume e nr̄is. M.
Uarronē. M. Ciceronē. L. Anneū Senecā. Ubi a ꝟtute quen
qꝫ nominatū inuenias: Uideo quosdā iuniores ꝛ apud nr̄os viꝝ ꝟ
tuosum ꝛ apud grecos ἄνδρα ἐνάρετον andra enareton qui
modestꝯ vir bonꝯ diceret atqꝫ ἀνὴρ ἀγαθός. inepto noīe appel
lare. At ne ī prisca quidē ꝛ doctiore ecclesia tale vsquā nomē reperi
as. Qd si poetas oratores. historicos priscos lectites pſepe boni vi
ri. At ꝟtuosi nomē tibi nusquā occurrat. Et ille quidem bonꝯ dictꝯ
est mea sentētia. q̊ ad ꝟtutem adipiscendā ꝛ diu laboret et multum
ἀπὸ τοῦ πόνου apo tu ponu scꝫ nomē sibi vendicans. Huiōi
autem labore q̄ vtat. idcirco vocatū existimo viꝝ bonum ꝙ in eo nō
virtꝯ. sed quasi aliqd ꝟtutis simulacꝝ eluceat. Nullo eni͂ humano
labore. nullo studio fieri pt̄. vt meram ꝟtutē quisquā assequat. Sꝫ
satis superqꝫ sit. si quis industria ꝛ diligētia sua qꝫ ꝓmaxime ad ꝟ
tutē accesserit ꝛ quoniā petis. quibꝯ eum ꝟtutibꝯ preditū esse opor
tet. q̊ sit vir bonꝯ et habēdus ꝛ appellandꝯ. quid sentiā. paucis accipe
Duas esse reor animi ꝑtes. quaꝝ altera. quā habemꝯ cum deo com
munē. ꝛ ratiocinamur ꝛ intelligimꝯ. altera ꝟo: que cōmunis est no
bis cū pecudibꝯ. appetimꝯ. atqꝫ afficiamur. Jtaqꝫ alia ē moralis ꝟ
tus: nam mores sunt qualitates ꝑtis illiꝯ appetiue. alia rōnal'. intel
lectualis alia. Ratione inq̊rimus: quid nos aut sequi oporteat. aut
fugē. Nec sine ratiocinatiōe callidi ac prudentes esse vllo mō possu
mus. q̄ virtꝯ in actione posita circa ea consulanda versat. que nobis
vtilitatē afferāt. Jntellectu aūt ad sciē cognitionē ꝑuenimus. ꝛ qd
est sapientie ꝓpriū: diuinam essentiā naturāqꝫ cōtemplamur. At
moralem ꝟtutem eam dicimꝯ. cuiꝯ forma est rō. Materia ꝟo ani
mi ꝑturbatio. quā etiam tum passionē. tum affectionē vocāt ꝛ ean
dem qn̄qꝫ morbū. Et quanqꝫ nemo est vir bonꝯ iudicandꝯ. nisi idē
sit: quantū humanū fert ingeniū. totiꝯ virtutis laude cumulatꝯ. q̊s
enim virtute morali floreat nisi idem gubernet prudentie ductu. ad
quam morales oēs ꝟtutes referunt. ꝛ prudens esse nemo queat. ni
si sapiēs fuerit. nam oīs recta actio a cōtemplatione manat. facit tn̄
cōsuetudo. vt eum maxime viꝝ bonum existimemꝯ: qui iustissimꝯ
sit. Sed quoniā hanc rem oēm in cōmentationibꝯ florētinis cūc

exilio loq̄remur: diligēter ꝓſecuti ſum⁹: nihil eſt: qđ in pñtia ſimus prolixiores. Uerū te fili Mari monere: hortariqȝ nō deſiſtam: ita nomen ꝟtutis adames: vt eam nullā eſſe putes: q̄ omnib⁹ vel cogitationib⁹: vel dictis: vel actionib⁹ ſuis deum nō ſolum intereſſe: ſed preeſſe nolit. Nā tum ſum⁹ iuſtiſſimi ⁊ optimi: cū dei opa maxime imitamur. Uale ex Mediolano. kal'. Octobrib⁹. M.cccc.l.

Franciſcus Philelfus. Joanni amerino iuriſconſulto ſalutem.

q Uod ſcribis: dem operam: vt libros Ariſtotelis tibi compa rem: aut qui de republica: aut qui de re familiari nobis precepta tradūt: faciem ⁊ ꝓpediem: ⁊ diligenter: modo librariū nact⁹ ſim: cuius in his exſcribendis opa vti poſſim: id quod ſpero nobis minime defuturꝫ. Laudo autem preſtātiam ingenij tui ſingularēqȝ ꝟtutem: qui quanq̄ꝫ es occupatiſſim⁹: nolis tamē pati earꝫ te rerum expertem dici: q̄ ad bene beateqȝ viuēdum precipue conducūt. Nā ſi ſeſe moderari ⁊ inſtituere pulchrꝫ eſt. quod moralis diſciplina facit: quāto fit pulchri⁹ et ꝑclarius idem preſtare poſſe tum de ciuitate vniuerſa: cuius foelicitas oīm foelicitatem cōplexa eſt: Accedit ad rem: q̄ harū diſciplinarum cognitio eo eſt tibi magis neceſſaria: quo legum ⁊ iuris ciuilis ſapiētia magis preſtas. Nam quis audeat ſe iureconſultum ꝓfiteri his ignoratis. fontib⁹: vnde leges omnes iuraqȝ manarūt: Faciam igit̄ quod iubes ⁊ amice: ⁊ recte. Uale Ex Mediolano. kal'. Octobrib⁹. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Nicalao Cebe ſalutem dicit plurimam

e Tſi non dū audiebam te Genuam reuertiſſe: poſteaq̄ꝫ ob aeris intemperiem tamdiu carere patria inſtitueras: quoad vis peſtilentie plene deferbuiſſet: tamē cum accepiſſem ciuitatem habere melius. ⁊ iam ꝓpe pleroſqȝ omnis nobiliſſimos ciuis i vrbem redijſſe: idcirco ad te ſcripſi: vt tuis lrīs ſuauiſſimis de teipſo certior fierem: et vbi eſſes: ⁊ q̄ꝫ bene valeres. Itaqȝ mihi rem facies iucūdiſſimam ſi me q̄ꝫprimū leuabis omni ſollicitudine. Diſertiſſimū Perleonem noſtrꝫ ſaluere cupio cū vxore ⁊ liberis: cultellorumqȝ meminiſſe Uidetur mihi auarior factus: q̄ꝫ ſolebat. Uale ex Medolano. iiij Nonas Octobres. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſalutem

e T litteras accepi et cōuiuium Quod iam tibi coelo gloriam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

queras.nõ terra.et probo ⁊ laudo. Nam quemadmodũ terre glo-
ria.que a celeſti non proficiſcit.tota inanis eſt.quantacũqꝫ tã dem
ea ſit.ac plane nulla.ita ꝑfecto que ĩ coelo eſt.radios ſuos quaſi ſol
quiſpiam diſpergit in omnem terram. Scripſiſti profecto Chriſtia
ne.et vt vero philoſoph⁹. Nam qui ſe philoſophum auſit ꝑfiteri.q̃
Chriſti ignarus fucate cuiuſdam honeſtatis vmbram ſtultus ac fa
tuus perſequat̃: Nihil ipſe quidã honeſtum eſſe puto.niſi q̃d apud
deum probatum ſit. Hoc vero qui ſequit̃.veram nimirum eum glo
riam aſſequi credendum eſt. Et facis tu quidem recte atqꝫ ſapienter
Non eñ ignoras peregrinari nos ſemꝑ ac ſeruire.q̃ꝫdiu viuimus.
Jtaqꝫ dies noctesqꝫ oportere illi⁹ patrie meminiſſe .ad quam cum
longo poſtliminio redierim⁹.futuri ſim⁹ tum liberi. tum glorioſi ci
ues .gloria non fucata.ſed ſimplici.veraqꝫ. Uale Ex Mediolano.
iiij. Nonas Octobres.M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Petro Perleoni
ſalutem dicit plurimam

a Nimaduerti ex tuis ad me litteris tibi fortunam.quam vo
cant.aduerſari. At tu ſi me audis.animo forti magnoqꝫ ſis
Et prudentia vtaris et patientia. Spereſqꝫ fore .vt preſtanti in-
gentiqꝫ virtuti nihil tandem neqꝫ ad dignitatem.nec ad emolumẽ
tum deeſſe poſſit. Jtaqꝫ vt ad Battum ait Corydon apud Theo-
critum.

θαρσῆν χρὴφίλε βαττετά χαὔριον ἐστετᾶμμει-
νον.
ἐλπίδεσ ἐν. ζωοισιν. ἀνέλπσοιδὲ θανόντεσ.
χωζεὺσ ἀλλοκα μεν πέλει ἀιθρίοσ ἀλλοκα-
δύει.

Quos quidem tris verſus ita licet interpretari.
Fidere batte decet.melius cras forſan habebit
Sperandum eſt viuis.non eſt ſpes vlla ſepultis.
Nunc pluit.⁊ clarus nunc iupiter ethere ſurgit.
Quare confide etiam tu propediem tibi melius fore. Quamdiu vi
uimus.nos bona ſpe duci cõuenit. Nam poſt imbrem ſerenitas ſe-
qui ſolet. Curabo.quod petis.quanq̃ꝫ res noſtre ſunt hac tempeſta
te ob vim diuturni belli anguſtiores. Uale ex Mediolano.iiij. No
nas Octobres.M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Franciſco barba
ro ſalutem dicit plurimam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

v Ellem: eam mihi fortunam de⁹ optimus maxim⁹ tribuiſſet vt ⁊ mihi poſſem et amicis ſemp̱ gratificari. Nō em̄ libros meos abs te peterem. Sed quoniam illis carere non poſſum: rogo: vt reſtituere iam incipias Uale ex Mediolano. iiij. Nonas Octobres. M. cccc. l.

Francíſcus philelfus. ſalutem dicit plurimam. Antonio Canobio.

n On iniuria ſemp̱ ego te dilexi mi Antoni: quem vnū aīaduerterim ab omni deſidia ⁊ inerti ocio alienum. Itaq₃ omne quod tibi temporis a tuo magiſtratu vacuū relinquit: id aut legendo. aut audiendo. aut q̄rēdo aliquid dignum memoria cōſumis. Scribis candidum decembrem contendere tecum ſolitum nihil vſquam ſcripſiſſe Ariſtotelem de animi immortalitate. Idq₃ mirari te: q᷑ talis ille tantuſq₃ philoſophus in tanto errore verſat⁹ fuerit. Quę ipſe in tuis lr̄is legens: nō potui nō ſubridere: q᷑ nebulo iſte Candidus nitat̄ impietatem ſuam ſubdolo ac falſo cōfirmare teſtimonio. Nā et immortalem Ariſtoteles eſſe animum p̱bat ⁊ diuinum. Audi p̄mum: quę maxim⁹ ille ſapientiſſimuſq₃ philoſoph⁹ reliquit ſcripta huiōi v̄bis in libro ſecūdo de animalium generatione: inquiens.

Omnes animi neceſſario ſunt v̄tute prius: q̄₃ actu. Neceſſe etiā eſt aut omnes nō eſſe prius. ⁊ fieri. aut omnes antea exiſtere. vel alios eſſe antea alios nō eſſe. Ac fieri aut in materia. ⁊ nō ingredi ī maris ſemine. aut in materia venire a ſemine. Uel in materia venire a ſemine quidem. ſed in mare. vel extrinſec⁹ fieri omnes. vel nullū vel alios fieri: alios nō fieri. Oē fieri igit̄ nequaq̄₃ poſſit. vt animi omnes prius exiſtēt. patet ex huiōi rationib⁹. Quorumcūq₃ em̄ principiorum corp̱alis ſc₃ eſt op̱atio. hec antea exiſtere ſine corp̱e minime poſſunt. vt incedere ſine pedib⁹. Quo fit: vt animi extrinſec⁹ ingredi nequeāt. Neq₃ fieri em̄ poteſt vt ipſi p̱ ſeſe. qui ſeparari non p̄nt: ingrediant̄: nec item in corporeo ſemine. Eſt em̄ ſemen ſup̱fluitas immutati alimēti. Relinquit̄ ergo mentem ſolam extrinſec⁹ aduenientem ingredi. ⁊ eandem ſolam eſſe diuinam. Nihil em̄ cum ei⁹ agilitate habet cōmune op̱atio corp̱alis. Omnis igit̄ vis animi videtur alius corp̱is eſſe particeps. ⁊ ei⁹ quidem diuinioris: quam illa ſunt corp̱a. quę vocant̄ elementa. Ex quib⁹ quidem Ariſtotelis rationibus ſatis intelligi poteſt animi vim. atq₃ naturam. ⁊ cęleſtem eſſe ⁊ diuinam. ac p̱pterea immortalem. Audi eūdem rurſus in ijs libris quos de aīo ⁊ acute. ⁊ ſubtiliter. et copioſe reliq̄t ſcriptos Ita em̄ ait.

Pr[illegible] i ma[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ De mente autem ⁊ vi cõtemplatiua nõdum eſt perſpicuũ. ſed vi
det eſſe aliud genꝰ animi. Et hoc ſolum poteſt ſeparari quemadmo
dum id. quod eſt perpetuũ: ab eo: quod corrumpi poteſt. Docet in
quam Ariſtoteles illud animi genꝰ. per quod contemplamur atqꝫ
intelligimꝰ. cui menti eſt nomen. ſeparari poſſe ab altero illo genere
quod dicimꝰ ſenſitiuũ. eſſeqꝫ immortale atqꝫ ſempiternum. at par-
tem alteram ſenſitiuam ⁊ corruptibilẽ interituiqꝫ ſubiectam. Hinc
Homerꝰ diſciplinarum omnium perinde atqꝫ abũdantiſſimꝰ qui-
dam fons. et Herculem. et Theſea tum locat in coelo. tum apud in
feros. Ita eñ malo. qꝫ in inferno loqui. Infernus enim ſubſtantiue
apud latinę linguę doctiſſimos nuſquam inuenias. At in ſacris li-
bris hoc eſt vbum p eo vſurpatũ. quem ἀΔΗΝ haden gręci nomi-
nãt. Senſitiuam igit animi partem. quę nobis cum pecudibus eſt
cõmunis: diſſolui humiqꝫ remanere ſapientiſſimꝰ ille poetarũ prin
ceps oſtẽdit. at alteram illam partem. qua prime ad deum accedi-
mus. p ſeſe cõſiſtere. altiuſqꝫ ſublatam euolare in coelum. vbi ſempi-
ternum ęuũ bene beateqꝫ trãſigit. At Candidꝰ iſte tuus. cuius ani-
mus ob flagitioꝝ magnitudinem ęternis tenebris eſt addictꝰ Hec
non credit. ob idqꝫ Ariſtotelis autoritate. quem nunqꝫ legit. tueri
autumat ſtulticiam ſuam. Sed quid miremur ita opinari. Candi
dum cum ne vllam quidem credat eſſe diuinitatem: Nam ſi crede-
ret deum eſſe. viueret ita: vt viuit: Quare ſi ſapias. omnem eiꝰ con-
ſuetudinem aſpernabere. Uale Mediolani Ex ędibus noſtris. iiij.
Nonas Octobres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus philelfus. Albertho Zanca
rio ſalutem dicit plurimam

n Ihil eſt. quod hoc tpe aliud tibi reſpondeam Nam hic prin
ceps me coepit perhumanit tractare. ſpemqꝫ iam attulit fore. vt ſit i
me perbenignꝰ. Qd ſi fecerit. coelũ mutare nullo pacto velim. Ita-
qꝫ ex tpe cõſilium eſt capiendũ. Tu q mihi ſit mens. intelligis. Pro
inde quantã ad rem attinet meã. moderaberis iſtic oĩa p tua ſingu-
lari prudentia. Cupio aũt ex te certioꝛ fieri quo in ſtatu ſint res tuę.
Nõ tam de teipſo qro cuiꝰ mores noui oĩbꝰ eſſe chariſſimos. ſed de
tuis. Uale Ex Mediolano. iiij. Nonas Octobres. Anno a Na-
tali Chriſtiano. M. cccc. l.

¶ Fanciſcꝰ philelfus. Aenico Daualo equi
ti aurato ſalutem dicit

q Uod binis antea lrĩs ad te ſcripſi. centũ ſatyrarũ apꝰ eſt ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

me nup̄ elucubratū. qđ in decadas decem diſtribuim⁹ equali nume
ro ſatyraꝝ. quas idcirco hecatoſtichas noīauim⁹. ꝙ ſingulę ſatyrę
ſingulis cētenis ꝟſib⁹ conſtēt. Dederā ad te p̄mā ſatyrā ſuperiorib⁹
lr̄is Ultimā quoqꝫ in p̄ntia ideo volui abs te legi. vt liq̄do cognoſce
res op⁹ hoc omne nomī Alphonſi regis eſſe ab me cōſecratū. Reli
quū eſt. vt a te certior fiam. qđ ſit tuū hac de re cōſilium. Mittā ne
huiōi codicem ad regē. an ipſe afferā corā redditurus: Qđ cōſulue
ris. faciam. idqꝫ q̄ꝫprimū. Pręteā cuperem maiorē in moduꝫ mihi
cognitionē offerri reꝝ ab Alphōſo geſtaꝝ. Nam ſiquādo ocium de
tur. aliq̄d fortaſſis aggrediar. Tu velim nō vno exēplo ad me lr̄as
des. Fit eñ plerūqꝫ tabellarioꝝ vel negligētia. vel ꝑfidia. vt fruſtra
miſſę videant̄. Intercipiūtur etiā nōnunq̄ꝫ. Quoꝝ nequid accidat
exemplis pluribus mecum age. Uale ex Mediolano. iiij. Nonas
Octobres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Jacobo Caſſiano
preſbytero ſalutem dicit

t Amdiu inani ſpe duct⁹ abs te ſum. vt mihi ipſe ſuccenſeam.
Cōmodarā Uictorino feltrēſi eruditiſſimo ⁊ optīo viro proclum i
Platonē cū Timęo locro ⁊ Ariſtotel' dialectica cū egregijs ꝯmen
tarijs Alexādriqꝫ et Themiſtij. Cui⁹ ꝓdus vtaꝝ aut hoſpicio. aut
carcē: ſum plane ignar⁹. niſi etiam ipſe fortaſſis fuerit a te cōiect⁹ in
vincla ⁊ in ꝑpetuas tenebras. Dialectica ꝟo apud te eſſe. tua iampri
dem ad me ep̄l'a teſtis eſt. At ea in ſex vſqꝫ mēſes commodato petie
ras. cū iam āni quattuor p̄terierint. Nec codicē mittis. nec quicq̄ꝫ
ad eas lr̄as reſpondes. quas dedi ad te hac de re creberrimas. Itaqꝫ
nō mirari nō poſſum. Occurritqꝫ mihi meōrię te idem olim de Eu
ripidis tragoedijs ⁊ mathematicis libris. quos idem Uictorin⁹ per
te mihi reddendos iuſſerat. egiſſe. Itaqꝫ nō poſſum nō moueri. Nā
quantū videre videor. tibi ſum ludo. Facies aūt ꝓ officio tuo: qui et
ſacerdos ſis et Uictorini diſcipul⁹. ⁊ mei ſtudioſus: ſi ⁊ mea ad me
dialectica dederis. ⁊ aliq̄d de proclo docueris. Uolo eñ omnino me
os apud me eſſe libros: ne inanis ſemp̄ domin⁹ exiſtimer. Medio-
lano p̄die Nonas Octobres. M.cccc.l.

¶ Franciſc⁹ philel. Aenico Daualo eq̄ti aurato ſal.

q Uod crebrius ad te ſcribo: facit amor erga te meus. Cupio
enim quottidie tecum eſſe. ⁊ commentari tecum. Pręterea non ſa-
tis ſcio: q̄ꝫ tuto litterę ad te meę cōmiſſę ſint. Nam qui nuncij offe
runt̄ nō eunt ad te. ſed petūt aut Romā: aut Florentiā. Cuiuſmodi

vero ij ſint futuri: qui ex illis locis Neapolin cõcedant: augurari nequeo. Quo fit: vt eadem exemplis pluribꝰ ad te ſcribam. Accipe igitur o carmẽ vnum: qđ de tuis laudibꝰ veluti luſimꝰ. ⁊ vltimam ſatyram e centum: quas Regis Alphonſi nomini dicauimꝰ: Quod autem cõſilium dederis de aduẽtu iſtuc meo: aut de mittẽdo ſatyraꝝ codice: vt antea tibi ſignificaui: libẽter amplectar. Uale ex Mediolano Nonis Octobribꝰ. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſalutem

n Jhil erat: quod ad te ſcriberem: et iam tuas lr̃as expectabaꝫ que me facerẽt de rebus omnibꝰ certiorem: quas mea intereſſe duxiſſes. Cupio: meos illos libellos huic tabellario ad me des. ⁊ cũ his tuũ claudium Ptolomeum de harmonia: hoc erit mihi vehement gratum. Quas ad me dediſti arũdines: libẽter accepi. Atqꝫ habeo tibi gr̃as: qui mihi cãm eſſe nolueris: quo minꝰ quottidie ad te ſcriberem. Nũcio τῶ γραμματοφόρῳ grammatophoro pecunias nullas ſoluito: neqꝫ ꝓ libris: neqꝫ pro lr̃is. Jpſe eñi ſatiſfacturus ſum ſemꝑ. Et ita eum cõmonefeci. Uale ex Mediolano. Nonis Octobribꝰ. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Bernardo Juſtiniano ſalutem dicit.

q Uo magis quottidie tuas expecto lr̃as. eo me magis mea fallit ſpes. Miroꝛqꝫ plurimum: qđ ſit in cauſa: vt tabellariꝰ vacuꝰ ſemꝑ redeat lr̃is tuis: cum ab alijs amicis frequẽtes reddat. Jtaqꝫ pro noſtra vetere beniuolẽtia abs te peto: vt hoc me deſiderio tandẽ leues. Qđ ſi feceris: habebo tibi non mediocres gr̃as. Preterea mea illa opuſcula: q̃ tum pater tuꝰ vir ille grauiſſimꝰ atqꝫ optimꝰ: tum etiam ipſe tu viſenda accepiſtis: iſti nũcio ad me des velim: qui meã tibi ep̃lam reddidit. Nam cum earum reꝝ nullũ omnino mihi exẽplum ſit: videoꝛ familiaribꝰ quibuſdam nõ eque eſſe nũc liberalis: atqꝫ antea cõſueueram. Uale ex Mediolano pridie Jdibꝰ Octobribus. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Blaſio Axeretenſi equiti aurato ſalutem dicit

p Oſteaq̃ꝫ in tuũ te caſtellum recepiſti: videris ſane tuoꝝ familiarium omnino oblitꝰ. Ego autem etſi tibi gratuloꝛ: ꝙ ita beatꝰ ſis: monẽdum tamẽ exiſtimo: ne quid ſupra hominem te poſſe arbitreris. Nam quanq̃ꝫ tibi cupio omnia nõ eſſe ſolum ſed eſſe ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

gis etiam atq̃ etiam indies fore ⁊ ſecũda: et proſpera: debes tamen
non eſſe neſcius: quãta eſſe plerũq̃ ſolet inconſtãtia mutabilitaſq̃
fortune: quam dicũt. Nec item ignoras in omnem vite viciſſitudi
nem amicos eſſe iucũdos. Ego autem letiorem tibi fortunam indi-
es offerri: vehemẽter opto. Uale. Et plantas ficulneas ad me da-
to. Malo em̃ in pñtia concipiẽti ſolo: quam parturienti poſtea cõ-
mẽdare. Ex Mediolano ꝑdie Id⁹ Octobres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Nicodemo tran-
chedino ſalutem dicit

e Geris ne an minus egeris: quod Franciſc⁹ Sphortia prin-
ceps noſter tibi abeunti mãdauit: ſcire vehemẽter cupio Itaq̃ rem
mihi feceris gratiſſimam: ſi ꝓpediem de re omni quam mea intereſſe
credideris: ex te certior fact⁹ fuero: quod vt facias: in maiorem mo-
dum te rogo. Litteras quas tibi ad regem Alphonſum dedi: vt q̃-
diligẽtiſſime reddi cures ſummopere abs te peto. Uale ex Medio
lano. Idib⁹ Octobrib⁹. M.cccc.l.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Ioãni Mario filio ſal.

a Udio te functum Maſſilie magiſtratu ⁊ eo quidem nõ me
diocri tua cum laude: id quod me plurimum delectat. Tua em̃ laus
omnis noſtra eſt. Reliquũ eſt: ne temp⁹ vacuũ labi patiaris: quod
eo magis facẽ debes: quo meli⁹ tibi ⁊ vxori familieq̃ cõſulas. Qua
re da operam: ne iſtic fruſtra tibi temp⁹ teratur. Si Renat⁹ rex te
charum habet: vt ſolet ꝓ humanitate ⁊ munificentia ingenij ſui: cũ
cunctis in reb⁹ ſequaris: iubeo. Quod ſi ſecus fortuna tulerit: te in
Italiam recipe. ⁊ ibi malis eſſe vbi aliquo numero ſis: vt inq̃t Cice-
ro: q̃ iſtic: vbi ſol⁹ ſapere videare. Expecto mathematicũ illud opus
de quo ſcripſiſti ad me antea. Et ſi quid grecoꝝ librorũ offenderis.
Cura vt valeas: teq̃ ab immĩnẽti peſtilentie morbo quoad poſſis: i
columem reddas. Uale Ex Mediolano. vi. kalen. Nouembres
M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Blaſio Axeretenſi
equiti aurato ſalutem.

q Uid tamdiu ruri tenearis: ignoro: ꝑſertim cum neq̃ ficus
ruri: neq̃ vua: neq̃ pomoꝝ quicq̃ offendit. Sed caſtanee te fortaſ
ſe delectant: que quoniam ſpirit⁹ ſunt pleniſſime ne lateri tibi noce
ant caue. Nam ſi ijs vtaris familiari⁹: ventris crepitum nunq̃ vi-
tes. Ego plãtas ficulneas indies expecto. Uale ex Mediolano. iiij
kal. Nouembres. M.cccc.l.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Thomę fregoſo ſalutem plurimam dicit

n On poſſum profecto non mirari: q̄ non modo petenti mihi tam ſępe Mediolanenſia noſtra cōuiuia quę tibi legenda commodaram: non tandem reddideris: ſed ne reſponderis quidem creberrimis epiſtolis meis. Nam ⁊ ocium tibi nōnunq̄ꝫ datum intelligo: quo etiam ſi vacaſſes: officio te fungi oportuit. ⁊ librarijs minime cares: qui tum mihi tuo nomīe reſponderent per epiſtolas: tum cōuiuia ipſi ſi te forte delectaſſent: facile tranſcriberent. Quod ſi librarij quoqꝫ et notarij defuiſſent: at nummis abundabas abundaſqꝫ. Quare fuiſſet vel liberalitatis vel officij tui non tamdiu ſilentium egiſſe: pręſertim cum ſatyro. qui nihil ſolet humanis in rebꝰ intactum relinquere: quo vel vicio: vel laudi dandum cenſeat. Accedit ad rem beniuolentia erga te mea: quā eſſe maximā noſti. Quapropter etiam atqꝫ etiam te rogo: vt me tuū perpetuo fore patiare. Nam ſi neqꝫ mea mihi cōuiuia reſtituis: neqꝫ reſpondes. quicq̄ꝫ obſeruantiam erga te meam non ſolum negligis: ſed etiam cōtemnis. Vale Ex Mediolano pridie kalendas Nouembres. Anno a natali Chriſtiano. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao fregoſo Genuenſium pręfecto ſalutem

q Uantam mihi iucūditatez afferat tua omnis dignitas: ſcio te non latere. Nam amorem erga te meum haud nūc primum intelligis. Quid enī te non ſemper amarim. quē ab ineunte ętate ſemper magnum ac pręſtantem virum fore cognoſſem? Nulla certe ex parte me de te mea fefellit opinio. Magna ſunt fundamenta virtutis: quibus qui ſolide nititur: mirabili incremento cum die auctus ſurgit in gloriam. Jeciſti tu quidem mi Nicolae pulcherrima laudis fundamenta adhuc puer: quibus perpetuo quodam: vt ita dixerim: probitatis pariete ſic in hanc vſqꝫ ętatem reſpondiſti: vt cunctis in rebus pro tua prudentia fortunam obſequentem habueris. Nam fortuna ſiqua tandem ea ſit: nunq̄ꝫ inertibus. nunq̄ꝫ inanis fauet. ſed induſtrios ⁊ ſtrenuos homines planeqꝫ prudentes ad res maximas ſemper vel comitatur vel ſequitur. Tu igitur v̄tutis gradibus per egregia deinceps facinora ad genuenſem pręfecturā non difficile es euectus. Hanc velim ita exiſtimes te adeptum: vt nullo fortunę obſequio potuiſſe intelligas. niſi virtutis ductu ac pręſidio vſus es. Quod cū ita ſit: reliquū eſt vt quibus artibꝰ hanc es digni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tatem aſſecutus:eiſdem quoqꝫ ſuſtineas atqꝫ tueare. Non enim ſo
lum ornatu ⁊ oratione atqꝫ honore:vt docet Ariſtoteles cęteris eū
pręſtare oportet:qui illuſtri ſit loco excelſoqꝫ conſtitutus :ſed mul-
to etiam magis totius vitę morumqꝫ grauitate ⁊ cōſtantia. Nam
quanti faciūda ſit veſtitus elegantia ⁊ magnificentia:oſtendit So
lon:quem in eo genere gallum Croeſo prętuliſſe accepim⁹. Quę ſit
in dicendo ſeruāda dgnitas:quę maieſtas:nō paryſatis modo Ar-
taxerxis mater ſed norūt etiam hiſtriones ⁊ vniuerſa theatralis tur
ba:qua nihil humilius nihil abiectius. Tyranni pręterea non mi-
nus q̄ꝫ reges honorantur. Eo em̄ aſſentatores confluūt:vbi pluri-
mum tum ineptę fortunę:tum leuitatis ⁊ ſtulticię abūdare aduer-
terint. Nec eos pudet modo quid cōmodi ſe adepturos putent pręſ
tare omne famulatus obſequium. Ut autem huiuſmodi hominū
colluuio arcenda a nobis eſt:ita doctiſſimorū grauiſſimorumqꝫ vi-
rorum conſuetudine aſſidue vtendum:quo eorum prudentia vel in
ſtituti:vel confirmati meliores in dies ſimus. Et quod Theophra
ſtus Alexandrum monuiſſe traditur:libri q̄ꝫplurimi comparandi
ſunt:quo ſcriptis horum admoniti quę amici principib⁹ dicere ve-
rentur:quid ſequendum aut non ſequendum ſit:teneam⁹. Sic em̄
cum alia multa:tum etiam qui ornatus:quę oratio: qui honos no-
bis cōueniat non ignorabim⁹. Sic ad Porſenam qui occidendum
acceſſit:eum offendiſſet huiuſmodi nugis cęteros antecellere:fortaſ
ſe non re infecta rediyſſet ad ſuos. Nec dariy mater Hephęſtionem
pro Alexandro adoraſſet:ſi aut exteriore corporis cultu aut verbo-
rum faſtu:aut honorationis inſolentia maiorem Hephęſtione vi-
diſſet Alexandrum. Laudatur a ſapieneib⁹ non Ageſilaus rex mo
do:ſed vniuerſi Lacedęmoniy:quod ⁊ amictu admodum vili:⁊ ſer
mone breui ac ſimplici:⁊ veluti quadam vitę victuſqꝫ atqꝫ morum
ęqualitate vterentur. Itaqꝫ ingenti illo vulnere a. M. Attilio re-
gulo perculſi Carthaginenſes:non Croeſum non Sardanapalum
non Xerxem aliquem:ſed Lacedęmonium Xanthippum ſuis af-
flictis rebus pręficientes e victis victores euaſerunt Sola quidem
virtus eſt:quę nullis huiuſmodi ornat⁹ inſignibus ⁊ inſignis eſt et
ornatu omni ornatior:quę nullis decorata ꝟbis ſeſe ipſa decorandā
oſtēdit:quę ſi a nemine etiā honoraret̃:cunctis eſt honorabil'. Uir-
tutē ergo ipſam mi Nicolae ſi tuo ſemp comitatu cōtubernioqꝫ di-
gnaberis:ſi hāc tibi ſociā ſi ſodalem aſſumes:ſi cūctis hāc tuis actio
nibus non modo intereſſe:ſed pręeſſe voles:nulli te vnquam errato

Ingenti vulnere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

facies obnoxium. Uerum ita velim virtutem abs te coli: vt eā nul
lam eſſe ducas: quę deo vacet. Nam quęcūq; a priſcis illis vel ſapiē
tibus: vel ſapientię ſtudioſis virtutum nominibus appellantur ne-
quaq̄ȝ virtutes ſunt: ſed veluti adumbrata quędam ſimulacra vir-
tutum. Nam vera ⁊ incommutabilis virt⁹ ſapientia eſt: quę nihil
fictum: nihil ſimulatum admittit: ſed ad veritatem cęleſtium rerū
tota deumq; refertur. Omnis autem ſcientia hęc inferior. ⁊ ſciētię
partes: quas actiuas ⁊ moralis virtutes dicim⁹: ita virtutem ſapi-
unt: ſi ſapientię ſe coiunxerint. Nam ſciētia omnis huiuſmodi quę
ſapientia ⁊ manca eſt ⁊ debilis nullorumq; neruorum Quem enim
prudentem dixero: quem iuſtum: quem liberalem: quem forti ⁊ ma
gno animo virum: quem deniq; modeſtum frugi. temperatem: qui
principem atq; reginam virtutum omnium quam ſapientiam dici
mus: ignorarit: Nihil igitur tibi agendum arbitror: quod non te-
cum antea diu ſis multumq; meditatus. Nulli autem cogitat⁹ tui
veritate ⁊ deo vacare debent. Hoc pręſente atq; arbitro et conſiderā
da tibi ⁊ dicēda. et agenda ſunt omnia. In cunctis autem ⁊ verbis
et rebus fides ſeruanda eſt. Huic enim vni quę iuſticia minus niti-
tur: iuſticia eſſe nullo pacto poteſt. Homo vero iuſticia vacuus ſimi
lis eſt immanium belluarum. Nulla re alia Ariſtides ⁊ dictus ē et
exiſtimat⁹ vir optim⁹: niſi ꝙ iuſtiſſimus haberet. Eandem ſibi cum
de ſe opinionem. M. Cato apud Romanos comparaſſet: ingentē
eſt laudem aſſecut⁹. Et quoniam vt monere Bias cōſueuit: magi-
ſtratus virum demonſtrat: danda tibi eſt opa vt non min⁹ ipſe di-
gnus magiſtratu exiſtimeris: q̄ȝ te magiſtrat⁹. Sunt enī nonnulli
qui nulla virtute fręti cum in aliquem dignitatis gradum aſcende-
rint: ſuperbiūt ilico. et ita cunctos inſolentiſſime dedignātur: vt ſeip
ſos dedignari videant. Quare vt facilitatem: imprimis amplecta-
re: te non ſolum hortor: ſed etiam rogo. Nam qui ſe difficilem adeū
tibus prębent: plerūq; in nomen moroſitatis incurrūt. Et reſpon-
dendum eſt omnib⁹ et bene reſpondendum: ne aut cōtumelioſi: aut
ſuperbi iudicemur. Quam ſit non modo negligentia ⁊ deſidia ī ma-
giſtratibus ⁊ pręſidib⁹: ſed ocium etiam fugiēdum: ſatis eo mone-
mur exemplo: quo anus illa paupercula Philippum regem non in
ſulſe cauillata eſt. Nam cum eſſet huic cōtrouerſia apud regem quā
is ſepe multumq; rogat⁹: vt audiret atq; iudicaret: reſpondit ſe oci-
oſum non eſſe: tūc anus exclamauit: inquiens Noli te igitur regem
eſſe. Quod quidem dictum Philipp⁹ vt erat vir prudentiſſim⁹ ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

miratus:non illam ſolum:ſed alios quoqꝫ continuo audiuit:ꝛ ſolli citudine liberauit. Quare tum labore indulgendum: tum grauitati ſtudendum eſt:quę tūc maxime ſeruetur:ſi lenitate ſeueritas condiatur. Nam cum lenitas nimia lenitudinis nomen ſubit:tum immoderata ſeueritas in ſeuiciam labitur. Nec admodum exhilaratā faciem probo:nec item ſupra modum triſtem:ſed talem ſane:quę veluti mixtam Lelij et Scipionis quam tradunt:faciem repręſentet Uocem neqꝫ comicam neqꝫ tragicam velim:ſed quę inter contentionem ac ſermonem media quędam ſit. Inceſſum etiam ipſum ad mediocritatem referri cupio ne aut viatorum:aut pompam agentium ſimiles ſimus. Ea conſtantię ratio eſt habenda:vt idem ſemper velle:non ſemper facere:aut dicere contendamus. Id autem maxime tuebimur:ſi rerum:hominum:locorum:ac temporum diſcrimē habuerimus:ſi callidi:diligentes:prudenteſqꝫ fuerimus. Cum alię multę illuſtreſqꝫ virtutes requiri in principibꝰ ꝛ magiſtratibus ſolent:tum innocentia ꝛ abſtinentia non vulgares habentur. Quid enim turpius:qꝫ venalem habere rempublicam? Quid fœdius:qꝫ quod iuſticia debet:et mercede fiat:et pręmio? Alij corrupti argento vim afferunt legibus. Alij aut ducti promiſſis rei concupitę:aut tetra libidine occęcati ſe iniuriarum licitatores faciunt: quos propulſatores vltoreſqꝫ oportuit. Et qui non manus ꝛ oculos ſolum: vt Pericles monebat Sophoclen:abſtinentis habere debeant:ſed mentem etiam ꝛ cogitationem omnem:hi per omnem auaricię ꝛ incontinentię labem ac dedecus volutantur. Ut autez cauendum eſt: ne metu fracti quod rectum eſt deſeramus:ita quoqꝫ nos conuenit turbulentiſſimos iracundię indignationis motus cohibere. Iratus enim nunqꝫ recte iudicet. Quam quidem ſententiam ſecutus Ariſtides villicum qui deliquerat:punire iratus noluit. Et Alexāder Macedo quos per iram amicos interemiſſet: ita doluit:vt vix ab ſe manus abſtinuerit. Non igitur abſurde Aiacem poetę ferunt prę iracundię vehementia in inſaniam actum. Quamobrem non ego illum fortem dicendum putem:qui agēdis in rebus comite ira vtitur:ſed audacem potius ac plane inſanum. Nam furentes ꝛ inſani homines agunt quandoqꝫ multa non ratione ꝛ conſilio:ſꝫ quadam caſus temeritate:quę ſpecie quapiam fortitudinis laudantur a ſtultis:ꝛ prudentibus enim grauiſſimiſqꝫ viris non modo nō laudantur:ſed vitio eis dantur. Cum ad pœnam accedimus:ita iuſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

cię faueamus: vt miſericordiam exoſi minime cenſeamur. Atqꝫ ope
ra danda eſt: vt quantum in nobis ſit: nulla detur cauſa puniendi.
Accidit enim quandoqꝫ idqꝫ in vrbibus factionum plenis: vt ma-
giſtratuum ac principum vel ſuaſione: vel confidentia multi multa
et ipſi perpetrent per iniuriam: et alijs perpetrandi cauſam afferant.
Delinquentes autem ita ſunt plectendi: vt nulla id odij acerbitate:
ſed lege: ſed ęquo ⁊ bono fieri videatur. Curādumqꝫ eſt maxime: ne
ſeditiones fiant in ciuitate: ne ſimultates inimicicięqꝫ alantur: quę
tum potiſſimum ſolent accidere: cum nō ęquo iure cum ciuibus vti
tur: cum non eadem bonis aut pręmia aut commoda redduntur.
Improbis vero poenę aut detrimēta. Quę quidem errata in factio
nibus vigent maxime. Nam homines factioſi quo ſe potentiores
efficiant: concordiam tollunt: pacem quietemqꝫ perturbant: ⁊ rerū
publicarum ſtatum funditus euertunt. Hęc autem horumqꝫ ſimi-
lia nunqꝫ recte ſeruemus: niſi nobiſcum ipſi ante cōueniamus. Pa-
reat igitur in nobis rationi appetitꝰ: libido volūtati cedat. Pertur-
bationum omnium vehemētiores motus ſi tollere omnino nō poſ-
ſumus: ſedare ſaltem mitigareqꝫ ſtudeamꝰ. Nam quo pacto alios
moderetur: qui ſeipſum nequit? Num quod in alijs vituperamus
laudemus in nobis. Qui alios puniamꝰ: ſi nobis ignoſcimus? An
ignoramꝰ eam eſſe ſubiectorum priuatorumqꝫ naturam: vt magi-
ſtratuū ⁊ principum facta imitent̄? Si alios iuſtos ⁊ bonos volu-
mus: ne mali ipſi iniuſtiqꝫ videamur: nitendum eſt. Ciuitatum foe-
licitas a bonitate principum proficiſcit̄. Ubi iuſticię locꝰ datur: ibi
diſcordię locus eſſe non poteſt. Eſt em̄ diſcordia totius ſeditionis ⁊
belli ſeruitutiſqꝫ fundamētum. Concordię igitur qua vna reſpubli
cę ⁊ ſeruantur et creſcūt: tum maxime conſolamus cum prępceptis
iuſticię inſtitutiſqꝫ paruerimus Iuſti autem ſumus: ſi pietatez qua
religioſiſſime deum colimus preſentem ſemper corāmqꝫ habuerimꝰ
Omnis em̄ humana iuſticia niſi a diuina manarit: quę pietas eſt:
eam eſſe iniuſticiam ſummam reor. Quis illum ambigat: qui deum
non vereatur: homines etiam contemnere? Quos aut cōtemnimꝰ:
quibus eos vel iniurijs: vel contumelijs afficere dubitemus? prę ſer
tim oblata impunitate. At vir bonus atqꝫ idem ſapiens ſi nullꝰ eti
am neqꝫ deus nec homo ſit metuendus: flagitium tamen ⁊ improbi
tatem abominabitur: nec quid reliqui aut diſſimulēt: aut ignorēt:
ſed quid ipſe de ſe ſentiat: cogitabit. Hęc tibi quanqꝫ pro tua prudē

tia non ignota eſſe cenſebam: volui tamen p̄ meo erga te ſtudio in-
telligeres eadem mihi quoqꝫ videri: q̄ ipſe ꝑ omnem vitam obſerua-
re didiciſſes: quo veteris doctoris tui iudicio confirmat⁹: virtutem
atqꝫ ſapiam cunctis reb⁹ mortalib⁹ anteponas. Sic em̄ non tam
a pręfecture ornat⁹ magiſtratu: q̄ꝫ pręfecturā ornaſſe iudicaberis.
Uale Ex Mediolano. nonis Nouēbrib⁹. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Ciccho Calabro du
cali ſecretario ſalutem.

d Ixiſti cū hinc eſſes abitur⁹ laudem: ad triduū fore: vt quas
iuſſerat p̄nceps pecunię mihi indubitato redderent. Quatriduū iā
aduenit: ⁊ de pecuniis v̄bum nullū. Itaqꝫ te rogo: ne iuſſa p̄ncipis
fruſtra tuę fideȷ̄ mādata videantur: q̄ꝫ diligētiſſime cures. Uale Ex
Mediolano. viij. Id⁹ Nouēbres. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Joāni calabro ſalu.

q Uanti facias meum in te amorem: non ſum neſcius. Itaqꝫ
te rogo plurimū: vt quod mihi v̄bis p̄cipis ſignificaſti: factū iri q̄ꝫ
primū cures. Id erit mihi tam gratū: q̄ꝫ quod gratiſſimū. Uale ex
Mediolano. viij. Id⁹ Nouembrib⁹. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio
philoſopho ac medico ſalutem

d Eſideraui iā diu litteras tuas: rurſuſqꝫ deſidero. Itaqꝫ ſi me
amas: id q̄d eſt mihi clarius luce: noli cōmittere: vt te vel negligen-
tię noīe vel obliuionis crimine accuſem. Uale ex Mediolano. viij.
Idus Nouēbres. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Franciſco barbaro
ſalutem plurimam dicit

p Erſępe litteras ad te dedi: quib⁹ quod erat vel officij: vel hu
manitatis tuę non petieram modo: ſed ſummis te precib⁹ obſecrarā
Quod autem nihil reſponderis: aſcribo occupationibus tuis: quib⁹
vt exiſtimo: impeditus: cū priuatis: tum publicis in rebus: nec no-
bis potueris: nec αὐτῇ τῇ ἀθηνᾷ ſatiſfacere. Accedit ad rem
ὁ τοῦ συγγαμβροῦ σοῦ φόνος: quo te non mediocri-
ter angi puto. Sed tu velim omnia pro tua ſapientia moderęris:
operamqꝫ des: quoad eius pręſtari a te poteſt: vt omnes intelli-
gant: nulli eſſe Uenetijs ſeditioni et ciuili diſcordię locum. Nec
enim te latet Agathonis dictum ſolo vno priuari deum: infecta
facere: quę facta ſint. Malum praeterea malo accumulare quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

non eſt prudentię. Itaqꝫ et magnum te virum ⁊ prudentem: ⁊ moderatum vt pręſentibꝰ poſteriſqꝫ oſtendas: operę precium arbitror. Uale ex Mediolano. vij. Idus Nouēbres. Anno a Natali chriſtiano. . M.cccc.l.

Franciſcus philelfus Bernardo Iuſtiniano ſalutem dicit plurimam

q Uoniam totus pythagoreus factus es: nihil peto: vt reſpōdeas quanq̄ꝫ loquendi pythagoras: non ſcribendi ſilentium iuſſit. Tuos filios vt et cui ⁊ aui ſimilis effici patiaris: rogo: petoqꝫ vt meos mihi libellos reddi cures. Uale Ex Mediolano. vij. Idꝰ Nouembres. . M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Petro perleoni. ſalutem plurimam dicit

e Binis litteris tuis quas proxime ad me dederas: poſteriores accepi: priores autem miſſas audiui: ſed nuſquam vidi De re tua nihil habeo: quod ad te ſcribam. Nam̄ ea ignaris etiam nobis tentata fuerat apud principem per tuum ariminenſem ſcribam: cui quod cuperes: litteris declararas Reſpondit princeps: vt eſt mihi renunciatum: ſatis ſibi vnum Philelfum eſſe: nec pati aut rem aut tempꝰ impenſam aliam: pręſertim non neceſſariam. Idem etiam ſenatus reſpondit. Quare cum inutilem futuram cenſuerim meam omnem ſuaſionem: ſilentium agere inſtitui. Neqꝫ omiſi tamen: quin cum Nicolao Arcimboldo ſenatore grauiſſimo ⁊ ſapientiſſimo iuriſconſulto rem ipſam commentarer: qui idem quoqꝫ ipſe reſpondit: quod cęteros audieram. Doleo hanc temporum conditionem nobis oblatam. Tu velim: prudenter conſulas rei tuę βηευτάριον ὡσ οἱ Δασ αρχει βονωνιάσ γράφον περὶ σοῦ προσ ἀυτον. Uale ex Medolano. vij. Idibus Nouembres. M.cccc.l.

Franciſcus philelfus. Ioanni euangeliſtę fratri heremitano ſalutem.

n Ec inferre cuiq̄ꝫ ſum iniuriam vnq̄ꝫ ſolitus: nec ferre contumeliam. Itaqꝫ monendus viſus es: vt cœptis abſtineas: ne et inanis conatus tuos tacito cogitationis conuicio tandem accuſes: et mihi argumentum afferas iure vlciſcendi. Quod ſi priſtinā amiciciam noſtram volutare animo volueris: nihil fruſtra tētabis. Pręterea non te debet cœpiſſe obliuio: et quę locutus: ⁊ quę moli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tus fueris in principem noſtrum proximę tyrannidis tempeſtate. Nec ſi efferantur in lucem: te puto: poeniteat totius conatus tui. Nec longe fuerint arceſſendi teſtes. Nam ⁊ vicinia tua omnis et tui ordinis ſocij et ſodales: item commanduconeſq; tui conſtantiſſima teſtimonia aduerſus te ferant. Paucis te admonui. Tu ne mihi ſtomachum moueas: caue. Uale Mediolani Ex ędib⁹ noſtris ſexto Idus Nouembres. Anno a Natali Chriſtiano. Milleſimo CCCC.L.

¶ Franciſcus philelfus. Memmo epiſcopo Croſſetano ſalutem dicit

d Ederamus ad te anno ſuperiore duo illa prima lyrici noſtri operis carmina: quod modo ſum⁹ aggreſſi. Ea quoniam tibi vt audiui: reddita non ſunt: idcirco rurſus mittenda ſtatui: vt intelligeres nullo neq; locorum interuallo: nec temporum longitudine ceſſauiſſe amorem erga te meum. Uale ⁊ ſiquid iſtic meum eſſe noris: facito intelligam id tibi eſſe chariſſimū. Ex Mediolano. vi. Idus. Nouembres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Dominico Mauro ſalutem dicit.

v . Ir quidam grauis ac probus qui nuper a vobis reuertiſſet Mediolanum: mihi neq; petenti: neq; cogitanti renunciauit te de me dignos diſſeminare ſermones. Id autem ego de te minime ſum mirat⁹: qui ita loquaris: vt es ⁊ natus et altus: et educatus. Reliquū eſt: vt non minus honeſte de te iure audias: q̄ꝫ pro morib⁹ tuis de Philelfo tuo locutus es. Uale Ex Mediolano. x. kalēdas. Decembres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus Philelfus: Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſalutem

r Eddita mihi ſunt vna cum litteris tuis opuſcula: quę miſiſti. Et habeo tibi gratias. Reliquū eſt: vt cum tercius liber de exilio tibi redditus fuerit: eum ad me des q̄ꝫprimum. Uelim etiam q̄ꝫ diligentiſſime odoreris: quid de ſecundo eiuſdem operis libro: quid de Mediolanenſibus cōuiuijs: quid de ijs Hippocratis libris quos in latinum vertimus: actum ſit. Nam hęc omnia ad Leonardum Iuſtinianum virum patricium ⁊ de me optime meritum legēdi gratia dederamus. Quare vt et hęc ſingula ⁊ Coſmianam orationē ab illius ſummi viri nobiliſſimo filio Bernardo petas: atq; mit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tas ad me: te valde rogo. Audio iſtic. D. M. petulātiſſime de me loqui. Et ne id quidem miror. Raro fit enī vt impur⁹ adoleſcēs in probū ⁊ flagitioſum virū non corruat. Iſtum tamē moneri cupio. Philelfo bilem ne moueat: ne q̄ falſo alteri obijcit: id in ſeſe ac liquido cū agnorit: ſtulticie ſue poeniteat. Nam canis hic q̄d Diogenes dicere cauillariq; cōſueuit: betis iſto veſcit. Nouit aūt ipſe: ⁊ qualis eſt: ⁊ qualib⁹ natus. Ego nulli⁹ opis diuina benignitate in pñtia indigeo. Nam omnia mihi apud hūc liberaliſſimū principem ſecūda ſunt planeq; foelicia: q̄ ſi leuiſſim⁹ iſte nebulo cōſiderare voluerit: ſe ſe inſanie arguet. Que idcirco ad te ſcripſi vt hoīem moneas: ne cū detrahit bonis viris ſuiq; diſſimilib⁹: ſibi ipſe tandem iraſcat. Vale ex Medolano. x. kal'. Decēbres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus philelfus. Baptiſte Sacche barocio ſalutem dicit

Ita velim officio tuo vti: vt id mihi cōmodo ſit: nō incōmodo. Quare ne mihi longius v̄ba des: huic nūcio ⁊ epiſtolarū codicem: et Ariſtotelis particulam ad me dato. Vale Mediolani Ex edibus noſtris. x. kal'. Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Baldo martyrello ſal.

Quod iampridem de Gaſpare librario ſuſpicabar: duct⁹ vel quadam φυσεονομίας recōdita ratione id perſpicue tandem erupit in lucem. Quam mihi rōnem fingit homo impudentiſſim⁹? quam lacernā blactit? Nūm ego lacerna vtor? aut vſus vnq; ſum? Num petij? Num p̄miſi? Num meo nomīe cuiq; dedit? Non eſt apud me chirographum ei⁹: quo ratio noſtra omnis cōtinet. Sed miror p̄fecto te: qui noris incōſtantiam ⁊ leuitatem homīs mēdaciſſimi in Eneidos codice: ⁊ mihi tamē impedimento ſis: quaſi is nō faciat: dum mea mihi non reſtituit: ſed patiatur iniuriam. Prudentius egeris: ſi hominis impudentiam acriter caſtigaueris. Vale Balbum noſtrum ſaluū eſſe cupio. Ex Mediolano. vij. kalendas Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus philelfus Facino forobronuncianenſi ſalutem plu. di.

Quod mihi abiens verbum non feceris: feciſti tu quidem inhumane: id quod non tam moribus tuis qui ſunt humaniſſimi: dādum velim: q̄ liberalitati calabri noſtri Cicchi: qui dum vi nūmorum te obruit: facit oblitum amicicie noſtre. Quare peto abs te: vt

vt roges meo nomine: ne te nummoſiorem efficiat: quo in amicos ſis diligentior: addaſqꝫ ſe mihi gratiſſimam rem facturum: ſi negocium meum confecerit apud principem: idqꝫ et q̄ꝫprimum ⁊ ex ſententia noſtra. Quam ipſam rem vt etiam tu q̄ꝫdiligētiſſime cures: maiorem in modum a te contendo. Uale Ex Medialano. vij. kal' Decembres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Ciccho Calabro ducali ſecretario ſalutem

R Em meam vt apud principem cures: tanto ſtudio te rogo: vt maiore vix aliud quicqꝫ poſſum. Non ea mihi cōditio eſt: vt moram pati liceat: id quod tibi eſſe perſpicuū non ſum neſcius. Noui preterea occupationes tuas. Quo fit: vt vel importuniorem me p̄beam. Cedit em̄ neceſſitati pudor. Itaqꝫ velim: omnia pro tua prudentia modereris. Uale ex Mediolano. vij. kalendas Decembres M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Blondo Flauio ſal.

P Ercunctanti quotidie ſepiſſime de te mihi tandem eſt renūciatum te Ferariam conceſſiſſe: habereqꝫ perbelle. Que res me quāta voluptate affecerit: conſiderari abs te malo q̄ꝫ dici a me: qui eo te amore complexus ſum: vt alium magis neminem Quod autem in hanc diem nihil ad me ſcripſeris nō mediocriter ſum miratus. Nō enim es neſcius: q̄ꝫ mihi iucūde eſſe debeant tue ſecunde res omnes quas eque mihi atqꝫ tibi ſecundas ſemper iudicarim. Itaqꝫ tue liberalitatis munus erit: ſi me feceris q̄ꝫprimum certiorem de omni ſtatu tuo: quem indies ab immortali deo magis magiſqꝫ fortunari non ſolum cupio: ſed etiam opto. Uale ⁊ clariſſimo philoſopho Nicolao Uario: et eloquentiſſimo viro Guaryno veronenſi ſalutem meo nomine plurimam dicito. Ex Mediolano. vij. kalen. Decembres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Ioāni Auriſpe ſalu.

C Retēſis quidā auceps qui noīe tui p̄cipis accipitres ad Ceſarē hūc nr̄m nup̄ dono tulerat: fecit me certiorē te mō e Romanā curia Ferrariā reuertiſſe. Itaqꝫ mei ſum officij arbitrat⁹: vt te viſerem meis litteris: ⁊ de omni meo ſtatu doctiorem facerem. Omniū primum quod tibi eſſe nō ingratum exiſtimo: ⁊ valeo ipſe quidem: et huic humaniſſimo principi ſum cariſſim⁹. Nummorum autem tantundem mihi nunc eſt, quantum antea ſemper. hoc eſt eque ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nihil πολυσοφίσ ἢ πολύπλουτίασ magis delector ho-
ſpicio. Et hec de me. Cupio nūices verbis meis noſtro amiciſſimo
Blondo Flauio me poſtea q̄ȝ a nobis abiȷ̄t quedam ſcripſiſſe: que
Gaſpari ſuo vel noſtro potius non inutilia fore ſit putaturus. Hec
mittam ad eum, cum me docuerit, quem tandem in portum omni-
no ſe receperit Itaqȝ velim etiam ex te ſcire. ⁊ quid agat et quo ī ſta
tu res ſuas collocarit. ſit ne in Romanam curiam profecturus. an
iſtic futurꝰ diutius. Idem quoqȝ vt de teipſo intelligam. facito. quo
ſciam. quo ī loco te ſint noſtre littere offenſure. Preterea ſiquid no
ui es nactꝰ. quod maxime muſarum interſit. cura. vt norim. vel po
tius. vt id mihi cōmune ſit tecum. Uale ex Mediolano. vi. kalen.
Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus philelfus. Ciccho calabro duca
li ſecretario ſalutem dicit

m Etue perhumane amiciſſimeqȝ littere non modo recrea-
rūt. ſed etiam mirifice refecerunt. Nec dubito que ſcripſiſti ex ani-
mi ſententia eſſe a te ſcripta. modo quemadmodum ipſe benigne cu
pis: ita etiam reliqua iuſſa principis exequātur. Uale ex Medio-
lano. vi. kal'. Decēbres. M. cccc. l.

¶ Franciſcus philelfus. Ciccho calabro du
cali ſecretario ſalutem

d Ere pecuniaria quid mihi ſperandum ſit: non ſatis intelli-
go. Cōueni vtrūqȝ Antonium ⁊ Boſſium. et longum. quorum al-
ter pecuniam dicit nondum eſſe allatam. At Longus addit nihil
etiam de ea mihi ſperandum eſſe Nam illam omnem deberi atqȝ de
cretū eſſe auūculo tuo Angelo Simonete. Itaqȝ te rogo: des ope-
ram: ne diutius res trahatur. Uale Ex Mediolano ſexto kalēdas
Decembres. M. cccc. l.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Ioāni calabro ſal.

r Eddidi tuas lrās Antonio longo. quibus is lectis mihi re-
ſpondit diligētiſſime ad ſeſe de me ſcriptum: ac ſe cupere mihi admo
dū gratificari: ſed nequaqȝ poſſe. Nam ſibi eiuſmodi pecunias eſſe
nullas. Itaqȝ aliūde conſuli oportere: quoniā quicq̄d nummoꝝ ex
papienſi illa ratione in hāc vrbem afferet id omne ꝯſtitutū eſſe An
gelo Simonete auūculo tuo. Tibi aūt mi Ioānes habeo grās: qui
quantū in te fuit: volūtati mee ſatiſfeciſti cumulatiſſime. Uale Ex
Mediolano. vi. kal'. Decembres. M. cccc. l.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſalutem

n Oſti eam eſſe ſapiētum viroꝝ ſentētiam nihil accidere per-
nicioſius ſenectuti q̄ꝫ animi relaxationem. Ea em̄ ingenīj vis quaꝫ
iuuentę feruoꝛ excitabat: iam ſpiritali ſanguis fomēto veluti tepeſcē
te paulatim habet/vbi diligētia ꝛ ꝑpetuo quodam ſtudio minꝰ acu
atur. Itaqꝫ non abſurde monēt. qui pręcipiūt eſſe in huiōi ętate la-
boꝛes coꝛpoꝛis minuēdos ad augēdos autem animi Quanq̄ꝫ haud
ſcio: q̄ꝫ ocioſa vita cōducat coꝛpi. Videmus certe apud Homerum
Neſtoꝛem ꝛ animi et coꝛpoꝛis viribus ęque delectari. Ego autem
puto in omni ętate mediocritatem eſſe ſeruādam. ꝛ ita agēdum: vt
nihil nimis: nihil parum. Intētionem remiſſione cēſeo condiendā.
At relaxari qui velit: languidę cuiuſdam pecudis ſimilimum iudi-
co. Quoꝛſum hec? Iampridem nihil ad me ſcribis vel q̄ꝫ plurimis
lr̄is ꝓuocatꝰ. Nihil eſſe in cauſa aliud opinoꝛ q̄ꝫ ſenium. Quare te
rogo: vt ꝛ tui et muſarum iam incipias reminiſci. Mihiqꝫ aliq̄d re
ſponde. ne vel ſenectutem in te accuſem vel obliuionem. vel negligē-
tiam. Vale ex Mediolano. vi. kal'. Decēbres. M. cccc. l

¶ Franciſcus philelfus. Aeneę ſiluio epiſcopo Senenſi ſalutem

a Ccepi te Senę declaratum epiſcopum: quod ꝛ tibi. ꝛ Senē
ſibꝰ vehementer gratuloꝛ. Vtriſqꝫ em̄ recte cōſultum puto. Nam
et tu viues in patria. viues cum tuis. viues trāquille. viues cum di
gnitate. et Senēſes eum pontificē ſunt adepti: qui ſit integerrimꝰ:
innocentiſſimꝰ: doctiſſimꝰ. Reliquū eſt: vt quandoquidem liberale
tandem ocium nactus es: ea bona: quę tibi natura q̄ꝫ affluentiſſime
largita eſt ꝛ obſerues: et colas. Vales ingenio: eruditione: eloquen-
tia. Hęc tibi ſunt omnia excitāda. Curandumqꝫ vt nō tibi ſolum.
ſed bonis omnibꝰ: nō modo viuis atqꝫ pręſentibꝰ: ſed vniuerſę quo
qꝫ poſteritati natus videare. Videre nōnullos cōſueuimus: qui in
pauptate frugi ꝛ induſtrīj extiterūt. At ījdem vbi rebꝰ lętioribꝰ vti
coepiſſent: cum dignieate ꝛ opibꝰ deſidiam etiam admiſerūt ꝛ negli
gentiam. Quod etſi de te minime verēdum arbitroꝛ: facit tamē in-
credibilis amoꝛ erga te meus vt vel currētem adhoꝛtari audeā. Si
cum eſſes ꝛ epiſcopꝰ tergeſtinus ꝛ regis Romanoꝛum ſecretarius
ac idem ſepiſſime ꝑ illo pꝛīcipe oꝛatoꝛ: tum ad pontificem maximū
tum ad Floꝛētiſſimas oꝛbis terrarum reſpublicas ac dominos: ſem
per aliquid egregium lectitabas: dicebas: ſcribebas. Quid te nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

agere opoꝛtet tātum leuatum laboꝛum mole. Noli obſecro pati. vt vel punctum aliquod tempoꝛis tibi vacuū labatur Non parum ꝓdeſſe poteris ꝛ tuis et alienis. ſi tuos grauiſſimos cogitatus acutiſſimaqȝ inuenta litterarum monumētis commendabis Pone tibi ante oculos pontificem noſtrum Ambꝛaſium. aurelium Auguſtinū Joannem Chryſoſtomum. Utrūqȝ Gregoꝛium: qui cum ipſi quoqȝ eſſent epīcopi ꝛ infinitis fere occupationibꝰ obꝛuti: quot tamen et quanta quāqȝ ſalutifera volumina lucubrarūt? Quid enim aut magnum Baſilium. aut Euſebium. Hieronymum abbates memi nero quoꝛum poene infinitis elegantiſſimiſqȝ libꝛis et Italia pollet et Grecia. Chryſtianiqȝ omnes mirifice iuuant. Sed longioꝛ ſum q̄ȝ debeo: preſertim tecum pontifice prudentiſſimo. Uale Ex Mediolano. vi. kal'. Decembꝛes. M.cccc.l.

Francisci philelfi Epiſtolarum Liber Octauꝰ.

Franciſcus philelfus. Renato Regi ſalutem plurimā dicit.

Oannes Marius filius cum nuper Mediolanum mei viſendi gratia rediſſet: cum aduentu ſuo cupienti ꝛ exoptanti mihi voluptatem maximā attulit: tum eo iucundioꝛ fuit. quod ſe tibi cariſſimum eſſe declarauit. ꝛ id quidem permultis erga ſe tuis ac pulcherrimis beneficijs. Quid enim adoleſcenti ad virtutem vel nato vel contendenti foꝛtunatiꝰ poſſit contingere q̄ȝ eius pꝛincipis vti cōſuetudine: apud quē verſari non minus ſit honoꝛificum quam fructuoſum. Ut enī nulla vtilitas in bonis cenſenda eſt: que honeſtate careat: ſic in actiua atqȝ ciuili vita honeſtum id amplectendum in pꝛimis arbitroꝛ: quod emolumenti rationem nō aſpernetur. Nam illud honeſtum: quod priſci philoſophi gloꝛiam ſibi duntaxat ꝓponentes: coluerūt. etſi erat ampliſſimum: tamen quia nullam habebat vim vtilitatis admixtā a ciuili viuendi cultu. ꝛ ab omni reipublice adminiſtratione reiectū eſt. Quare cum video eſſe filio apud te meo ꝛ honeſtati ſimul ꝛ vtilitati locum: non poſſum mediuſfidius non letari: cum eius: tum etiam tua cauſa: cuius laudi vehementer faueo. Ego tibi rex Renate non mediocriter ſum affectus: quippe quem audiam ijs virtutibꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

pręditum:quę maxime ſunt in Rege humanitate.munificentia et ſtudia diſciplinę. Nam quanqȝ ſemina quędam virtutis ſunt nobis natura inſita:ea tamen doctrina mirifice coaleſcunt ⁊ ſpecioſiſſime effloreſcũt. Itaqȝ laudantur a viris ſapientiſſimis Cyrus. Alexander. Ceſar. quod eſſent doctiſſime eruditi. Quod ſi natura quadam omnes incendimur ad ſciendi cognitionem:quanto id magis nitere debet in regibus:qui veluti quędam optimę naturę deiqȝ ſimulacra habẽtur in terris? At humanitas cum delectat in omnibus:tum in principibus et regibus maxime:qui quo excellentiores ſunt inter homines:eo magis debent humanitate cęteris antecellere. Itaqȝ humanitatem tuam:manſuetudinem:facilitatem,:cum audio ab omnibus prędicari:dignus mihi vnus exiſtimaris:quem nulla hominum facundia: nulla ſapientum virorum ingenia:nulla monumenta litterarum cõticeſcant. Liberalitatem autem:et munificentiam tuam etſi iampridem ⁊ vna:et viua et eadem omnium voce atqȝ laudatione audieram celebrari:eam tamen cum ſum expertus in filio:te huiuſmodi eſſe ſtatuo:cuius vitam et incolumitatem debeant ſapientes omnes et eloquentiſſimi viri tum vitam ſibi:tum etiam incolumitatem optari. Et facis tu quidem recte:qui te benignum et beneficum ſemper velis. Vix eſt enim alia virtus vlla:quę munificentię pręſtet in conciliandis hominum ſtudijs atqȝ beniuolentia. Preterea quid aliud habent boni faſtigia principatuum ac regnorum:quo illorum pręſides cęteris hominibus videantur beatiores:niſi vt his dandi et benefaciendi probatis viris facilior ſit facultas? Quanto igitur dandi atqȝ donandi munere diligentior fueris:tum eo te magis principatu dignum oſtẽdis:tum cęteros omnis aut rapis in amorem tui:aut ad te amandum facis ardentiores. His ergo tam pręclaris regalibuſqȝ virtutibus cum te ornatum eſſe intelligo Rex Renate:ęquiore patior animo abſentiam dilectiſſimi filij:pręſertim cum animaduerto filij vtilitatem cum tua ⁊ vtilitate et voluptate coniunctam eſſe. Non enim is tibi parũ prodeſſe queat ad grecę diſciplinę pręceptionem:qua te iure delectari audio et lętor. Reliquũ eſt:vt intelligas me totum eſſe in filio. Quare quicquid in hunc humanitatis tuę benignitatiſqȝ contuleris:id omne in meipſum abs te collatum iudicabis. Vale Rex optime. Ex Mediolano.ſexto kalendas Decembres. Anno a Natali Chriſtiano. Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus Philelfus. Thomę fregoſo
Sagonę prefecto ſalutem.

c Um Joannes Marius filius ad te iret. nō ei potui nihil lit
terarum dare: quib⁹ intelligeres te mihi facturum rem gratiſſimā:
ſi meo etiam nomine ⁊ libenter ⁊ humanę vt bonos ⁊ eruditos ſo-
les: eum exceperis. Nolim tamē huiōi benignitatis officium vena
le mihi ꝓpoſuiſſe videaris. Quare cōuiuia illa mea niſi ex vetere oc-
cupatione omnino aſcripſeris iuri tuo: ſi min⁹ reddidiſti meo noīe
Joāni feruſino clariſſimo iuriſcōſulto. aut Nicolao cebę. ꝗ̄primū
vt reddas: rogo. Uale ex Mediolano. ſexto kalendas Decembres
M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Baptiſtę Schacę
barocio ſalutem dicit

q Uod reb⁹ meis vtaris familiarit: nequaq̄ tibi vicio do Nā
vt greci dicūt. τά τῶν φίλων κοινά. Sed qđ ita vtaris vt
mihi incōmodes: minime laudo. Tu mea omnia carmina ita habes
apud te: vt eoꝝ mihi nullū eſſe reliquū exemplum velle videaris Jta
q3 quod ſum carminum op⁹ aggreſſus: fruſtra aggreſſus videar: ſi
ita mihi te familiarem preſtiteris: vt nō tua tibi ſolum: ſed mea etiā
eſſe tua volueris. Qđ ne turpiter vſu veniat: facito: mea omnia car
mina ad me ꝗ̄primum redeant. Reliquiſti em̄ eoꝝ apud me nihil.
Uale Mediolani Ex ędibus noſtris ſexto kalendas Decembres.
M.cccc.l.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Nemo Bazę epiſco-
po craſſetano ſalutem.

g Abriele mirabili: qui tibi has lrās reddidit. vtor iam mul-
tos annos familiariſſime ⁊ ſumma eſt mihi cum eo amicicia. Js no
mine ducis Sphortię it legat⁹ ad Alphonſum Regem legatione
libera. Quare cum iſtac eſſet iter factur⁹: non potui ei nihil dare ad
te litteraꝝ vt et te Gabriel ⁊ tu Gabrielem noſſes. Uale ex Medio
lano. iij. kal. Decēbres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Baptiſtę Schacę
barocio ſalutem.

q Uantum videor intelligere: mauis te Dauū haberi ꝗ̄ Oe-
dipoda: qui tamē vterq3 dici poſſis. Carmina inquam mea mihi ꝗ̄
primum reddito. Quod ſi meę litteraꝝ notę fortaſſe te delectāt: tu
is etiam ego cōtentus ſim: Qđ ſi neq3 mea ad me dederis: nec alia
ratione ſatiſfeceris officio tuo: iure mihi vel caſtigand⁹: vel aperti⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

monendus videare. Uale Mediolani Ex ędibꝰ noſtris pridie kal'
Decembres. M.cccc.l.

¶ Franciſcꝰ philelfus Galeoto frumēto ſalu.

r Edditę mihi ſunt ſuauiſſimę litterę tuę: quas libenter acce-
pi: diligētiſſimeqꝫ perlegi. Frāciſco Alear do nobili ⁊ diſertiſſimo a-
doleſcēti habeo grās immortalis: qd eum amet: cui ſe nouit eſſe cha-
riſſimum. Et Ueronam ⁊ vniuerſum Ueronēſem nobilitatē ma-
ximi facio: delectorqꝫ eiꝰ conſuetudine plurimum. Sunt eñ natu-
ra Ueronenſes tui omnes perhumani atqꝫ liberales. ⁊ ad bonarum
artium ſtudia ita accōmodati: vt nulli hominum generi cedāt. Ita
qꝫ tibi mi Galeote: quem videam mei amātiſſimum: nō verebor per
ſpicuam reddere ſentētiam animi mei: qꝫuis mihi ante hāc diem nū
qꝫ ſis cognitꝰ. Facito: intelligam ſummam totiꝰ rei: quo certi quod
offerat. vbi intellexero: poſſim nō obſcure voluntati tuę gratificari:
quam ⁊ eſſe: et fore eādem mihi ꝑtinaciſſime decreui. Nolim me ta-
men prudentię minus qꝫ ſapiētię laudatum iri. Uale ex Mediola
no ꝑdie kal'. Decembres. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Andreę alaman
no ſalutem dicit.

q Uo te magis indies perſpicio: eo mihi humanitas tua inge
niūqꝫ foecūditas dilucidior fit ⁊ clarior. Me tuę ꝑmę litterę mire
in modum delectarūt: quippe quę nō mihiꝰ amoris plenę ſummi er
ga me tui: qꝫ diſertiſſimę viſę ſunt. Illud autem mihi moleſtum fu-
it: qd hę peruenerit ad me: quo temporis momēto vir integerrimꝰ
religioſiſſimuſqꝫ ſacerdos frater Marianus is qui tibi reddidit hāc
epl'am: erat cōtinuo deceſſurꝰ ad vos. Itaqꝫ non potui quod voluiſ
ſem: ad ea reſpondere: quę tum de ꝟtute: tum de fortuna locutus es.
Sed reſpondebo poſtea cum q̇d ocij nactus fuero. ⁊ ſi hoc mihi vix
vnqꝫ datur omnino. Interim te moneo: atqꝫ hortor: vt nihil exiſti-
mes humanis in rebꝰ vni ꝟtuti anteponendum. Hęc eñ ſola viget.
ſapit. eſtqꝫ immortalis. Reliqua omnia ⁊ vana ſunt. ⁊ fragilia pla-
neqꝫ caduca. Quod ſi tecum diligēter animo volutabis: tibi ſalma-
cis datura ſit ſpolia nō tu illi. Ariſtotelē de re domeſtica vehement'
expecto. Arretinus Joānes is qui tuas mihi lrās reddidit: renun-
ciabit nomīe tuo. ΤΟΝ ἀΡΡΗΤΙΝΟΝ ΚάΡΟΛΟΝ eſſe amantiſſimū
mei: id qd ſumma cum voluptate audiui. Uale ex Mediolano. iiij
Nonas Decembres. M.cccc.l.

¶ Franciſcꝰ philelfus Andreę alamāno ſal.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

q Uod nudiuſſeptim⁹ reſpondere omnino tibi non potui id
qꝫ ob nuncij velociorem abitionem :reſpondebo preſentia
minime auare. Idqꝫ ſi minus fortaſſe ex ſententia tua:at amice ta-
men:et vt arbitror:vero. Primum autem de me dicam: quod abs
te vltimo loco queſitum eſt. Cupis em̄ ſcire:quid agam que ſit vite
inſtitutio. ⁊ in quam philoſophorū ſectam deuenerim. Si ad vnū
hoc reſpondero:quod de philoſophia ſcripſiſti. ⁊ inſtitutum meum
et actionem vite facile cognoſcas. Cum multe ſint philoſophorum
ſecte:quippe quas alij nouem:alij decem exiſtimarūt.et.M. Uar
ro omnium latinorꝝ doctiſſimus ⁊ grecorum inferior nemine quin
qꝫ ⁊ quadraginta numero eſt complexus ego illam maxime diſcipli
nam ſequor. ⁊ ſecut⁹ ſum ſemper:quam ab Antiſthene profectā am
plificauit Zeno :ꝑfecit Chryſipp⁹ Illud dūtaxat in bonis duco:qđ
honeſtum ſit Honeſtum autem ipſum ſua ipſius vi atqꝫ dignitate:
non populari gloria definio. Ut autem ſentio:ita etiam ⁊ loquor.et
viuo. Preter homines impuros ac flagitioſos odi in vita neminē.
Eos autem omnis qui pre ſe ferrent vlla ſimulacra ꝟtutis:diligere
obſeruareqꝫ conſueui. Hui⁹ autem vite inſtitutum cum ad alia ple
raqꝫ digna laude:tum ad ſatyras ſcribendas me compulit quo ꝑ vi-
tuperationem improborꝝ hominū . ⁊ laudationem innocētum pre-
ſtantiſſimorumqꝫ virorꝝ cunctos ad virtutem capeſſendam adhor
tarer:a flagitioqꝫ auerterem. Que autem corpori ſunt:aut fortune:
quam fabulātur:tributa commoda tantum vel colenda:vel admit
tenda cenſeo:quo ad eorꝝ vſus virtuti expediat. Nam neqꝫ ꝟtutem
incultam ⁊ ſqualidam:neqꝫ nitidā nimis ⁊ elegantem probo . Qua
ductus ſententia:que mihi natura largita eſt corporis ad probita-
tem adiumēta:ſi qua tandem largita ſit:ea quātum in me fuerit:ita
tutatus ſum:vt nihil eorum deſiderem:que aut ad dignitatem mē-
brorum.ant ad ſenſuū integritatem attinēt. Que vero extra corp⁹
poſita virtutis ſunt adminicula:nō tam ſequi ſtudioſe:qꝫ veluti ho
ſpitaliter admittere didici. Quo fit:vt qui minima fortuna cōten-
tus ſim:ea neqꝫ abundem:nec etiam prorſus caream. Quin ea quo
magis ab me veluti negligitur:eo ſe magis preſtat obſequentem:et
ita ſequitur:vt interdū etiam fugienti pudorem iniciat. Nam om
nis actio vite mee inſtituto reſpondet. Grandes in me opes:ingētes
qꝫ pecunie florentiſſimarum Italie ciuitatum ⁊ munificentiſſimo-
rum principū muneribus ſunt collocate. At mihi quottidie eſt tan
tundem ac ſi nihil vnqꝫ collatū fuerit. Et cum nihil ſit:nihil tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

deeſt. Jta meum agitur diuina quadaꝫ benignitate: vt qui prope ni
hil habeam: videar omnia quodāmodo poſſidere. Satis me locuple
tem ſemper opulentuꝫ fore duxi: ſi cōſilia ⁊ cogitatōes omnis ad
virtutem deūqꝫ referrem. Quid eñ deeſſe cuiqꝫ poteſt: qui ꝟtute co
mite vtatur ad deū? Nulla ſane videt̄ mihi neqꝫ cenſenda virt⁹ neqꝫ
nominā da: q̄ ad deum tanqꝫ ad ſummū incōmutabileqꝫ bonum nō
referat̄. Hanc ego potius qꝫ quorūdam ſtoicoꝝ: qui humanā glori-
am popularis illi⁹ et fucatę honeſtatis noīe venabant̄ ſentētiam ſe-
quēs: non qḋ ſtultis hoīb⁹: ſed qḋ ſapientib⁹: deoqꝫ ꝓbatum iri pu
tem: ita bonum iudico: vt aliud nihil ponam in bonis. Nec inanem
gloriam hui⁹ mundi: ſed veram illam ac cęleſtem mihi ꝓpono glo-
riam. Quare quid de me ſtulti vel ſentiāt: vel loquant̄: non tam ne
gligo: qꝫ cōtemno. Neqꝫ honorē facio pluris qꝫ ignominiam: ſi ab
improbis cōferat̄. Nulli⁹ inſani minas nec inſidias ꝑtimeſco. Me
in omnis impuros ⁊ ꝑditos ęque acerrimū hoſtem prębeo. Bonos
autem: ⁊ honeſtatis ſtudioſos: atqꝫ tui ſimiles vnice diligo. ⁊ admi
ror. Et hęc quidem de me. Jam hinc tādem eatur in meſſem tuam.
Ego ex tuis lr̄is: quas in hāc diem binas ad me dediſti. totū te vide
re penituſqꝫ inſpicere viſus ſum. Tuo ſum ingenio nō mediocriter
delectat⁹. Nam et fœcūdiſſima ꝓbitatis ſęmina. ⁊ eloquentię vim
non mediocrē in te natura ineſſe aīaduerti. Sed adoleſcētię feruor
ita in te exęſtuat: vt ꝑturbationū ignib⁹ neſcio quo pacto minorem
te pręſtes. Jd aūt vicio tibi dare nō auſim. Non eñ me latet rōnis
vſum diem ſolerę afferre atqꝫ firmare. Neqꝫ prudētes naſcimur:
nec ſapiētes. Alteꝝ doctrina gignit: alteruꝫ longiſſimi vſus tꝑis ⁊
multaꝝ variarūqꝫ rerum prębet experiētia. Quādiu augeſcunt ſen
ſus: augeſcūt etiam appetit⁹: qui vęhemētiore quod impetu agita-
ti. rationi: quam ſequi ducem debēt: reſiſtant: atqꝫ aduerſent̄. Quo
fit: vt quod factu optimum ſequendūqꝫ dictat ratio: id appetit⁹ de
prauatio pērinde atqꝫ malū aſpernet̄: at nolit. hinc oīs incōtinētię
manat furor: qui nos ꝑcipites ſcientis videntiſqꝫ agat in miſerrimā
ruinam exitij. Quid igitur quā de te ſentiam: quid velim: intelligis. Vi
deo tibi ꝓpriam admodū ac benignam adeſſe naturam. Jnnata ha
bes pleraqꝫ oīa ad virtutem adiumenta. Dexteritate ingenij vales
plurimū. Sed hęc ipſa vel innata item aliqua vis ꝑturbationū: vl̄
deprauata q̄dā conſuetudo: neſcio quonā pacto: quantū video: q̄dē
ex tuis lr̄is ꝯſeq̄: non parū impedit. Fateris qḋ honeſtū ſit: id eſſe ita
bonum: vt aliud prope nihil exiſtimandum in bonis ducas. Deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſubdis te ita viuere: vt ea ſola admireris: quę plęriqꝫ mortales cum
ſe illa maxime tenere arbitrantᷓ. pręcipue in bonis admittūt: ac nu-
merāt: iJ ſcꝫ vel corporis voluptate vel emolumēto bonum definiē-
tes: quaſi ꝟtutis nomē ⁊ inane ſit: ⁊ caducum. ⁊ aliud nihil huma-
no generi allaturū pręter laborem atqꝫ ęgritudinem Hec em̄ ſentē
tia e tuis ꝟbis quib⁹ in ep̄l'a vſus es: facile colligitur. Eoqꝫ tandem
omnis tua: quaſi ad optimum quēdam rerum omnium finem ten
dit oratio: vt tibi voluptatem in p̄mis ꝓpoſuiſſe videaris: Hāc ego
ab humana foelicitate nequaqꝫ omnino reiJcio: ſed ita in ea cenſeo in
eſſe: vt foelicitatem veluti cōdiat: nō efficiat. Nam de foelicitate nō
idem ſenſerūt omnes. Sꝫ hāc aliJ nātura effici putauerūt: vt ⁊ ma
gni ⁊ parui natura efficimur atqꝫ alio aliJ colore. AliJ diſciplina id
cōtingere poſſe argumentantᷓ: eſſe em̄ ſciētiam quādam foelicitatis:
Nam ſcire foelicitatem idem opinantᷓ atqꝫ foelicem eſſe: vt ſcire elo-
quētiam oratorem eſſe oſtendūt. AliJ exercitationi cuipiam foelici-
tatem dediderūt. Permulta em̄ ſunt. q̄ neqꝫ natura in nobis inſunt
neqꝫ doctrina comparātur: ſed exercitatione quadam cōſuetudine-
qꝫ aſſeq̄mur. Nec me latet quoſdam exiſtimaſſe foelices hoies red-
di diuino quodam afflatu: qualis dictos legim⁹ et ΝΥΜΦΟΛΗΠ-
ΘΟΥΣ et ΘΕΟΛΗΠΘΟΥΣ eo. q̄ ab deo eſſent nymphaqꝫ correpti.
Ex quorꝫ numero fuiſſe tradūt Tireſiam. Amphiaraum. Colchā-
ta. Lycurgum. Numam Pompilium. omniſqꝫ ſibyllas. Pleriqꝫ
etiam ⁊ fuerūt et ſunt: qui vim omnem foelicitatis fortuna definiāt
Nec differre quicq̄ꝫ inter ſe volūt fortunatum atqꝫ foelicem homi
nem. Naturam valere plurimum ad foelicitatem nō ſum neſcius:
quā doquidem etiā ad ꝟtutem: quā ſine foelix eſſe nemo p̄t. vim ha-
bēt nō mediocrem. Sꝫ vt oīno boni nō naſcimur: ita etiam nec foe
lices. Perpulchrꝫ eſt ꝟtutem diſcere: ſed lōge pulchrius lōgeqꝫ prę
ſtanti⁹ rear vti ꝟtute. Non em̄ qui eam didicerit: cōtinuo ſit vir bo
nus: niſi vſus quidā aſſiduus exercitatioqꝫ acceſſerit. Nec ocioſam
virtutē probem nec dormitātem foelicitatem: ſed vigilātem potius
et aliq̄d ſemꝑ magnum pręclarūqꝫ agentem. Nam quo pacto illū
foelicem arbitremur: q̄ neqꝫ intelligat: nec agat quicq̄ꝫ humano di-
gnum ingenio: Diuinū autem ſpūm qui ſuſcipiūt (ſiqui tandem eū
ſuſcipiāt) nō illos ſua: ſed diuina foelicitate diuinos iudico. Secun
da fortuna q̄ dicitᷓ: qui foelicitatem cenſent cōtineri: ſi idem fortunā
dicūt: qđ numeris ſuis omnib⁹ cumulatam ꝑfectāqꝫ prudentiam.
Hi ꝟtutem maxime laudāt. At in his infirmis fragilibuſqꝫ rebus

que omni mutabilitati tempoꝝ ſunt ſubiecte: ſummam fortunā po
nere: nihil eſt: quod accedat ad ſtulticiam propius. Mometaneas
autem res huiõi planeqꝫ caducas ita oſtēdis ꝓbari tibi: vt aliud ni
hil iucūdius putes. Et erras tu quidem plurimum: ſi ita ſentis. vt
loqueris. Qui de foelicitate ſunt exquiſitiꝰ diligentiuſqꝫ locuti: eam
tribꝰ in rebus poſitam crediderūt Nam alij prudentiam ſummum
bonum eſſe dixerūt eandem ij quidem prudentiam appellantes: quā
ſapiētiam: que tota in veri inueſtigatiõe cognitioneqꝫ cōſiſtit. Alij
virtute actiua cōſtare foelicitatem: alij voluptate putauerunt. Pri
mum illud foelicitatis genꝰ totum eſt animi: qui dum veritatem cō
templatꝛ ⁊ deum: reliqua omnia ꝓ nihilo ducēs ſeipſo cōtentus eſt:
nullius rei indigēs planeqꝫ beatꝰ. Qui actionis morumqꝫ ꝟtutem
adamarūt: ſe homines eſſe meminerūt. Itaqꝫ non animi ſolum: ſed
corporis quoqꝫ habendam eſſe rationem ſuadent. Uoluptatem du
plicem eſſe ſcimꝰ: alteram animi: alteram corpis. Cyrenaicus Ari-
ſtippus voluptate corporis ſummum bonum cōſtare exiſtimauit:
qua ipſa in re vtramqꝫ voluptatem ſecutꝰ eſt epicurus: qui quāuis
improbetꝛ a multis: video tamē ab illo eam voluptatē maxime om
nium laudari: q̄ ſit animi que ſapiētiam ꝟtutemqꝫ conſequatꝛ. Et q̄
alia foelicitas noſtra nobis Chriſtianis futura eſt: cum deum coraꝫ
preſentemqꝫ videre cōtemplariqꝫ licebit: nōne immenſum quoddā
et infinitum gaudium: Id autem omne gaudium nōne vel iucun-
dius fiat vel cumulatiꝰ: cum animo corpꝰ fuerit reſtitutum: cū ho-
mines omni ex parte puri defecatiqꝫ reuiuiſcēt. Nec em̄ aſpernatur
deus honeſtas corpis voluptates: qui cum guſtaſſet: noluit bibere.
Qui corporis ſuiqꝫ oblitꝰ ſola animi voluptatē ſequitꝛ: is habet cō
mune quiddam cum Pythagora et Socrate: quoꝝ alterum in cō
templatione ſupioris: alterum in actiõe inferioris vite maxima cū
voluptate verſatū accepimꝰ: q̄ꝫq̄ꝫ quomodo corporis obliuiſci que-
at nō intelligo. qui vel ſeipſum noſſe: vel aliquid recte agere inſtitue
rit. Qui vero ita expetēdam putat corpis voluptatem: vt nihil ha-
beat cum ꝟtute cōiunctum: nihil cum ſapiētia: is mihi nō multum
a languida quapiam ⁊ inerti pecude viderꝛ differre. Sed qui ita ſeſe
parat: vt et animi per q̄ꝫ diligētiſſime perſequatꝛ. ⁊ corpis item rectā
voluptatem nō aſpernetꝛ. Hunc eo maiore laude dignum puto: quo
illuſtrius eſt totum curare hominem q̄ꝫ alteram hoīs partem: ſiq̄
dem neqꝫ ſolus animus homo eſt: nec corpus ſolum: ſed quod certo
conſtet ⁊ animo et corpore. Quo quidem meo prolixiore ſermone ſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tis ſuper q̄ꝫ mi Andrea videris admonitus quid ego in epiſtola tua
deſiderarim. Vidi abs te diſertiſſime vim naturā q̄ꝫ honeſtatis lau-
dari cui⁹ etiam te ſtudioſum faciliме declaraſti. deinde in illam com
modoꝝ voluptatiſq̄ꝫ rōnem neſcio quam: ita delapſus es: vt ꝟtutez
omnem quaſi cōtemnēdam deſpiciēdam ⁊ nihili omnino faciēdam
aſſereres Que quanq̄ꝫ te ſimulatiōe quadam potius ſcripſiſſe reor.
quo me ad reſpondendū veluti ꝓuocares: volui tamē ſenex ⁊ Phi-
lelfus. vt tu adoleſcēs ⁊ alamānus ex me quoq̄ꝫ intelligeres: quę ti-
bi nō eſſe ignota crediderim: omniū primū eſſe a te ſtudendū ſic arti
bus animi: vt nulli⁹ omnino partis aut ignar⁹ ſis: aut negligēs: de
inde corpis eam habendam curā: quę animi naturę dignitatiq̄ꝫ rn̄-
deat. Qđ ſi feceris: ſicuti certe facies: nō difficile futuꝝ exiſtimo: vt
toti⁹ homis tuaq̄ꝫ voluptate q̄ꝫ ſuauiſſime pfruaris. Vale ex Me
diolano. vi. Idus Decēbres. . M. cccc. l.

Franciſcus philelfus. Sphortię ſecun-
do ſalutem plurimam dicit

P Eto abs te in maiorem modū: vt quod ⁊ mihi coram rece-
piſti ⁊ ex primis meis lrīs audire potuiſti. id apud patrem tuū pſ
ſtantiſſimū ⁊ munificētiſſimū principem q̄ꝫ primum ⁊ q̄ꝫ optime cō
ficias. Hac mihi re neq̄ꝫ grati⁹ quicq̄ꝫ neq̄ꝫ magis neceſſariū pręſta
re potes. Vale ex Mediolano ꝓdie Idus Decēbres. Anno a Na
tali chriſtiano. M. cccc. l.

Franciſcus philelus. Sphortię ſecun-
do ſalutem dicit.

P Etij abs te proximis litteris ſecūdum: quod etiam nūc ter-
cium ⁊ peto et te quoq̄ꝫ ſi pateris rogo: vt rem meam apud principē
noſtrum munificentiſſimū patrem tuū vbi minus cōfeceris: ita cō-
ficias. vt mihi abiens coram recepiſti. In hūc diem neq̄ꝫ tu reſpon-
diſti quicq̄ꝫ: nec ex alio ſum certior fact⁹ quid egeris aut nō egeris.
Itaq̄ꝫ aut reſponde q̄ꝫ primum: aut equū mitte: quo vehar ad vos.
Nam ſi ad vos venero: facile futuꝝ ſuſpicor: ne vacuus Mediola
nū reperam: pręſertim cum iam inſtet natalis Chriſtianus: qui ꝓn
cipes ſolet ad beneficētiam exhortari. Vale ex Mediolano. xv. kal'
Ianuarias. M. cccc. l.

Franciſcus philelfus. ſalutem dicit pluri
mam. Facino forobronūciano

V Ideo te nimis lautum factū: qui nihil reſpondeas ne ami-
cis quidem. de⁹ malefaciat iſtis nummis: quibus ita ſuperbus red

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

deris: vt nos ſcilicet minores contemnas pre te. Quod ſi ſcires tibi rem eſſe cum ſatyro: non modo non taceres: ſed eſſes loquacitate ipſa loquacior. Si mihi equus eſſet: aduolarem ad vos quāprimum vt quod vos amici negligitis: ego preſens vel efficerem. Uale Ex Mediolano. decimaquinta kalendas. Januarias. Anno a Natali Chriſtiano. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. ſalutem dicit plurimam Nicodemo tranchedino

q Uod et princeps noſter Franciſcus Sphortia tibi abeunti iuſſerat. ⁊ ipſe verbis pluribus abs te petij: ſi minus in hāc diem conficere potuiſti: vt conficias tandem: cupio. Hac enim vna re neqꝫ gratius mihi quicquam preſtare queas nec etiam iucundius. Atqui beneficium illud quis non libenter conferat. quod is in quem conferamus: maximi ſit facturus. et eo tamen vſurus non ſit Sic enim tum ſumus liberales: tum ex huiuſmodi noſtra liberalitate neqꝫ moleſtie neqꝫ incommodi quicquam accipimus. Tenes quid velim. Uale Ex Mediolano. decimaquinta kalendas Januarias. M.cccc.l.

¶ Franciſcus philelfus. Facino forobronunciano ſalutem dicit.

ſ I commode fieri abs te poteſt. huc hodie venias: peto Sum enim tecum quedam commentaturus. Quare velim ne differas. Neqꝫ committas: vt te potius excuſandum cunctationis qꝫ laudandum properationis oſtendas. Uale Mediolani Ex edib⁹ noſtris decimaquinta kalē. Januarijs. Anno a natali Chriſtiano M.CCCC.Li.

¶ Franciſcus philelfus ſalutem dicit plurimam. Joanni Mario filio.

p Oſtea qꝫ a nobis abiiſti: de te nihil accepim⁹. Itaqꝫ nō poſſum⁹ non vereri: nequid tibi quod nolim⁹. acciderit. Nā hoſpes ille ad quē diuerteras nocte: cui⁹ prio die hic profectus es. Mediolanum modo veniens renunciauit te cū eſſes apud ſe hoſpitat⁹: viſum eſſe e ſtomacho laborare. et de caupone queſtum: apud quem prandiſſes Quare velim me facias de te tuiſqꝫ cōſilijs qꝫprimum certiorem. Nam ſi vales: quid iſtic tempus inaniter teras neſcio. Sin minus vales: danda eſt opera: ne tua negligētia ſis peiore conditione. Uale Ex Mediolano quinto Idus Januarias. M.cccc.li.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Andreę alaman/
no ſalutem dicit plurimam:

c Um nihil in hāc diem te video meis ad te lrīs reſpondiſſe: fa/
cile adducor: vt credam te ΤΗΝ ΗΔΟΝΗΝ ΕΝ ΠΡΩΤΟΙΣ ἀσ/
πάζεσθαι: quam ipſe quāti faciūdam putem: potuiſti ex ꝓxima lō/
giore illa epl̄a nō difficile noſſe. Ignoſco aūt tibi: quippe qui modo
vxorem duxeris: cui obſequi te ΤΟΝ ΝΕΟγαμον: nō oīno abſur/
dū eſt: modo mediocriter oīa. Uale ex Mediolano. iiij. Idus Ja/
nuarias. M.cccc.li.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Laurētio Syni ſal.

n On poſſum officium tuū non accuſare: quod tamdiu ſilen/
tium egeris. Nec em̄ mei oblit⁹ eſſe debes: quem mirifice diligere cō
ſueſti. Nec etiam Pythagoreus fact⁹ es tam repente: qui elocutio
nis ſtudio maxime omnium inſeruire didiceris. Nec te ſuperbum
factum eſſe puto: qui hūanitate ⁊ manſuetudine nemini cedas. Ita
ꝙ niſi te iure accuſatū malis: facito propediem intelligā: ꝙd in cau/
ſa fuerit: vt tanto ſilentio te dediderís. Uale Ex Mediolano Idib⁹
Januarijs. M.cccc.li.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Auguſtino daco ſal.

n Ulla ratione adduci poſſum: quin credam te mei eſſe amā/
tiſſimum: a quo ſis pulcherrime inſtitut⁹. Sed nō poſſum non mi
rari. quod nihil litteris obſtrepas. qui quottidie cum apud vos age
rem. me pulcherrimis tuis ſuauiſſimiſꝙ epiſtolis veluti laceſſeres.
Nūc, vero tot⁹ es mutus. qui quo es fact⁹ lingua ſolutiore. eo te lo
quaciorem eſſe oportuit. Uale Ex Mediolano Idibus Januarijs
M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus ſalutem dicit pluri
mam Franciſco patricio..

q Uam de te Philelfus ſit bene merit⁹. eloquētię et eruditio/
nis noīe. quod es ꝑ omnem Italiam nō mediocre neꝙ obſcurum
adeptus. facile declarat. Quo fit: vt nō neſcius eſſe debeas. ꝙ te gra/
tum eſſe oporteat. Qđ em̄ maius in quenꝙ beneficiū cōferri pt ꝙ
diſciplinę ⁊ eloquētię: quibus reb⁹ non modo ceteris omnib⁹ ani/
mantib⁹. ſed ipſis quoꝙ pręſtam⁹ hoībus qui nihil ſupra hoīem ſa
piūt. Deſidero igit̄ officium tuū his in reb⁹. quibus a nobis vel iſti/
tut⁹ es vel cōfirmat⁹. ni tacēdi fortaſſe ꝙ loquēdi artem ꝓfiteri ma
lis. Uale Ex Mediolano. Idib⁹ Januarijs. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. ſal. di. pl. Joāni Simonetę

n Unqꝫ me de te mea fefellit opinio. q̇ nō minꝰ me diligas : q̄ꝫ
ab me amari te intellexeris Amoꝛ aūt erga te meus quantꝰ
ſit. nō re minus q̄ꝫ opinione cognoſces. Emoꝛi malim qꝫ iure ingra
tus iudicari. Beneficio affecti qui ſeſe ingratitudis accuſari nolue-
rūt. aliȷ̈ aurum ⁊ argētum. aliȷ̈ margaritas ⁊ gemmas. aliȷ̈ aliud foꝛ
tunę bonum qđ dicat̄. retribuere conſuerūt. Ego aūt beneficos didi
ci quātum ⁊ humanum ⁊ meum pręſtare poteſt ingeniū. ex homi-
nibꝰ deos reddere ⁊ ea immoꝛtalitate donare: quam laudis gloꝛięqꝫ
ęternitas afferre ſolet. Quid de me tibi ſperādum ſit. liquido potes
aīaduertere. Tuū autem munꝰ eſt. vt quod ꝓpediem foꝛe ſignifica
ſti. id ita fiat. vt nō in illud vetus ac Virgiliȷ̈ ꝓuerbium incurriſſe
videat̄. Tarde venere ſubulci. Nihil eſt em̄ neceſſitate potentiꝰ Va
le ex Mediolano. x. kal̄. Febꝛuarias. M. cccc. li.

Franciſcꝰ philelfus. Mario filio ſal.

Um pręſbyter iſte floꝛentinꝰ qui has tibi lrās reddidit. eſſet
Finariū rediturꝰ. petiȷ̈t ſiquid eſſet. qđ ſcribere ad te vellem. id fidei
ſuę diligētięqꝫ credere. Idqꝫ ex eo andies mentē meam de rebꝰ tuis
eandem ſcꝫ. quam ex ꝓ̄rimis lrīs. quas redditas tibi arbitroꝛ. acci-
pere potuiſti. Franciſcꝰ ille Alerandrinꝰ eruditiſſimus medicꝰ im-
pꝛobat vehemēter cunctationē tuam nō ſolum iſtic. ſed etiā Maſ-
ſilię. Hoꝛtaturqꝫ. vt Renatū Regem: qui te plurimū diligit. aſſi-
due ſequaris. ſic em̄ ⁊ dignitatem ſimul ⁊ rem te nō mediocriter aſſe
cuturꝫ. Qđ vt facias non ſolū pꝛobo. ſed etiā opto: Mariam nurū
et neptem Joānam bene valere opto. Vale ex Mediolano. viȷ̈. ka
lendas. febꝛuarias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Sphoꝛtię ſecun
do ſalutem dicit plurimam.

a Udio Matthiam tuū vel noſtꝫ potius ex patria reuertiſſe
Quod cum ⁊ eius ⁊ tua etiam cauſa (qui hominem vehemēter dili
gis) tum itē mea nō poſſum nō plurimū lętari. quippe qui nequaqꝫ
dubitem iſtum ſecū attuliſſe Strabonem. quem diſertiſſimꝰ Blon
dus Flauius egoqꝫ tam ſępe ac multum nō petiuimꝰ ab eo ſolum-
ſed ſummo ſtudio petiuimꝰ. oꝛauimus. obſecrauimꝰ Nec em̄ abdu
ci poſſum. vt credam Strabonem eſſe Triuiȷ̈ cōiectum in ſempiter
nas tenebꝛas. Nam noui humanitatẽ liberalitatemqꝫ Matthię
Itaqꝫ rogo te. iſti nūcies verbis meis iucundum eſſe mihi reditum
ſuū ad te. Uerum multo foꝛe iucūdioꝛem. ſi Strabonem ad Phi-
lelfum ſuum q̄ꝫ pꝛimum dederit. De re pecuniaria heri ſcripſi ad phi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

cipem. Antonius hic longus longam mihi ſpem dat. quam ego qđ ad noſtrū Gaſparem eruditiſſimū medicū ſcripſi. precio emere nullo pacto inſtitui. Uale ſpes mea. Ex mediolano pridie kalēdas Februarias. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus ſalutem plurimā dicit Lanceloto Cardinali leucoſię.

c Um te libertati tuę ac pſtinę dignitati reſtitutū accepiſſem: vix dici queat. quanta ſum leticia gaudioq; affectꝰ. Non em̄ potueram non dolere te talem tantūq; pontificem cōiectum in carcerem. qui bonorū oīm innocentiūq; viroꝝ ⁊ perfugiū eſſes ⁊ portus. Itaq; tibi ampliſſimo patri maiorē in modū gratulor. mihi antē letor plurimū. quod dolorē quem ex indigna tua captiuitate acerbiſſimū conceperam. audita nuper iſtiuſmodi liberatio tua in maximā mihi voluptatem verterit. Uale Ex Mediolano kalendas Februarijs. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Blaſio axeretēſi equiti aurato ſalutem dicit

i Am ver eſt in limine. Itaq; a te peto. vt quas hyeme plantas illas ficulneas ad me dare veluti peritior agricola noluiſti. nūc tandem dare incipias Niſi fortaſſe quod nolim. moleſte feras res vllas bonas fore tibi cōmunes cum alijs. Nam ſi pluribꝰ rogari te cupias. non poſſum non vereri. ne vel inuidię. vel obtrectationis ſis accuſandꝰ. quas quidem perturbationes indignas arbitror magnitudine animi tui. Cupio item plantas prunoꝝ damaſcenoꝝ. Uale ex Mediolano. iiij. Nonas Februarias. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus Karolo regi francorum ſalutem plurimam dicit.

c Um tuas ego res bellicas diu mecū rex Karole multumq; cogitaui: vnus profecto viſus es quē vniuerſa chriſtiana reſpublica tantis ac tam diuturnis fluctibꝰ agitata concupitę exoptatęq; quietis atq; tranquillitatis auctorem ſit tandem habitura Nam ſi verum ſine cuiuſquā inuidia fateri licet: poſteaq̄ impia ⁊ immanis illa ſceleratiſſima mahometi ſecta inualuit. nullū eſt vſquam hominū genus. cui plus debeat chriſtiana religio q̄ inuictę francoꝝ nobiliſſimęq; virtuti. Cum reliqui em̄ fere omnes ⁊ reges ⁊ populi chriſtiani ignauo quodam animi torpore tanq̄ elanguiſſent ſoli franci inuenti ſunt. qui ingenti animo ⁊ excelſo omnem barbarorum ⁊ infidelium impetum non modo ſuſtinuerit ſed expreſſerint. quid inquā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

repreſſerint:imo fuderint.fugarīt.oppſſerint.Nā italię vires q̄ꝙ̄
et validę ſunt ⁊ maxime.tamē qꝛ neſcio quo infœlici fato inteſtinis
ſeditionibꝰ inimiciciȷ́ſqꝫ laborare didicere.neqꝫ potuerūt oīno nec
itē pn̄t oſtendere.quantū vi prudentię ⁊ animi robore vigēt.florent
atqꝫ antecellūt.Soli frāci.Soli francoꝝ principes ac reges in oī
chriſtianoꝝ numero auſi ſunt chriſtianę vtilitati ſemꝑ ⁊ dignitati
cōſulere.Jtaqꝫ maiorē in modū dolendū erat.tm̄ inualuiſſe vim de
monū vt q̄ vna gens eſſet in nomīe chriſtiano.q̄ ad pietatē ⁊ gloriā
nata videret̃.ea tamdiu domeſticis cladibꝰ exerceret.Sed ſinit int̃
dū deꝰ eos vrgeri aduerſis rebꝰ.quos habet chariores.idqꝫ vt arbi-
tror.nō tam quo experiat̃ fidem ⁊ cōſtantiam hoim.q̄ꝫ multo prius
norit.q̄ꝫ futura ſit.ſed quo ijs detur veluti ꝓmerēdi materia cumu-
latior.⁊ illuſtrior.Quare cū Thobias.cum Job.cū rex toleranti ſſi
mꝰ ille Dauid tātas ac tam intolerabilis erumnas ꝑpeſſi ſunt.quo
ſe aduerſus deum geſſere ſubmiſſioris.eo magis illos ⁊ ope ſua.⁊ ſu
is ſecūdis rebꝰ deus dignatꝰ eſt.Sic em̄ deus tum maxime ꝓdeſt.
cum maxime videt̃ affligere tum ꝑ huiōi calamitates atqꝫ cruciatꝰ
reſipiſcēdi ceteris exemplum afferri ſolet.Dolēdum ꝓfecto erat bo-
nis omnibꝰ Rex Karole.quod chriſtianiſſimū genꝰ hominum te
rege pientiſſimo tamdiu.tam grauiter.tanta maloꝝ mole premere
tur.At ego cum teipſum colligo.⁊ mente diligētius rem voluto.fa
cile videor intelligere id omne diuino quodam conſilio factum eſſe.
Oſtēdere deꝰ voluit.vt opinor.nullam eſſe humanam potētiam.q̄
proprijs cōſilijs atqꝫ adminiculis aut perpetua eſſe poſſit:aut diu-
turna:ſi diuino preſidio careat.Quamobrem idcirco paululum ve
luti a francis ſecedere viſus eſt.quo et per fideliſſimi populi flagella ī
fidelibus cunctis minitaretur interitum ⁊ cum te francis venerabi
liorem:tum vniuerſis tuis ſuiſqꝫ hoſtibus formidabiliorem effice-
ret.Tua certe pietate:ſed diuina quadam ope ⁊ auxilio factum eſt:
vt eos omnis:qui perinde atqꝫ ſtulti ⁊ amentes a te defecerant:ad
ſanitatem tua cum gloria videas rediȷ́ſſe.Deo ipſo duce.imperato-
re.vexillifero non modo patritum atqꝫ auitum regnum cum im-
mortalitatis nomine recuperaſti:ſed longe id admodum amplifi-
caſti ſtabiliſti.ornaſti.Nam ſi magna res eſt fortiſſimos angloruꝫ
impetus ſuſtinere:quanto maior cenſeri debet anglos ſuperare.pro
ſternere.interimere:Has autem talis tantaſqꝫ victorias in rebus
preſertim deſperatis ⁊ perditis exiſtimare debes neqꝫ tuis.nec vl-
lis humanis opibus te adeptum:ſed diuina potius quadam men-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

te. quę chriſtianę ſuę reipublicę diuturna ęgrotatione morboqꝫ con
fectę tuo fęliciſſimo ductu. tuis ſecūdiſſimis auſpicijs iam tandem
ſuccurre mederiqꝫ cōſtituit. Quare te rex Karole etiam atqꝫ etiam
rogo. ⁊ oro. vt quanqꝫ neqꝫ mei. neqꝫ cuiuſquā cōſilij. nulliꝰ admo-
nitionis. nulliꝰ cohortationis indigeas pacatis iam ⁊ cōpoſitis re-
bus tuis mentē atqꝫ animū tuū omnē ita excites atqꝫ armes in pe
ſtiferos ⁊ impios hoſtes Chriſti: vt tāto tamqꝫ ſempiterno benefi-
cio ornatꝰ non gratitudīs minꝰ lauderis: qꝫ ceteraꝝ virtutū omni
um cōſueſti. ¶ Duo ſunt infidelium genera quę populū chriſtianū
maximis detrimētis ęrumniſqꝫ affecerūt: quottidieqꝫ afficiūt tur-
ci ⁊ ſarrhaceni. quoꝝ alteri parua ſeruoꝝ manu ęgypto. Sytia: Ju
dęa tribꝰ opulentiſſimis ꝓuincijs ꝑ noſtram negligētiam occupa-
tis Cypram. Rhodum ac reliquas finitimas inſulas indies magiſ
magiſqꝫ populantur. Turci vero nulla ſua. ſed chriſtianoꝝ pecunia
cōducto peregrino milite ⁊ eo quidem nō admodum multo id ſunt
bellandi aſſiduitate aſſecuti. vt qui fugitiui ſcytharū ſerui ex horren
tibꝰ illis cantibꝰ vaſti Caucaſi in perſida ſeſe ac mediam mendici et
famelici recepiſſent: nūc nemine: vt ita dixerim: repugnāte intra ſi-
nū hadriaticum nō ita longe ab italia conſederint. quin ſi velint. ad
paucas horas eo ſint traiecturi. Nos aūt qui ſunt quaſi quędā ſar-
rhacenoꝝ propugnacula etſi iampridem chriſtiana virtꝰ non diffici
le ſuperare ſubiugareqꝫ potuerat. tamē cū vel imparatius in eos vl'
imprudentiꝰ iter. fit vt et prudentes illi ⁊ parati exiſtimentur. Hac
vna re factum eſt. vt et rex Sigiſmūdus annos natꝰ quattuor ⁊ vi
ginti incautius hoſtem nō omnino incallidū aggreſſus fugę turpiſ
ſimę terga dederit. et Uladiſlaus rex admodum adoleſcēs cum an-
nis ſuperioribꝰ ſuum maluiſſet qꝫ Joannis vaiuodę peritiſſimi du
cis qui iam bis ⁊ iterum turcos ingēti clade perculerat. cōſilium ſe-
qui. cū non mediocri chriſtiani exercitꝰ detrimento interierit. ⁊ āno
proximo idem Joannes vaiuoda qui antea ſępenumero trophęa de
turcis pulcherrima ſtatuiſſet. cum eoſdem hoſtes adortus fortiſſi-
me: iam plane vertiſſet in fugam: coactus fuerit per ſuorum militū
inconſtantiam Getarumqꝫ perfidiam non ſine magno chriſtiano-
rum vulnere ab eo bello diſcedere. Jta fit: vt vel imperatorum inſci-
tia. vel timiditate militum. vel diſſolutiore quodam hoſtium con-
temptu. quos vinci iampridem et venire ſub haſta aut mactari
oportuiſſet. victores ipſi inſolenteſqꝫ videantur. Eoqꝫ ab ijs au-
daci itum eſſe: vt caeteris fere omnibus Chriſtianis pro nihilo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

habitis ſolos ſibi metuēdos ducāt ⁊ francos et italos. quos alteros
ſepe mari. alteros vero quādoq₃ terra nō ſine ſua maxima pernicie
pugnātis experti ſunt. Sȝ quoniam nō ignorāt vires italicas hoc
tempore vt antea ſepē mutuis inter ſe odijs ac bellis digladiari. ſoli
ipſi franci ſunt reliqui. quos formident. quippe quos audiāt poſt tā
multas pͤclaraſq₃ victorias. quas de anglis germaniſq₃ ſunt adepti
quem eque intͤ chriſtianos timeāt. hoſtem habere neminem. Unde
cum ſciāt ꝟtutem francoꝝ ocioſam natura eſſe nō poſſe. ⁊ eoſdem p̄
terea iuſtas habere cauſas vlciſcēdi. ſummū inde in ſeſe malum bre-
ui putāt emanaturū pręſertim eoſdem vno te rege fortunatiſſimo
et belli duce fortiſſimo. ⁊ prudentiſſimo caſtrorum imꝑatore. ⁊ viro
plane optimo ⁊ homīb⁹ ſimul deoq₃ chariſſimo. ¶ Quę cū ita ſint
reliqua tria eſſe aīaduerto. q̄ oſtendam. primum qđ adeo id bellū ne
ceſſariū eſt. vt nullo pacto ꝑtermitti queat. Alteꝝ vero. qđ ea res fa
ctu eſt admodum facilis. ſi rōne ⁊ cōſilio gubernet͛. Extremū autē
erit. vt probem. q̄₃ ingentem vtilitatem hoc idem bellū ſua ſit victo-
ria tibi chriſtianiſq₃ allatuꝝ. Quid enī in hoīm vita magis neceſſa
rium cenſeri debet. q₃ aut id maxime oīm ſequi qđ honeſtum ſit. aut
id omni ope atq₃ opa aſpernari. quod afferat ſecū vllam turpitudi-
nis fęditatē: Non enī ad cibum ac potū. non ad pruriētem corꝑis
voluptatem. q̄ ipſa nobis cum pecudib⁹ ſunt cōmunia. ſed ad dec⁹
dignitatemq₃ nati ſum⁹. Idcirco nobis mens data eſt immortalis
ac diuina. vt immortalitati ſeruiētes dei ſimus q̄₃ ſimilimi. Et quo
pacto propi⁹ ad deum accedimus q̄₃ p̱ beneficētiam ⁊ iuſticiā. Tūc
deū maxime imitamur cū alijs benefaciam⁹. cum iuſti ſum⁹. Qui-
bus reb⁹ eo eſt magis a nobis ſtudendū. quod nō ſolū gloriam hui⁹
mūdi. quę quātacūq₃ eſt. tota eſt breuis planeq₃ inanis. ſed multo
magis cęleſtē illam atq₃ ſempiternā aſſequimur. Nec ille mihi iu-
ſtus videri ſolet. qui noceat nemini. id quod etiam cū plęriſq₃ alijs
animantib⁹ eſt nobis cōmune. ſed qui vel ꝓſit. cū poteſt. vel ꝓpul-
ſet iniuriam. Non enī ſolis nobis natura nos genuit. ſed his omni
bus. quos intelligētię vis rationiſq₃ ꝟtus immortali quadam for-
ma inſigniuit. Atqui vt is abhorret a dignitate naturę qui iniuſt⁹
ſit. qui nihil opis. nihil adiumēti cōferat in humanum gen⁹. ita hic
admodū pręſe fert naturę bonitatē. qui ad cōmunem hoīm ſalutē
atq₃ ornamentū ſeſe natū meminerit. Qđ ſi honeſtū eſt ob commu
nis hominū vtilitates nullos labores nulla pericula fugere. quāto
honeſtius ⁊ pͤclarius duci cōuenit id facē non ꝓpter hoīes ſolum ſȝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

propter deum. ꝓpter ſaluatorem noſtrū. ꝓpter Chriſtum optimū: maximū: Qui nullo a nobis officio ꝓuocat⁹ vltro ſe nr̃a cauſa morti dedidit. Dum ſarrhaceni. dum turci chriſtianis nocēt ꝑ omnem iniurię cōtumeliā: cui demum nocēt: Nō immortali deo: Nō humani generis ſaluatori: Nō chriſto ipſi dn̄o ⁊ redemptori nr̃o: Et quib⁹ iniurijs. quib⁹ contumelijs nocet nefaria illa ĩmaniſqꝫ barbaria: quib⁹ certe nihil dirius. nihil ſpurci⁹. nihil abominabili⁹ vel dici vel excogitari poſſit: Homib⁹ et chriſtianis ⁊ ſacerdotib⁹ non ꝓcalonib⁹ et lyxis dūtaxat. ſed ꝓ iumētis etiam vtūtur. His vehūt his arant. his fodiūt. his abiectiſſima exercēt omnia erubeſcendaqꝫ miſteria. Quod ſiqui ſe homies ⁊ chriſtianos reminiſcētes minus ęquo animo indignitatem tulerint. ꝯtinuo torquent̃ per extremos corporis cruciat⁹. decoriant̃. verubus ſuffigūtur. ſecantur. rota inſuuntur ꝑ acerbiſſimas membroꝝ omnium fractiones. Oh miſeram Oh infoelicem cōditionē chriſtianę religionis: Hęc chriſtiani pn̄cipes audiūt: hęc ſciunt: hęc ſentiūt: hęc miti animo fieri patiūtur: Nam quid ego dicam de ſpurciſſima ⁊ teterrima execrabilis intemperantię foeditate: quam ſiquis animo generoſior perpeti noluerit: aut defoditur: aut exciditur. Non his omnib⁹ iniurijs ac probris Chriſtus afficitur: quandoquidem ob eius nomē chriſtianis inferūtur: Num decet chriſtianiſſimum regem pati nomen chriſtianum tam tetro. tam horribili. tā deteſtabili dedecore ſcelerari: Num Ludouic⁹ ille Rex ſanctiſſim⁹ qui prim⁹ regum omnium chriſtianiſſimus dictus eſt: pateretur ſi viueret: tam tutpem cōtumelię notam iniuri chriſtianę dignitati: qui primum vt ſtaret cōuentis: vt iuſiurandum ſeruaret: vt illud quod honeſtum dicimus tueretur: exhauſit theſauros ſuos omnis. ⁊ quam anno ſuperiore ceperat cum ingēti pręda. Domiatam hoc em̄ nomine canopum appellant: reſtituit ſarrhacenis: deinde comparato rurſus ex vniuerſa gallia italiaqꝫ ⁊ ſicilia exercitu ob eandem vim honeſtatis in africam traiecit eo conſilio: ea mente: vt non modo acceptam in ęgypto calamitatem vlciſceretur: ſed omnem impuriſſimi mahometi ſuperſtitionem tolleret e terra viuentium: id quod facile effeciſſet: niſi peſtilentię vi correpť apud tyneta quam obſederat: vna cū filio Lodouico Albaniqꝫ cardinali ac infinito poeue chriſtianorū numero ex hac luce migraſſet. Hac etiam ratione Karolus ille gentilis tu⁹ et reb⁹ geſtis ⁊ cognomento magnus imitat⁹ Karolum marcellum auum: qui ſarrhacenos ad trecenta millia ⁊ amplius interemerat: vbi poſt captiuitatē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

deſiderij vltimi longobardoꝝ regis italicas res omnis compoſuiſſet
et ab Leone ſummo pontifice id quod antea cōſtituerat Hadrian⁹
inſignib⁹ imperij romani eſſet ornat⁹: cum primū in vlteriorē galli
am reuertiſſet: nō tam content⁹ preſenti laude q̄ȝ maiorem quandā
et clariorem animo meditat⁹ robuſtis firmiſſimiſqȝ copijs Hiſpa-
niam petit. Ea enī per id temporis ſceleratis perditi mahometi ſe-
ctatorib⁹ ſeruiebat. Tota erat in tetro ſarhacenoꝝ ⁊ flagicioſiſſimo
dominatu Diuturnū fuit periculoſiſſimūqȝ bellū. Multe pugne.
multe vtrinqȝ clades. euentus varij. Sed tandem effectū eſt diui-
na benignitate: vt prudētia ⁊ perſeuerātia imꝑatoris exercituſqȝ v̓-
tute ijdem impij hoſtes Chriſti eque fuerīt extrema calamitate pſſi:
vt eiuſdem perfidie ſocij ad aſpeꝝ montem afri ab eodem Karolo de
leti ſunt. Nonne eadem fuit honeſtatis cauſa Ludouico pio huius
Karoli magni filio: dum tanto cū labore atqȝ periculo liberauit vr
bem Romam duriſſimo ſarrhacenoꝝ iugo: qui ſultani egyptiorum
ductu ꝑ nefariam quorūdam Romanoꝝ cōiurationem in italiam
fuerāt accerſiti? Nam qd̓ aliud deſideriū fuiſſe credim⁹ francis illis
reliquiſqȝ gallis: qui duce Gotthifredo vbi in aſiam ꝑueniſſent: ſar
rhacenos apud damaſcū pugna ſuperarūt: apud antiochiam perſas
et turcos cōtriuerūt. Meſopotamiam omnem recuperarūt: ac rur
ſus ſarrhacenis in ſyria ad internitionem vſqȝ profligatis marrha-
qȝ ac barcha populoſiſſimis munitiſſimiſqȝ vrbib⁹ expugnatis ſan
ctam ciuitatē vniuerſamqȝ paleſtinā quod Henerico tercio imperā
te fecerat item Bohamūdus: erubeſcēda infidelium ſeruitute libera
rūt: poſſederūtqȝ mirabili cū chriſtiani nominis incremēto annos
octo ⁊ octoginta ad Saladini vſqȝ tempeſtatem: qui non tam aut
ſua aut turcorum quorum Amyras poſtea factus eſt: vel prudētia
vel v̓tute q̄ȝ noſtrorū inſcitia atqȝ ignauia Guidonem ⁊ ipſum frā-
cum hieroſolymorum regem iniquo prelio cepit. ⁊ reliquis chriſtia
nis ad internitiū actis Remandum quoqȝ optimum ⁊ fortiſſimū
virum ac rerum bellicarum peritiſſimum viuum ad ſe perductum
ira excandeſcens gladio cōfoſſum occidit: ⁊ ita quod ſine lachrymis
meminiſſe non poſſum terram ſanctam Chriſtiqȝ domicilium ſpur
ciſſimi mahometi ganeo dicauit. ei fuit is vn⁹ Saladinus: qui tā-
tam peſtem: tantam perniciem: tantum deniqȝ exitium ac poene in
teritum chriſtiane reipublice intulit. Et ille quidem Saladin⁹ fu-
it: qui et turcus et ottomanus hac tanta ⁊ chriſtianis tam infoelici
victoria elatus tantum ſibi nomen ⁊ dignitatem peperit: vt et vn⁹

omniū prim⁹ ex ottomana familia incredibili turcoꝝ omnium cō-
ſenſu rex: quem illi Amyrām vocāt: creat⁹ fuerit. ꝛ ita in aīos illoꝝ
barbaroꝝ influxerit: vt aliū ſui generis Amyrā q̄ȝ ottomanū quem
piam: in hanc diē patiant̄ neminem. Ex ea vero tēpeſtate vbi ſcām
ciuitatē omnēqȝ iudeā chriſtiani tanta clade amiſiſſent. et Alexius
comenus imperatoꝛ cōſtantinopolitan⁹ latrocinādi turcis vberem
iuſtāqȝ materiā preſtitiſſet: itemqȝ reliqui deinceps eiuſmodi non-
nulli impatores ſtuduiſſent: ita ꝑ noſtroꝝ ſecordiā ꝛ inertiā res tur
coꝝ mirabili incremēto aucte amplificateqȝ ſunt: vt non tam de re
cuperandis hieroſolymis ſperandū eſſe videatur q̄ȝ formidandū de
amittēda Roma. Videm⁹ vniuerſam fere aſiam a Phenicibus et
Medis ad Helleſpontū vſqȝ turcoꝝ tyrannidi parere. In Euro-
pā vero vbi iam anno circiter centeſimo helleſponto ſuperato accer-
ſiti ſunt a Theodoro cantacuzeno aduerſus geneꝝ ſuū quem et ſo-
cer ꝛ tutoꝛ cōſtantinopolitano imperio antea fraudaſſet. Joannem
paleologū admodū adoleſcentē: dum ſimulant fallaciſſimi latrones
auxiliū ſe laturos illi delyro ſeni. Callipolin ꝛ Cheroneſum ꝑmo: de-
inde totā prope Thraciā occupāt. Myſos: Macedonas: Theſſa-
los omnis: Boetios: vniuerſam greciā: etolos: Epyrotas: Illyri-
cos: ad intimā vſqȝ dalmaciam oīa premūt teterrima ſeruitute. In
ſule pene oēs que a ſinu hadriatico ad mare ponticū iacent: vaſtate
iam plane ꝛ deſolate ſunt: ꝛ nō modo nō quieſcūt: aut vlla ex ꝑte re-
mittunt̄ efferate bellue: ſȝ quotidie magis atqȝ mag̃ vt ſunt ꝛ pre-
de et cedis auidi nūc Getas qui trans Iſtrum incolūt: nūc in acco
las germanos ꝛ hungaros impetū faciūt. Idqȝ aſſecuti iā ſunt aſſi-
duitate latrocinādi: vt reliq̄s fere omnib⁹ poſt terga ſuperatis chri-
ſtianis: hinc Italie: illinc germanie regno tuo finitime terroꝛi eſſe iā
incipiāt. Dum em̄ noſtri aut illos cōtemnūt: aut negligūt: in hanc
rerū calamitatē ac dedecus non tam incidimus: q̄ȝ deuenim⁹ Itaqȝ
ſatis perſpicue intelligi puto: q̄ȝ honeſtū ſit aduerſus eos bellū ſuſci-
pere: quib⁹ ſeruire non min⁹ turpe ꝛ foedū ſit: q̄ȝ erumnoſum ꝛ mi-
ſerū. Quare ſi id eſt maxīe natura neceſſariū quod ſit honeſtum: nō
obſcure tibi perſuaſum arbitroꝛ Rex karole eſſe tui ꝛ officiȷ̄ et mune
ris qui chriſtianiſſim⁹ inter principes chriſtianos ꝛ dicaris et ſis: q̄
qȝ ꝛ iuſticia debeas omnib⁹ et benefaciēdi ſtudio longiſſime preſta-
re: huic tante Chriſtiane religionis ignominie ac probro q̄ȝ primuȝ
cōſulere. Videm⁹ a viris ſapientib⁹ quoſdam laudatos: qui propt̄
inanem quandā hui⁹ mundi gloriam non tā quod honeſtū eſſet: q̄ȝ

quod honeſtum videreᷣ in vita ſecuti ſint. Qua ratione ducti ⁊. L. Junius Brutus. et. M. manlius torquat⁹ filios cedi virgis obtrūcariqꝫ iuſſerūt. Et id quidem illi p̄ntes intuēteſqꝫ. Phileni vero et codrus. Curtius: ac decij ſeſe ꝓ patria deuouerūt. Multiqꝫ alij ꝑ multa feciſſe tradūtur illi⁹ honeſtatis ſtudio: quā popularis fama glorioſam facit. Nam qui veram gloriam ſectati ſint: nō ex illa gētilitate: ſꝫ aut ex vetere aut ex nouo teſtamēto ſpectari cōuenit: quales Habraā Loth Moſen fuiſſe legim⁹: quoꝝ ille vt eſſet apud deum glorioſus: ne filium quidem īmolare dubitauit. At Moſes vt in ſuos beneficētia vtereᷣ. cōtempta omni mūdana gloria: cū maiori vtilioriqꝫ populo p̄fici poſſet. ſupplici p̄ce a deo petijt: vt ſeipſum potiuſquā iudeum populū interimeret: vel ingratū. Loth vero vt ſodomoꝝ ꝑfidiam ab ijs auerteret. quos hoſpicio ſuſcepiſſet: ne filias quidem ꝟgines illoꝝ libidini īmanitatiqꝫ offerre atqꝫ dedere veritus eſt: cum aliter eam iniurie cōtumeliam ꝓpulſare nō poſſet. Tu autem rex Karole patieris vniuerſum: vt ita dixerim: dei populum obcoene atqꝫ ſpurciſſime turcoꝝ ⁊ ſarrhacenoꝝ intemperantie tam turpiter tam flagitioſe ſeruire: Nō tibi poti⁹ optandū eſt: ſi ſit op⁹: vel ingēti probitate ⁊ laude Ludouicum filium vel te etiam ipſum morti tradere ꝓ ſalute populi chriſtiani tādiu multumqꝫ flagellati atqꝫ cōtriti: Imitat⁹ ſcꝫ non apoſtolos ſolū reliquoſqꝫ martyres: ſed Chriſtum ipſum Jeſum: qui cum ⁊ de⁹ eſſet et ſummi dei filius: pro ſalute humani generis mortez ſuā hoīm morti p̄tulit. An ſum⁹ ignari ſaluū fieri poſſe neminē: niſi q̄ crucem ferat: quā ipſe tulerit:

¶ Quid qd̓ ea eſt hui⁹ belli facilitas: vt nō tam de nr̄a dubitandū qꝫ de infidelium preda ⁊ nece ſperādum certo ſit: Nam hoc erat illud: qd̓ ab me ſecūdo loco dicēdum ꝓpoſueram. Quib⁹ in bello vinciᷣ: ea numero tria eſſe puto. imꝑatoris p̄ſtantiā militum multitudinem ac robur. ⁊ pecuniarie rei cōmodum. Sunt eñ nummi perinde atqꝫ nerui quidam rerum bellicaꝝ. Que quidem omnia ⁊ nobis adfutura: ſi talis ac tāta res ductu tuo imperioqꝫ geraᷣ. ⁊ illis defutura nō eſt obſcuꝝ. Nam vt de vi nummoꝝ cōticeſcam: quib⁹ te atqꝫ regnum tuū mirabiliᷣ affluere omnes ſciūt: is tibi exercit⁹ eſt: qui ⁊ magn⁹. et firm⁹. ⁊ q̄ꝫ diutiſſime aſſidua militia ſumma cū laude exercit⁹ aduerſus maximas eaſdemqꝫ omnium maxime formidabiles angloꝝ vires: ne vniuerſum quidem hoīm genus perticeſcat. Magne laudi datū eſt. B. Julio Ceſari: qd̓ britannos difficili bello ſuperaſſet: qui et Liberꝝ. et Herculem peritiſſimos duos ⁊ clariſſi

mos duos potētiſſimoſqꝫ duces vertiſſent aliqn̄ādo in fugam. ⁊ ab
nemine ipſi vnqꝫ eſſent ſuperati. At eoſdem ab anglis non modo ſu
peratos ⁊ victos. ſed patrio ſolo exterminatos oſtēdit Gallia Quā
to autem angli ſint frācis tuis inferiores: frequētes permagneqꝫ de
ijs habite in hāc diem a te victorie declararūt. Imp̄atoris preſtan-
tiam duabꝰ rebus cōſtare puto: prudentia ⁊ virtute: quibus ipſis ⁊
auctoritas omnis ⁊ euentꝰ proſperi pariūtur Nam ratio ⁊ conſiliū
cum omnibꝰ in rebus plnrimum valet: tum in bello gerendo maxi-
me. Qui eñ rei militaris ⁊ imperij ſit ignarus: recte agere nihil po
teſt neqꝫ pugnādo neqꝫ imperando. Nam ſiue quorūdam perfidia
factum fuerit: ſiue nutu quodam dei: qui quos amat arguit ⁊ caſti-
gat: quo ſeſe cognoſcētes eruditiores fiāt: ab vſqꝫ puero in hanc eta
tem iam ingraueſcētem ita belli ſemper verſatꝰ es: vt nullum te om
nino neqꝫ militis nec imp̄atoris munꝰ. vſus nullꝰ. ratio nulla late-
re queat. Virtute autem tāta es: quāta rex vnqꝫ alius neqꝫ fuit nec
eſſe poſſit Quem eñ te vno iuſtiorem: quem beneficētiorem aut vi
dimꝰ: aut audiuimꝰ: aut legimꝰ: de humanitate. de modeſtia. de faci
litate tua quid attinet dicere: qui cum ceteris omnibꝰ nominis chri
ſtiani principibꝰ. ⁊ regibꝰ dignitate. viribꝰ. ⁊ gloria antecellis: te in
fimis etiam omnibꝰ parem geras: quoſcūqꝫ illuſtri aliquo probita-
tis ſimulacro preditos eſſe perſpicias. Quibꝰ quidem artibꝰ per foe
liciſſimos rerum exitꝰ: quos prudentie ꝟtutis interuētu deꝰ ipſe p̄-
ſtare cōſueuit: tantam es autoritatem adeptꝰ: vt et deo tuiſqꝫ cariſſi
mis ⁊ cunctis mortalibꝰ non venerabilis minꝰ: qꝫ formidabilis vi
deare. Quoniam igit̄ ea omnia tecum habes: quibꝰ facilis victoria
parit̄: quid eſt: quod te ab huiuſmodi bello remorari debeat: Nam
hec infidelibꝰ ſecus ſunt omnia. Dicam primum de ſarrhacenis. de
turcis poſtea: ſi de mahometo ipſo totius illorum ſupſtitionis ⁊ im-
pietatis principe pauca antea percucurrero. Fuit eñ mahometus
cyrenaico genere natꝰ anno a Natali chriſtiano ſexcēteſimo vigeſi
mo ſexto. nulla parētum claritudīe cognitꝰ. nullis opibꝰ. ſolꝰ pror
ſus ⁊ nullarum virium. nnllorūqꝫ neruorꝫ. Hic admodū puer cap-
tus a ſarrhacenis qui inſignes habent̄ inter arabas latrocinijs: ve-
nijt Abdimonepli mercatori: qui ſe Iſmahelitico genere ortum di
ceret. Is quoniam careret filijs: coepit p̄mo mahometū tractare li-
berali: qua quidē re factū eſt: vt Abdimoneplis filiꝰ diceret̄ maho
metꝰ. Eratqꝫ hō ille ſimulator. diſſimulatorqꝫ. verſutꝰ. rapax. ⁊ im
purꝰ. ⁊ omni flagitio in p̄mis obnoxius: q̊ mox vbi adoleſſet: merca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

torisilliꝰ pecunioſi famulꝰ camelos agebat cum mercibus per ęgy-
ptum Syriam et Paleſtinã. perqꝫ alios peregrinos locos. Quibꝰ
itineribꝰ iterum atqꝫ iterũ repetitis. viſus ſepenumero tum iudeoꝝ:
tum chriſtianoꝝ cõſuetudineſ nõ tam diſcere q̄ꝫ deprauare ſtuduit ⁊
vetus ⁊ nouũ ſacrarum ſcripturaꝝ teſtamẽtum. Nam acumen in
genij in aĩo facinoroſo peiorem in partem oĩa ſemꝑ interp̄tatᷣ. Cum
huiõi miniſterio mercatori dño fidem falleret: redditusqꝫ eſſet conti
nuis furtis ⁊ ſuſpectꝰ et inuiſus omnibꝰ: ex obſcuro ſeruo factꝰ inſi-
gnis latro. Erat em̄ et aſpectu ferꝰ. ⁊ voce terribilis ⁊ gladiatorie q̄
dam robore corpis metuendꝰ breui temporis curriculo ⁊ nummos
ſibi ⁊ eiꝰ ſceleris ꝑticipes ſocios q̄ꝫplurimos compauit. Et ita apud
gentes barbaras in admirationem cum veniſſet. generis Iſmaheli
tici viduaꝫ eamqꝫ locupletem Gardigenam duxit vxorem: quę cũ
illiꝰ ęgrotationem ęgre ferret vtpote ſepenumero corruẽtis morbo
comitiali: quem ĩ ipſum nimia vinoſitate ac reliqua vitę atqꝫ victꝰ
intemperãtia inciderat mox homo veterator ⁊ perditꝰ: vt ea ſe pur-
garet infamia: ſimulabat id ꝓpterea ſibi accidere: quoniam ſplendo-
rem angeli Gabrielis: quem mentiebatᷣ ad ſe miſſum ab deo nunciũ
commentandi gratia ventitare: ferre non poſſet: nec eſſe morbum
comitialem ſed quam extaſin vocãt. Huiꝰ autem vxoris opibꝰ ela-
tus hõ furcifer ad immaniora facinora cõuertit animũ. Itaqꝫ a ſuo
deprauato ingenio ad oẽm audaciam promptus et Sergij Mat-
theiue dolo flagitioſiſſimi monachi infirmatꝰ in tantam breui apd̾
arabas oẽs exiſtimationem venit. modo ſe iudeã: modo chriſtianuꝫ
ſimulat: cũ nihil oĩno ſani ſaperet: vt maximꝰ dei nunciꝰ maximuſ-
qꝫ ꝓpheta vulgo haberetᷣ. Cum em̄ columbam quam ſpm̄ ſcm̄ latro
callidiſſimꝰ eſſe qui ſecũ loqueretᷣ: iactitabat: aſſuefeciſſet in aure ſua
paſci: ac tauꝝ quendã ex occulto eiꝰ audita altiore voce ad ſe feſtina
re ⁊ algoranũ cornibꝰ alligatũ. ſic em̄ legi quã ſectatoribꝰ ſuis tradi-
dit: nomẽ erat. ceteraſqꝫ: quas ipſe ante cũ Sergio cõpoſuerat: fal-
laciſſimas ſcripturas ſibi veluti deferre. ⁊ in ſuas manꝰ a quibꝰ ſolis
pabulũ capere didiciſſet: tanq̄ꝫ deponere: facile ꝑſuaſit hoibꝰ ventri
et ſomno deditis ſuos oĩs peſtiferos inſanoſqꝫ cogitatꝰ. Quibꝰ inſi
dijs factũ eſt: vt iam auderet. non latrocinij ſolũ: ſed apto marte ad
uerſus Romanoꝝ imperiũ arma cape. Nam cũ ex eiꝰ ſectatoribus
nõ mediocris numerꝰ in romanis legionibꝰ militaret: quo tempore
Heracliꝰ ĩꝑator ſtipẽdia partiretᷣ muneraqꝫ ĩ milites: ſarrhacenis
etiã ipſis ſtipẽdiũ petẽtibꝰ reſpõſum ẽ a quęſtoribꝰ eã diſtributiõeꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

non eſſe canibꝰ conſtitutam. Nam ſarrhaceni ipſi quaſi carrhaceni
apud arabas quoqꝫ habiti erāt infames. Itaqꝫ irritati eo reſponſo
ſarrhaceni cum illico in arabiam ad mahometum rediȷſſent: ⁊ illuꝫ
et reliquos ſarrhacenos nō difficulter ad defectionem bellumqꝫ cō-
citarūt Quo facto ſtatim in ſyriam impetu nō tam ſuis viribus q̄ꝫ
noſtroꝝ freti negligētia Damaſcum petūt infeſtis ſignis. Qua qui
dem vrbe terrore potius q̄ꝫ vi ſuperatis in campo damaſcenis intra
moeniaqꝫ compulſis. cōfeſtim potiti ſunt eamqꝫ diripuerūt. Et cū
nihil arbitror monſtruoſius accidiſſe humano generi: ea in vrbe pri
mum templum mahometo magnificum dicatum eſt. diuiniqꝫ ho-
nores inſtituti publice. coactiqꝫ damaſceni impudicū illius cultū ⁊
nefariam legem accipere. Et quoniā nō ego Mahometi referre fla
gitia queqꝫ ſceleraqꝫ inſtitui: ſed ex ȷȷs que ſunt ꝓpemodum infini
ta. quedā pauca veluti delibare: redditꝰ hac ille victoria ſucceſſibuſ-
qꝫ ferocior: videns nihil a romanoꝝ impatore in vltionem illate cō
tumelie parari aduerſus ſeſe: ita dormitantibꝰ chriſtianis bellū mo
uet aduerſus finitimos perſas: a quibꝰ ſibi maxime metuebat. Re-
gnabat ꝑ id temporis in perſis Choſrohes. qui etiam ipſe. vt inſanie
bat animo: diuinos ſibi honores preſtari voluerat. Is cōductis tur
cis qui tributarȷ ⁊ tanq̄ꝫ ſerui ſchytaꝝ intra caucaſi clauſtra aſperri
maſqꝫ cautes incolebāt: ſarrhacenis occurrit. Cōcurrit vndiqꝫ Ini
tur pugna ingēti ⁊ apparatu et aīo. Uulnerant vtriqꝫ multi. capi
unt. occidūtur. Superatꝰ tandem ingēti clade mahometꝰ in fugā
vertit: deformi vulnere excepto in faciem. A turcis inq̄ꝫ his ſupera
tus e. t vulneratuſqꝫ mahometꝰ. a quoꝝ nunc poſteritate maxime
colitur: q̄ꝫq̄ꝫ non tam ſupſtitione ducūtur turci q̄ꝫ illecebris ⁊ diſſo
lutiore viuēdi licentia. Nam verſutꝰ ille ⁊ callidꝰ veterator: quo fa
cilius imperitos populos atqꝫ rudis ad ſe traduceret: omne libidīs
et voluptatis genꝰ ſua lege permiſit. Uini autem vſum idcirco pro
hibuit: quo faciliꝰ celaret ſuſpicioneꝫ illiꝰ morbi: qui ſe vino obrutū
iampridem corripuiſſet. Nam vinum intemprātius ſumptum et
gignit ⁊ fouet morbum comitialem intimo quodam ſuo vehemen-
tiſſimoqꝫ ſpiritu. Is eīm meatibꝰ obturatis: quibꝰ fit reſpiratio: vel
mors cōtinuo: vel morbꝰ comitialis cōſequatur: neceſſe eſt. Nō igi
tur religione turci: quam nullam tenēt: non ſupſtitione: quam nul
lam pluris. q̄ꝫ religionem faciūt: quippe quibꝰ nulla neqꝫ dei neqꝫ
animi cura ſit: nullꝰ metus. nullꝰ cogitatus: ſed diſſolutiſſima qua
dam viuēdi licentia: qui mahometi vires in perſide pſtrauiſſent ⁊ i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

mahometi faciem inhoneſtū vulnus inflixiſſent: eiꝰ ſe tandem ſectę
nefarię ſocios addiderūt. Ipſe autem mahometꝰ pluribꝰ bellis ge-
ſtis. alijs ſecūdis. aduerſis alijs. poſteaq̄ꝫ annos in ſuis vel erroribꝰ
vel ſceleribꝰ vixiſſet quadragita: veneno perijt in arabia ꝑ Bardige
nę vxoris cognatos ⁊ ſuū quendā conſobrinū: quo tpe ab eoꝝ inſi-
dijs redijſſet: qui cū mercatoꝝ camelis e ſyria iter faciebāt Sarrha
cenos autē turci etſi ſemꝑ exoſi inſectatiq̄ꝫ ſunt: tamē vt mahome-
ticę ſuꝑſtitioni ſe aſiſcerent: hoc fuit in cauſa. Jam vniuerſa Africa
parebat ſarrhacenis ⁊ magna ex ꝑte aſia: cum turci nō multo ſupra
milleſimū annum a Natali chriſtiano cœperūt aꝑto Marte vęhe
mentiꝰ eos vrgere. Nam vbi eos diutiꝰ in Aſia eminere indigna-
rent: regem creāt noīe Sabochū: qui de occupanda aſia cōtinuo co
gitans: quo id faciliꝰ aſſequeret: ſe mahomete cultorē ſimulat. idq̄ꝫ
nō tam dei. q̄ꝫ hoīm metu: quos ſibi cupiebat cōciliare. Itaq̄ꝫ cōte-
ſtatꝰ eſt illi Callipha quē illi veluti pontificem maximū venerant:
ſe de cōſtituta mahometi religione nihil oīno mutaturꝝ. cęterꝝ nolle
erubeſcēdū ſarrhacenoꝝ nomē aſia expellere. Quare breui cuncti il
li ſarrhaceni qui arabes ſunt. a turcis eijciūtur ex aſia redacti ij ſane
ad priſtina latrocinia: quibꝰ in hāc etiam diē maxime oīm ſtudent
diſſipati atq̄ꝫ diſperſi nō ꝑ locos ſolū aſperrimos ęgypto Syrię. ⁊
paleſtinę finitimos: ſed ꝑ oēm africę ſolitudinē. Pulſis ꝓfugatiſq̄ꝫ
ſarrhacenis res turcoꝝ per Virogriſſam q̄ poſt Sabochi obitū re-
gnum excepit. nō mediocre ceperūt incremētum. Is enim cum rel
quū Aſię quodcūq̄ꝫ ſarrhacenis ſeruierat. ſubegit: tum ꝑ multas p̄
claras vrbes q̄ romano parebāt imperio. vi expugnauit cepitq̄ꝫ ī by
thynia. Succedit Virogriſſę Archotꝰ ꝓpinquus. q̄ primꝰ ſubiu-
garat in meſopotamia vrbem ampliſſimam Rhohain. deinde Se-
leucia et Laodicea ceptis vrbibꝰ ⁊ reliqua ꝓuincia in deditionē ac-
cepta. regni ſedem Mendi cōſtituit. ac regiū induit diadema. eſtq̄ꝫ
ſultanꝰ ſalutatꝰ. Et ne videar oēm hiſtoriam receſere. cōfeſtim ad-
modum fit vel turcoꝝ diligētia vel negligentia chriſtianoꝝ princi-
pum. vt gręcis ex vniuerſa Aſia eiectis. illi ad helleſpontū vſq̄ꝫ oīa
ſubiugarit. nec multo poſt in europam traiecerit a chriſtianis accer
ſiti aduerſus chriſtianos. Nam qđ mō dicebā cum Theodorꝰ can
tacuzenꝰ ęgre ⁊ iniquo aīo ferret eo ſe ſpoliatum qđ imperiū circum
ſcriptor occuparat. Turcos in Thraciā intulit aduerſus Romano
rum imꝑatorē Johānem palęologū ſeniorē illum. generꝝ ſuū ⁊ auū
huiꝰ conſtātini imꝑatoris Manuelis filij. Quę vna res q̄ꝫ calami

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

toſa. q̄zq̄z funeſta ⁊ fuit et eſt chriſtiane religioni. nō obſcure docent tot tātēq̄z puīcie. que turcis in europa erumnoſiſſime ſeruiūt. Et vt ſummatim accipias rex Karole. que qualeſq̄z ſunt Turcoꝝ vires: vix ad ſexaginta hoīm millia exercit⁹ omnis aſcēdit peditibus equitibuſq̄z conflatus. Uiginti millia comparant ex aſia Ad quadraginta millia ex ijs puincijs quas in europa tenēt occupatas Et ne hi quidem milites turci ſunt omnes. ſed ingens chriſtianoꝝ numer⁹ quibus turc⁹ ſuperbiſſime dominat vel inuit⁹ in expeditionē agitur. Et erāt ſane ſexagita hoīm millia. cum nup anno vigeſimo tercio agebam ī thracia apud iohānem imꝑatorem Manuelis itē filium. Nūc autem quāto minor eoꝝ ſit numer⁹. facilis ſit cōiectura. ſi ea clades cōſideretur. qua ⁊ bis et iteꝝ proximis annis ad internitionem vſq̄z ab vno Johāne Uaiuoda redacti ſunt tot robuſti firmiſſimiq̄z exercit⁹. Nam qd̄ audiam⁹ ducenta ⁊ trecenta milia hominū complere turcoꝝ exercit⁹. ſint ſane nō trecēta millia. ſed quotquot Xerxes fert duxiſſe aduerſus greciā quinquies etiā decies centena hoīm millia. dūmodo ſint oēs ruſtici et paſtores. nullis tecti. nullis muniti armis. quib⁹ aut offendāt. aut ſe tueātur. Jampridē turcoꝝ vires exhauſte penit⁹ exinaniteq̄z ſunt. quo tp̄e Maſſageta ille Tomyris cognomēto Tamberianus Baiſeten cyricis patrē ⁊ hui⁹ mahometi proauū amoratho nati cum quadringentis hominū millib⁹. vicit. cepit. interemit. Itaq̄z turcoꝝ vires ita extenuate ſunt. ita fracte. vt nullo pacto ambigēdum ſit de victoria. q̄ eo certior eſt futura. quo ad debilitatem exercit⁹ accedit imꝑatoris infirmitas. Uideo laudatū a ſapientib⁹ illum atheniēſem Chabriam: qui dictitare ſit ſolit⁹ multo eſſe formidabiliorez ceruoꝝ exercitū ductu leonis. q̄z leonum ceruo duce. Qd̄ ſi exercitus tu⁹ rex Karole tum his cōpletur hoīb⁹: qui ⁊ corpis robore ⁊ animi magnitudie leones oēs atq̄z inſupabiles dici poſſint: tum vno te duce imꝑatoreq̄z vtūtur: qui cūctos mortalis fortitudie ⁊ ſapientia inferioris oſtendas: num dubites integer atq̄z ingens cum turcoꝝ reliquijs congredi: q̄ et ipſi quaſi cerui. timidi. fugaceſq̄z ſunt: ⁊ meticuloſiſſimo duci parent eidemq̄z ſtultiſſimo puero: Erat certe huius mahometi pater Amorathus qui modo aīam efflauit. ⁊ verſut⁹ ⁊ callid⁹ rerūq̄z bellicarum ſciētiſſim⁹ Cuius vni⁹ peritia ⁊ cōſilio factum eſt: vt fugatis etiam ad barnam pſligatiſq̄z turcis fere omnib⁹ e victo victor p effrenatam Uladiſlai adoleſcentis audaciam imprudētiamq̄z euaſerit. ⁊ anno item proximo ad quintumdecimum kal'. nouembres p

Getarum ad ſe defectionem vehementi clade in triballis hungaros et bohemos a quibus acerrime vrgeretur: affecerit. Omnis turcoꝝ ſpes que in vno Amoratho poſita erat ⁊ conſtituta: nūc in eius fi: io mahometo putat ac languet. Is em̄ annos natus vix dum viginti arma nunqꝫ tractauit. Nec ſani quicqꝫ aut didicit: aut audiuit. Totus eſt in potu. totꝰ in venere. Reliqui vero aut centuriones aut tribuni militum: qui bellandi gloria ducerētur inſignes: in illis pluribus illuſtribuſqꝫ victorijs quas de turcis Johānes vaiuoda adeptꝰ eſt: omnes propemodum periere. Que cum ita ſint: quid eſt per immortalem deum: quod te rex Karole a tanta et tam certa vincendi ſpe retardare debeat: tanta preſertim oblata vel occaſione vel opportunitate. Nō em̄ tempus ipſum dūtaxat poſt tot ⁊ tam illuſtris tā qꝫ honeſtiſſimas victorias tuas pacatis iam ⁊ compoſitis rebꝰ Gallie te excitare atqꝫ inflammare debet ad hoc bellum ſuſcipiēdum nō facile minus q̄ꝫ neceſſarium in tanta imbecillitate turcicarum rerū. ſed et qꝫ deus ipſe attulit locorum ad turcos inuadendos commoditas. Demetrius paleologus Manuelis etiam ipſe imperatoris filius peloponeſium regno nuper eſt potitus excelſo animo ⁊ ſumma virtute princeps. Is vt eſt vir chriſtianiſſimus ⁊ iniurijs etiam maximis affectus a turcis nihil omniū magis cupit: magis optat q̄ꝫ turcorum interitum. Eſt autem peloponeſus regio adeo rebus omnibus munita: vt nihil eſſe queat munitiꝰ. Circūdatur vndiqꝫ hic Ionio inde egeo pelago cum aſperrimis et tutiſſimis promontorijs. Iſthmo ſecernitur a continēte reliquo: quem murus perpetuꝰ atqꝫ inexpugnabilis ab altero ad alterum mare ſepit. Habet intus ⁊ fecundiſſimos colles ⁊ campos vberrimos rebuſqꝫ omnibus refertiſſimos: quas hominum victus cultuſqꝫ deſideret. Unius diei nauigatio te cum vniuerſo chriſtianorum exercitu ſecūdis ventorum flatibus ex promontorio tarētino in peloponeſium deuehat. Inde in turcos eque facillimꝰ tibi atqꝫ tutiſſimus pateat impetꝰ. Nec patiat̄ Demetrius ſe tante laudis atqꝫ glorie expertem fore: ſed ipſe quoqꝫ in expeditionem ⁊ pugnam prodeat cum ſagittarijs decem millibus ⁊ equitibus ad quadraginta millia. Quod ſi e brunduſio velis ſoluere. B. ſcilicet Ceſarem imitatꝰ in agrum dyrachinū: illico tibi obuiam fiat Harrianites vir bellicoſiſſimꝰ et turcis inimiciſſimus: qui vniuerſis albanis dominat̄. Nam q̄ꝫqꝫ italie pncipes mutuis inter ſe odijs diſſident: nemo tñ futurꝰ ſit. q̄ tibi in tāto ⁊ tam pio tāqꝫ ſalutifero facinore audeat aduerſari preſertim Nicolao quinto Ro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

manorum pōtifice maximo: cuiꝰ ſapiētiam. grauitatem. innocentiā. ſanctimoniam. quaſi numen aliqđ vniuerſa colit italia. Ac fiet forte fortuna: vt ſpero: vt ipſi etiam italię principes depoſitis ſimultatibꝰ ⁊ diſcordijs mutuis vt veniētem non inuiti comitētur in opere tam ſancto: tam pręclaro. Qđ ſi vnꝰ ſolum Franciſcus Sphortia Mediolanēſium dux te comitari inſtituerit. id qđ indubitato faciet: ſi pacari italiam ſenſerit: nō modo turci ⁊ ſarrhaceni qui dicūtur: ſed vniuerſi hoſtes chriſtiani nomīs ad ſanitatem redeāt. Uidemꝰ enī hunc Frāciſcum Sphortiam tui ꝑfecto nomīs ac generis amātiſſimū neſcio quo natum ſydere quibꝰ educatum inſtitutis: qua dei benignitate fretum vſqꝫ adeo anteire laudibꝰ rei militaris vniuerſū vero hoīm genꝰ. vt nihil ſit tam magnū. tam difficile. tam inexpugnabile: quod nō ⁊ aggredi ⁊ ſupare audeat ſibiqꝫ ſubmittere. Itaqꝫ proſtratis ac victis omnibꝰ italię exercitibꝰ. nullius ope. nulliꝰ auxilio huiōi principatꝰ mirabili ſua diuinaqꝫ ꝟtute potiꝰ eſt: quo nullus in italia eſt pręſtātior. nullꝰ firmior. nullꝰ formidabilior. Sin autem itinere malis in turcos q̄ꝫ nauigatione vti: iſtud tibi ꝑ finitimam germaniam ⁊ pannoniā eſt futurū. Facile te ſequant̄ ⁊ germani ipſi nō inuiti ⁊ hungari Iohānesqꝫ ipſe vaiuoda libentiſſime maioribꝰ etiam copijs q̄ꝫ ſit opꝰ. Sequant̄ triballi duce Georgio fortiſſimo ⁊ prudentiſſimo principe. Sequant̄ ij Getę omnes: qui ad Iſtrum et Euxinū incolūt. eo pertinatiꝰ fidem ſeruaturi. quo ſuperiore anno cū defeciſſent ad turcos. ingēti numero ab illis ſunt iterempti: q̄ꝫq̄ꝫ nullꝰ tibi auxilijs opus eſt nullo comitatu. Soli certe franci ſatis ſint ſuperqꝫ futuri: quorū ferociam atqꝫ impetū ne dicā nō ſuſtinere turci: ſed ne cōtra aſpicere quidem ꝑferēt. Nam ſuperatis ⁊ victis turcis de ſarrhacenis nullū eſt negocium. Nam q̇ vero ſunt ſarrhaceni: eos iampridem ab ipſis turcis rege Sabocho ex oī Aſię imperio in ſolitudies eiectos oſtendimꝰ ad priſtinaqꝫ latrocinia redactos: nullis certis ducibꝰ circūquaqꝫ paſſimqꝫ vagantes. nullo ꝑncipatu. nullis legibꝰ. Qui āt hac tempeſtate ſarrhaceni nominant̄: quibꝰ ęgyptus paret: ⁊ ſyria ⁊ palęſtina: hi oēs ſimul cum ſultano ſerui ſunt venales trās mare eo aduecti ad ſummū viginti millia Nec ex vna quapiā empti natione. Sꝫ alij ſunt Sauromatę: alij ſarmatę. alij gotthi. alij alani. Nōnulli gręci. plęriqꝫ illyrici et alij ex alia gēte ac lingua: qui ꝑmo vi coacti a patria religione ritu qꝫ deficere deinde illecebrarū veneficio deliniti mahometiſtę nō tam redditi ſunt q̄ꝫ ſimulati. Huiōi vero ſerui tria illa opulētiſſima reg

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ita iugo intollerabili ſubegerūt: vt alij nemini q̄ꝫ ipſis aut arma fer-
re: aut equū inſcendere liceat: neqꝫ aliud liberale quicq̄ꝫ q̄ꝫ vel agri-
culturam ⁊ paſtoraleꝫ mercaturā. vel tabernariam exercere. Quin
etiam pꝛeter calones aliud calciamēti genus induere egyptijs ⁊ ſy
ris ⁊ ijs qui iudeam incolūt. nullum omnino licet. Jtaqꝫ omnes il-
li populi ita molles effoeminatiqꝫ ſunt: vt virile quicq̄ꝫ neqꝫ ſapiāt
neqꝫ velint. Tantula vero ſeruoꝝ manꝰ qui maiore ex parte chriſti
ani extiterint: q̇d ſit aduerſus te vel conatura vel auſura: nō intelli-
go: ꝑſertim cum ſenſerit ſubiugatos turcos: qui ſunt veluti ꝓpu-
gnacula atqꝫ munitiones mahometiſtaꝝ omnium. Aduerſus illos
vero cum trāſitum: tum etiam cōmeatum paret ac p̄beat non Ale-
xius quiſpiam ſed Cōſtantinus imꝑator: qui etiam ipſe vt eſt pio ⁊
excelſo animo: cum omnibꝰ: vt ita loquar: reliquijs illiꝰ orientalis ī
perij: que cōfectis turcoꝝ viribꝰ validiſſime ſunt future: nō ſolum ī
expeditionē te comitabit̄: ſed libēter ⁊ magnifice comitabit̄. Nomē
autem cōſtantinopolitani imperij in vniuerſa aſia ⁊ ſanctum habet̄
et venerabile. Quapropter cum perſpicue poſſis aduertere rex Ka
role ad belli huiꝰ neceſſitatem eiuſmodi cōficiendi facilitatem acce-
dere: vt nihil ſit de ſumma victorie ambigēdum te fortiſſimi ⁊ omni
bus rebꝰ ornatiſſimi exercitꝰ ſapiētiſſimo atqꝫ optimo imperatore:
vtere obſecro tāta hac rerum occaſione quam tempꝰ tibi atqꝫ deus
attulit: nec patere vt hominum culpa fracte atqꝫ interempte hoſti
um īfidelium viris reuiuiſcāt. recreent̄. inſtaurētur. ¶ Quod ſi ho
neſtatis ratio. qua nihil eſſe oportet apud animum generoſum ma
gnificūqꝫ antiquius non omnino eam vim habet: vt ſua nos ſpecie
ad res maximas pulcherrimaſqꝫ alliciat. preſtet id ſaltem vis ⁊ ma
gnitudo vtilitatis. quam ex hac tāta ⁊ tam perfacili victoria nobis
noſtriſqꝫ poſteris comparabimꝰ. Nam cum ipſe rex Karole maxi
mum ⁊ florentiſſimū adipiſceris imperium. tum hi omnes qui te ſe
quent̄. ingentes ampliſſimaſqꝫ opes cōſequent̄. Uidemꝰ nullas eē
recōditas adeo. longiſſimeqꝫ poſitas. atqꝫ inuias regiōes. quas ꝑ ſū
ma terre mariſqꝫ pericula mortales ipſi comparādi auri gratia non
petere cōſueuerint. ⁊ quottidie petāt. Nā ſi res geſtas Perſey Her
culis Liberi ex antiq̇tatis monumētis repetere velimꝰ. non magis
eos gloria ductos q̄ꝫ vtilitatis magnitudīe excitatos longinqua aſ-
perimaqꝫ bella queſiſſe inueniamꝰ. Que quidem vna ratio grecos
etiam illos potiuſquam vllus Helene raptus quem fabulantur. ar
mauit aduerſus Aſiam. Et Galli item ipſi cum ſuperatis alpibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ad padum cõſederũt. ⁊ hoꝝ poſteri cum inuaſerũt cluſinum agrum
ac ſemel ⁊ iterũ aduerſus Romanos mouerũt arma. ac nulla magis
q̄ꝫ emolumẽtis impulſi ſunt. Sic Aeneas in italiam venit. Anteno-
noꝛ in Uenetiam. Quot aut legim⁹ aut audiuim⁹. qui copias ege-
rint aduerſus ſcythas? Nam cum ſint omnium gẽtium paupꝛimi
libere ſinuntur vagari in campis. nullis vꝛbibus. nullis mœnibus.
nullis muniti ędib⁹ aut tectis. At aduerſus auꝝ ⁊ argẽtum. aduer
ſus opes ampliſſimas facile animi hoĩm accerſunt. Quod ſi quotti
die Galli Hiſpani Germani Itali. per omnem cõtemptum atq̄ꝫ cõ
tumeliam verſant mercatores ⁊ tanq̄ꝫ mercenarij quidam ſerui adi
piſcẽdę vtilitatis grã inter opulẽtiſſimas turcoꝝ ſarrhacenoꝛumq̄ꝫ
regiões. quãto maioꝛ futura ſit: quãto cumulatioꝛ glorioſioꝛq̄ꝫ vti-
litas ſi id facere licuerit te victoꝛe ⁊ domino? Ut em̄ maxima conti-
ceſcam ⁊ feraciſſima regna. quę in Europa turci pręmũt teterrima
ſeruitute. vt de tam latis tam varijs. tam amœnis. tam abũdantiſſi
mis rerum omnium regionibus quę cogunt in Aſia parere turcis.
nihil pꝛoꝛſus loquar. tria illa dũtaxat ſeruoꝝ regna ęgypt⁹. Syꝛia
Palęſtina de omnis generis diuitijs cum vniuerſo genere hominũ
cõtendere non dubitent. Nam ęgyptus vt Philo iudęus grauiſſi-
mus teſtis eſt: ſola ex oꝛbe terraꝝ hyemem non patitur. Sed trib⁹
anni diſtributa temperataq̄ꝫ tempoꝛib⁹ vere ęſtate. autumno neq̄ꝫ
niuem nouit nec moleſtam imbꝛium tempeſtatem. Per ſaluberrimi
Nili viciſſitudinem ſuis tempoꝛib⁹ humefacta atq̄ꝫ demollita vl-
tro fert omnia: quib⁹ hominũ vita vel alitur: vel oꝛnatur. Syꝛia
vero quanti ſit faciũda: pꝛomiſſio diuina teſtata eſt. Nam pꝛomiſ-
ſionis terram quam de⁹ omnipotẽs populo ſuo cõſtituit. Iudęam
eſſe ſcim⁹. Hęc autem Syꝛię eſt pars. Quod cum ſua natura hęc
tria regna cęteris omnib⁹ oꝛbis terrę regionib⁹ anteeũt bonitate ſo
li: accedit etiam chꝛiſtianoꝛum hominum frequentatio: qui quicq̄d
aut argenti aut auri: aut margaritę ⁊ gemmę apud reliquas gẽtes
et populos reperit: eo impoꝛtãt: quo aliquid inde illarum rerum ex-
poꝛtent: quarum illi ſunt diuites ⁊ nos pauperes. Quanta igitur ⁊
ad te ⁊ ad chꝛiſtianos omnis emolumẽta ſint peruẽtura ex hac tua
tam pulchꝛa tam facili de turcis ſarrhaceniſq̄ꝫ victoꝛia: tum diluci-
dius cognoſces cum tot illoꝝ et tam opulentiſſimoꝝ regnoꝛum ma
gnificẽtiam atq̄ꝫ amplitudinem animo tacit⁹ metiere. ¶ Nec eſt
tibi pręterea ſubuerẽdum. neq̄ꝫ aduerſus te tumultus in frãcia aut
in reliqua tua gallia per anglos inſurgat. cum exercitum aduerſus i

fideles eduxeris. Nam neqȝ ipſi angli vllo modo patiantur vt ſunt
homines religioni deditiːſe tam pieːtam ſancteː tam glorioſe expe-
ditionis expertes duci. Sed poſitis ⁊ proſtratis cunctis ſimultati
bus propter Chriſtum alacres te ſequenturːimitati ſcilicet maiores
ſuosːqui ſemper francorum regibꝰ ⁊ ſocios ſeſe ⁊ comites aſciuerūtː
quotiens aduerſus infideles bellatum eſtːQuin eo te magis angli
admirabūturːvenerabūturqȝːquo animaduertent te quaſi e bellico
ſiſſimo quodam Romulo religioſiſſimum Numam redditum.
Ad hec habes Lodouicum filium cunctis animi virtutibꝰ glorie-
qȝ ſplendoribꝰ q̄ȝſimillimum tuiːquem ſiue regni preſidioːſiue du-
cendo exercitui prefeceris. ⁊ tue et chriſtianoꝝ vniuerſe reipublice
non ſapiēter ſolumːſed etiam foeliciſſime prouidebis. ¶ Age igitur
Chriſto duce ac propugnatore rex Karole huic bello tam neceſſa-
rio. tā honeſto. tam glorioſo pro tua vel pietate vel beneficentia mē
tem omnem animumqȝ intende. Noli pro tua iuſticia eos inultos
patiːquos vel tueri debeasːvel ornare. Qđ ſi nulla difficultas nul-
lus labor deterrere te debet ab hoc pulcherrimo honorificentiſſimo-
qȝ facinore. Uide queſo quid tibi faciendum ſit tanta ex hoc bello ꝑ
poſita non facili ſolumːſed ſperata certaqȝ victoriaːpreſertim quod
ad mundanam ⁊ ad celeſtem gloriam plurimorum quoqȝ ampliſ-
ſimorumqȝ regnorum ⁊ ingentes opes in te ſint ⁊ clariſſima impe-
ria peruentura. Bellum tibi omne futurum eſt cum agreſtibꝰ incul
tiſqȝ hominibꝰ cum latronibusːcum fugitiuisːcum venalibus ab-
iectiſſimiſqȝ ſeruisːqui dum neglectui cōtemptuiqȝ habenturːtan-
q̄ȝ imbelles languideqȝ pecudesːnō mediocris tenebras noſtra cul-
pa chriſtiane luci infuderunt. Hinc et Sigiſmundus rex audacia
potius q̄ȝ prudentia vſus comite per ingentem francie nobilitatis
ſtragam inauditumqȝ ludibrium eſt a Baiſeta illo turpiter ſupe-
ratus. et rex Uladiſlaus in profligata victoria per Amorathum
periyt. Hinc Janus rex cypriorum capta vaſtataqȝ patria in ca-
thenas ad egyptiptiorum ſultanum tractus eſt. Hinc Affrica vni
uerſa et magna ex parte Aſia ſeruit impuriſſimis flagitioſiſſimiſqȝ
barbaris En ſentimus iam italie germanieqȝ veſtibula teneri a tur
cis .pulſari fore. concuti .irrumpi. Nec excitamur. nec vrgemur.
nec impellimur .vt nobis ſaltem ipſis poſteriſqȝ noſtris conſula-
musː Quis nos tantus vel ſopor vel ſtupor inuaſit. vt quaſi men-
tis atqȝ ſenſus inopes videntes ſcienteſqȝ perire. quam in tam faci
li tam illuſtri tam ampla conducibiliqȝ victoria ⁊ noſtram vlciſci.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

et ſummi dei iniuriā malim⁹: Surge iam tādem Rex Karole. Te
ipſum excita. hortare. cōpara. Ut reliq̄s chriſtianis p̄ncipib⁹ ac re-
gib⁹ dignitate p̄ſtas: ita tibi omni ope atqꝫ opa ſtudendum eſt. vt
abſolutiſſima v̄tute his omnib⁹ ꝛ vera gloria ſis ſuperior. Uiciſti an
glos. Iuſticię em̄ mun⁹ in teipm̄ tuoſqꝫ cōtuliſti. Rex chriſtianus
aduerſus chriſtianos arma ſumpſiſti. Sz quāto pulchri⁹ erit ꝛ glo
rioſi⁹. ſi idem feceris in turcos ac ſarrhacenos. a quib⁹ non tua ſolū.
ſed Chriſti patria ſpoliat⁹ ſis. Que vet⁹ tibi patria eſt: Nōne Tro
ia. quę olim Teucria dicebat: Ex hac em̄ Franco et Teucro p̄fecti
ſunt in Pannoniā primū. deinde p̄ ſuos poſteros in germaniam. de-
mū in Galliā iſtam trāſalpinam fortiſſimi illi quidem ꝛ p̄ſtātiſſi-
mi auctores tui nominis ꝛ generis. At hoc tempore p̄ Teucria et
Troia Turciam videm⁹ appellari. Nam ij omnes qui teucri troia
niqꝫ dici cōſueuerunt: ab infami ꝛ efferatā turcoꝝ immanitate oppreſ
ſi ſunt. Iidem turci hieroſolyma: vniuerſamqꝫ iudeam tot patriar-
chaꝝ ꝛ p̄phetarum patriam: intemeratę Marię v̄ginis ſaluatoriſ
qꝫ domicilium chriſtianis ac francis eripuerūt. ꝛ cum infinito poe-
ne francoꝝ numero Guidonem regē crudeliſſime trucidarūt. Heu
nos miſeros atqꝫ infoelices. Si tot verberib⁹. tot exemplis admo-
niti reſipiſcere in viamqꝫ redire neglexerim⁹: quę nobis ſpes reliqua
ſit futura: ſi beneficijs etiam p̄uocati diuinam miſericordiā benigni
tatemqꝫ cōtemnam⁹: Eſt igit̄ vel ſapiētię vel officij tui rex Karo-
le: vt vel vltionis in turcos ꝛ ſarrhacenos vl̄ gratitudīs erga deum
ratione ductus: enſem quem q̄diu ac multum in chriſtianas acies
non iniuria diſtrinxiſti: eum ı̄ ſceleratiſſimos Chriſti hoſtes ſic acu
as ꝛ cruentes pro tua pietate: vt non diuus Ludouic⁹ ille modo ac
cęteri franci principes qui multi defuncti ſunt hac luce immortalis
tibi apud immortalem deum gratias ſint acturi: ſed de⁹ etiam ipſe:
qui extremis ſupplicijs inſectatur ingratos: id quod in Saulem: ı̄
iudeos qui Apidis vitulum adorarāt. ꝛ in alios permultos oſten-
dit: tua gratitudine delectatus et viuū ꝛ mortuū ſempiterna gloria
te amplificet. Hęc autem non idcirco Franciſc⁹ philelfus liberius
ad te ſcripſit: quod regali tuę incomparabiliqꝫ virtuti quicqꝫ diffide
ret: ſed vt ſuā erga te fidem obſeruātiamqꝫ oſtenderet. Uale ex Me
diolano. decimotercio kalendas Martias. Milleſimo quadringē
teſimo quinquageſimoprimo.

¶ Sequitur Liber Nonus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Franciſci Philelfi Epiſtolarum Liber Nonus

Franciſcus philelfus Sphortię ſecundo ſalutem

Ortatur me Sphortia ſecūde ſingularis tua benigna-
q3 modeſtia: vt de his ad te ſcribere nō verear: q̄ vel vti-
lia tibi vel ſaltem nō iniucūda fore iudico. Idq3 eo libē
ti⁹ factur⁹ accedo: quod cum tuę meq3 etati: tum mu
tuę noſtrę beniuolētię cōſentaneum eſſe duxi. Permultis te muneri
bus eiſdemq3 pręclaris tum natura inſigniuit: tum auxit fortuna:
quam vocāt. Quę ſi diligēti ſtudio ac veluti arte quadā ad cumu
lum vſq3 perduxeris nulli⁹ inops laudis ſis factur⁹. Quo pr̄e na-
tus es: nō ignoras. Hui⁹ maximas incompabiliſq3 v̄tutes niſi fue
ris egregie imitatus: quanto is patre Sphortia impatore fortiſſi-
mo ob rerum geſtarum atq3 regni gloriam habet̄ illuſtrior: tāto ip-
ſe Franciſco Sphortia patre tuo principe optimo ac maximo ī lau
de min⁹ excellenti quadam: obſcurior fuiſſe exiſtimabere. Nihil em̄
obtendas: quod incuſes. Nam ſi Africani ſuperioris fili⁹ patritis
laudib⁹ non reſpōdit: nō ei ſed valitudini culpa datur. At Sext⁹
Pompeij magni et Marc⁹ Ciceronis fili⁹: alijq3 nōnulli viris na
ti pręſtātiſſimis int̄ degeneres ideo numerātur: quod ſua ipſoꝝ cul-
pa tales eſſe voluerūt. Quod em̄ benignitatis genus. vt ad te redeā
natura tibi non eſt affatim elargita: Formę pręſtātia polles pluri-
mum: qua ipſa dignitatem mētis atq3 ingenij repſentari par eſt: ſi
quidem materia formę quam dicūt: nō hęc illi prior accōmodat̄ na
tura. Et ea es integritate ſenſuū: quam rariſſimā licet inueniri. Ve
locitas celeritati cōgruit. leuitas atq3 agilitas facilitati dexteritati-
q3. Eodemq3 modo alacritas acrimonię. facundia intellectui Hęc
autem omnia: quę corporis cōmoda appellāt ſtoici: talia ſunt: qua
lis eſt is: qui vtit̄. Nam ſi mens humana ſequit̄ eam mētem: ad cu
ius eſt nō genita: ſed creata imaginem: ita naturam: quam diuina
mens peperit: ſequet̄ ars hominū atq3 imitabit̄: vt errore nullo que
at intercipi. Non em̄ natura: ſed malo erram⁹ more. Nam cū mo
res ſint qualitates ei⁹ animi partis: quę rōne caret: tum agimur de
uij malis morib⁹: cum perturbationib⁹ obſecuti rōnis ductū aſper-
nātes erramus. Quid em̄ aliud error eſt q̄3 falſi alicui⁹ pro vero ap
probatio: ſi quidem rationem ſequētib⁹ et recta ⁊ expedita oīa ad ve
ritatem patet. Sed quorſum hęc: Ut intelligas nō mediocri tibi
vicio datum iri: ſi in tanta vel naturę: vel fortunę fœlicitate non id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

efficies tua etiam ĩduſtria: vt dign⁹ habearis qui ſphortianam glo-
riam nõ ſolum eques: ſed etiam ſi fieri poteſt: patrem imitatus atta
uũ illum q̃ʒ pulcherrime ſuperes. Q̃d vt facere poſſis ea tibi via ĩce
dendum eſt: qua Alciden famulant̃ eum: qui poſtea Junonis ĩuidia
fact⁹ glorioſior Hercules eſt cognominat⁹. Js em̃ iſtam nat⁹ ęta-
tem qua nũc tu es: vbi ſeſe in ſolitudinẽ ſui fortaſſis colligẽdi ꝛ me-
ditãdi gr̃a recepiſſet: duas ſibi matronas offerri coram viſus ẽ vide
re: quaꝝ altera: vt ad vltimũ cognouit: eſſʒ ΗΔΟΝΗ hedone: quam
noſtri voluptatẽ vocãt alterã vero ΑΡΕΤΗ arete: quo noĩe virtus ſi
gnificat̃. Cũqʒ Alciden illa blandi⁹ primũ adiret. ſtimularetqʒ oĩ-
bus lenociniorꝫ illecebris: ſe vt ſequeret̃: ſuo em̃ ductu õnia ei dulcia
ſuauiſſimaqʒ futura: q̃d em̃ imbecillitati adoleſcẽtię ipſa titillãti vo
luptate iucũdius: Et ꝟtus cõtra eundem a voluptate tanq̃ʒ a flagi
tio auocãs: vt ſuis inhereret veſtigijs grauiter ſimul ſaluberrimeqʒ
doceret: neqʒ vllis aut laborib⁹ aut periculis parceret: ſed decori ac
laudis gr̃a nõ modo nullas ĩtolerabilis ęrumnas: ſed ne mortem q̃
dem ipſam detrectaret Sic em̃ fore: vt ex hoĩe ꝛ imortali ĩmortalis
atqʒ de⁹ fieret: ea ſingillatim. Alcides q̃ʒ plurimaqʒ alia volutãs aĩo
et oĩa ſecũ q̃ʒ diligẽtiſſime cõmentat⁹: animi ſequi ꝟtutem: q̃ʒ corpis
voluptatẽ maluit. Quo quidem cõſilio factũ eſt: vt ꝛ viu⁹ oĩb⁹ cha
rus iucũduſqʒ fuerit. ꝛ mortu⁹ diuinos honores ab vniuerſa gẽtili
tate meruerit. Ac nullũ ꝑfecto: vt mea fert opinio: venenuʒ eſt: q̃d
in adoleſcẽtia cũ voluptatis veneno ſit comparandũ. Hęc em̃ tum
frãgit corp⁹ ac debilitat: tũ animũ ſui iuris eſſe nõ ſinit: quippe quẽ
ad ſe pellicit ꝑ oẽm turpitudĩs foeditatẽ. Nec ſane aduerſum eam
voluptatẽ mihi habet̃ oratio: quę int̃ animi bona poſt prudentiã et
virtutẽ tercia numerat̃ ab Ariſtotele: qua de quotidie dicẽ cõſueui-
m⁹. Magna me voluptate lr̃ę tuę affecerũt. Et tuaꝝ virtutũ glo-
ria incredibilẽ mihi voluptatẽ attulit. Sed in eã loq̃mur volupta
tem: qua ſenſus titillãs leuiter mouet̃. ꝛ ꝑ omne incõtinẽtię genus
petulãtiſſime efferueſcit. Huiõi igit̃ voluptas mi Sphortia nõ ſe-
cus tibi fugiẽda eſt: q̃ʒ teterrima quędã letiferaqʒ peſtis. Jmpedit
em̃ ĩmo tollit penit⁹ oẽm recte viuẽdi rationẽ: qua ſublata: nihil ne
qʒ boni agẽ nobis licet: nec ſani quicq̃ʒ intelligẽ Nihil eſt ꝑfecto in
probato adoleſcẽte et Sphortia laudabili⁹ pudicitia ꝛ cõtinẽtia: q̃
oĩs effoeminatos animi cogitat⁹ latius vagari non ſinit: ꝑturbatio
neſqʒ pruriẽtis aut amouet oĩno aut cõpeſcit. Quid em̃ incõtinen
ti adoleſcẽtia foedi⁹: quid etiã ꝑnicioſi⁹: Nunq̃ʒ is adſit reb⁹ agen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

dis pn̄s:qui pn̄ti vacat tēperātia. Hęc em̄ vna eſt ꝯtus:q̄ exiſtima
tionē ipſam ⁊ tuetur ⁊ ſeruat. Itaqꝫ nemo queat recte cōſultare nec
diligenti⁹ quippiā mēte ꝑſpicere:q̄ voluptati ſe dediderit Quare ci
bo ⁊ potu modice vti cōuenit. Inſana āt venere abſtinendū eſt ꝑti
nacit̄. Nec ita ſomno cōſentiendū:vt endymionis quē dicūt:ſimi
les videamur. Qd̄ vero deinceps admodū eſt cauendū:videm⁹ ado
leſcētiam natura loquaciorē ⁊ tanq̄ꝫ impudentem: id qd̄ Lycurg⁹
aīaduertēs ſtatuit apud Lacedemonios:vt adoleſcētes in publico
cōceſſu niſi rogati nunq̄ꝫ loquerent̄:qd̄ ipſum etiā q̄uo min⁹ inepte
facerēt:eos ſenioꝝ cōſuetudine aſſidue vti voluit. Quid em̄ inepti⁹
q̄ꝫ vel impudētia vel futilitas? Hāc vero in ea ętate quę longo vſu
peritiaqꝫ cōcalluit:nō facile inuenias. qualē et Homer⁹ Neſtoris
et Ilionei Maro extitiſſe monēt. At in adoleſcētia quā non min⁹
ab ἀδολεσχία adoleſchia q̄ nugatio eſt:ductam exiſtimo: q̄ꝫ ab
adoleſco:qd̄ ea in ętate cū ſanguine ſimul ꝑturbationes q̄ꝫ effręna
ti⁹ adoleſcāt:cū alia omnia immoderata in illa ſunt:tum vel in pri
mis quędā loquēdi luxuries atqꝫ impet⁹:quem q̄ reprimere caſti
gareqꝫ didicerit:nū mediocrem ſpem laudis prę ſe fert. Decet enim
plurimū facere ꝓ officio ſpectatū adoleſcētem ⁊ minimū de ſe loqui
et ea quidem loqui:q̄ documētum pręſtēt intimę cuiuſdā innatęqꝫ
probitatis. Nā mentis habitū ſermonis cult⁹ ſolet indicare. Idcir
co Pythagoras ſamius ſilentiū indixit auditorib⁹ aliȷ̄s breuius ꝓ
ingenȷ̄ captu. aliȷ̄s diuturni⁹:vt quiſqꝫ tum loqueret̄:cum ſapere
didiciſſet. Et Ageſilans rex cū quis aliū vel laudaret. vel vitupera
ret:non dicentis minus q̄ꝫ laudati. aut vitupati vitam ac mores ex
ipſa orōne dephendi affirmabat. Ad excādeſcētiam quoqꝫ iſtiuſmo
di ętas eſt ꝓcliuior:quam eo te magis cauere oportet. quo p̄re eiuſ
modi nat⁹ es:qui manſuetudīe ⁊ clemētia omne gen⁹ hominū an
teit. Et quanq̄ꝫ in omni ętate laudat̄ humanitas:eo tn̄ in adoleſcē
tia magis:quo id annoꝝ inſolētiores ſum⁹. Quā facilitas ab omni
bus diligat̄:moroſitatis odiū facile declarat. Quis em̄ exoſus non
ſit ac veluti execret̄ hoīes aditu ⁊ cōſuetudine vitę difficiles: quiqꝫ
nunq̄ꝫ ſint certis nunq̄ꝫ eiſdē morib⁹ Nā de benignitate q̄d loquar
qua q̄ caruerit adoleſcēs:eo caret oīno munē:qd̄ eſt ei⁹ ętatis ꝓpriū
Nec huiōi comitatis gen⁹ ī dāda pecunia ſolū donādoqꝫ poſitū re
or:ſꝫ multo etiā magꝭ in p̄ſtāda liberalit̄ opa Argēti em̄ ⁊ auri mu
nificētia nō magꝭ ē viri boni q̄ꝫ diuitꝭ. ſꝫ īnocētib⁹ viris pȷ̄ſqꝫ adeſſe
eoſdēqꝫ īgenȷ̄ ope opaqꝫ tueri ⁊ ꝯſulēdo ⁊ loquēdo ⁊ depcādo hiſqꝫ

omnibꝰ adminiculis: quę vel natura. vel fortuna: vel noſtra nobis
induſtria diligētiaqȝ pepererit. ⁊ benefici viri eſt ⁊ plane ſapientis.
Quid pręterea habet aliud vel principibꝰ nati vel ipſi principes ac
reges: quo priuatos homīes antecellāt: Nempe id vnum dūtaxat
quod ijs munerādi facultas adeſt vberior. Itaqȝ Dionyſium ſenio
rem doluiſſe tradūt: quod ab ſe dona Corinthioꝝ legati nollēt acci-
pere. tanqȝ per illos ſibi nō liceret eo vti bono: quo reges vno cęteris
videnť fœliciores. Quare cum is aliquādo ad filium eſſet ingreſſus
vidiſſetqȝ apud illū vim aureoꝝ maximā argēteorūqȝ vaſoꝝ: proh
inclamauit pater fili in te rex certe nō eſt: qui ex tāta vaſorum copia
quę a nobis accepiſti: amicum tibi comparaueris neminem. Quid
multis: Et beniuolētiam nobis apud alios beneficijs comparamꝰ
et laudem nō vulgarem. Laude vero duci adoleſcētem non poſſum
nō probare Nam qui laudem amat: ꝟtutem quoqȝ amet: eamqȝ ſe
quať: neceſſe eſt. Id vero eo faciliꝰ ſit facturꝰ: quo ſtudioſior fuerit
diſciplinę. Nemo em̄ quod ignorat: amare poſſit. His autem diſci
plinis tibi opa danda eſt. quibꝰ ſapere diſcas nihil abiectum. nihil
humile. nihil nō admirandū. Itaqȝ omnibꝰ in rebꝰ te ingenti atqȝ
inuicto aīo ingenio vero ſplēdidiſſimo ⁊ acerrimo cupio ita pręſtes
vt nihil agas. nihil loquaris. nihil deniqȝ cogites. quod ſit aut vul-
gare aut excelſum minꝰ. Quod vt cōmodius cōſequaris. eoꝝ te ve
lim cōſuetudine delectari: q̄ te meliorem poſſint vel reddere vel oſtē
dere. Non em̄ affert paruam quādam laudationis vituperationiſ-
ue cōiecturam improboꝝ aut proboꝝ hominum familiaritas. Si-
qua nobis corꝑis cōmoda natura ſunt optima. nō ijs abſurde ſed ꝓ
dignitate ſemꝑ vtendum eſt. Cum Alexāder Macedo ⁊ leuitate et
curſu valeret plurimū. hortatꝰ a patre Philippo in olympiā vt cur
reret: nequaqȝ obtemperauit: inquiēs. Facerem equidem mi pater
qd iubes perlibēter: ſi mihi cum regibꝰ currendum foret. Et qm̄ in
ludi mentionem incidimꝰ eadem adoleſcentibꝰ ſit ludendi: quę iocā
di ratio. Remittēdi interdū ſunt animi a rebꝰ ſerijs ⁊ laboribꝰ: quo
paululum veluti recreati alacriores redeant: vnde diuerterāt. Nec
ſcurraꝝ more iocari nos cōuenit: nec item ludere: vt aleatores ſolēt.
Sed quemadmodū ſermo noſter ſparſim ac raro eſt ingenuis ſali-
bus cōdiendus: ita reꝝ gerendarum tędium ac molem tempeſtiua
liberaliū ludoꝝ atqȝ apta viciſſitudie leuari decet. Et hi quidem lu-
di videnť mihi maxime probandi: in quibꝰ vis dexteritaſqȝ ingenij
corꝑis agilitati viribuſqȝ reſpōdeat. Huiōi vero ludos palęſtra pręſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

bet: gymnaſium. ſtudium. diſcus. pila. iaculū. arcus. ſcorpio. venatio. troianū agmen. ⁊ omnis deniqꝫ meditatio militaris. Sed nullus mihi crede neqꝫ iocus neqꝫ lud⁹ aut pulchrior eſt aut laudabilior q̄ꝫ diſciplina exercitatioqꝫ v̾tutis: qui ſi te totum penituſqꝫ dederis. ⁊ tibi honori maximo. ⁊ nobis omnib⁹ quos tua ſpes alit: incredibili iucūditati futur⁹ ſis. Id autem hac vna re facillime poteris ⁊ expeditiſſime cōſequi: ſi pręſtantiſſimū ⁊ fortunatiſſimum patrem tuū principem noſtꝝ cum dicendo: tum agendo quaſi Ideam quādam intueri ꝑ omnem vitam effingereqꝫ volueris: qd̄ vt facere cōtendas: te non ſolum hortor. ſed etiam atqꝫ etiam rogo et oro. Uale ex Mediolano. xij. kal'. Martias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Johanni Auriſpę ſalutem dicit

p POllucem meum videre cupio. Nam eius mihi p̄ſentia vehemēter eſt opus. Quare ne iſtum patiaris apud te diuti⁹ hoſpitari: maiorem in modū abs te peto. Uale ex Mediolano. xij. kal'. martias. M. cccc. li.

Franciſc⁹ philelfus. Laurētio Uallę ſal.

a AUdio te reliquiſſe Alphonſum Regem et eſſe Romę. Nec dubito te nihil ꝑ tua prudentia feciſſe temere. Miror autem cū ab Alphonſo honorifice ⁊ vt accepi: cōmode tractareris: quid Romę q̄ꝫ Neapoli hoc tempore vitam agere malueris: p̄ſertim cum nō ſis neſcius quos fluct⁹ nauigatur⁹ ſis. Non eīn ocioſum te eſſe patiantur: qui viros bonos eruditoſqꝫ inſequi vel abſentis cōſueuerit. Tibi autem vt oīa ſecūda ſint: plurimū opto Uale ex Mediolano. xij kal'. Martias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio philoſopho medicoqꝫ ſalutem

l LItteras tuas vltimas quas ſcribis dediſſe ad Nicolaum barbum Ferrarię p̄cōſulem: vt eas inde ad me daret: nunq̄ꝫ vidi Miror qꝫ qd̄ in cauſa fuerit: qd̄ eę mihi ita vt antea tuę alterę: quas eidem viro cōmendaras: redditę non ſint. Quare ſi videbit̾: rurſus q̄ ſcripſeras: primo tabellario cōmittito: vt qd̄ maxime cupiebam: iudicium tuū non ignorem. Proſpiciat de⁹ paci Italicę ac muſis: id qd̄ tanto ſtudio atqꝫ votis opto: vt auidius nihil poſſim. Ex ijs libris de exilio quos ad vos dederam: ab me duo deſiderant: alter de infamia: alter de paup̄tate: qui ſeu apud te ſint. ſiue apud meum Bernardum Juſtinianū: velim eos ꝑ ſingulari tua erga me beniuolen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tia diligēter inquiras.innētoſq; ad me mittas. Deſunt etiam Me
diolanēſia illa cōuiuia.⁊ coſmiana oratio.⁊ duo hippocratis libri:q̄
quidem oīa ſi minus in hanc diem habuiſti.repetas velim ab eodem
Bernardo vt ad me ꝓpediem perferēda q̄; diligētiſſime cures. Uō
ſi qui etiam apud vos fuerint:quos noſtra iuuēt:ob idq; ijs diuti⁹
vti velint:fac vt libet:modo dn̄i non omnino obliuiſcant̄. Unū ti-
bi bona fide polliceor .cū iſta primū ad me reuerterint:noua alia ad
te dabo:quę vt exiſtimo:iuuētutem veſtram nō mediocriter delecta
būt·Preterea alia mihi in re tua opa op⁹ eſt. Docet Patauij medi
cinam Mattheus peruſin⁹ vir egregie doct⁹ idemq; diſert⁹ Is ha
bet iam annos cōpluris duos illos hippocratis libros:quos iampri-
dem vt noſti:in latinū verti. Hos vt noīe meo repetas ⁊ ad me des:
te plurimū rogo. Uale medicoꝝ ⁊ amicoꝝ decus . Ex Mediolano
xi.kal'.Martias.M.cccc.li.

Frāciſc⁹ philelfus. Frāciſco barbaro ſal.

Iam pudet me repetere totiēs libros illos:quos cū Conſtan
tinopoli ągerem:ad te dedi. Uideo em̄ ad id te nihil omnino in hāc
diem reſpondere. Nec ſatis intelligo ſentētiam animi tui. Nō em̄
idcirco tacere te exiſtimo:quod meos mihi libros nolis reſtituere.
Noui em̄ ⁊ grauitatem ⁊ cōſtantiam tuam.noui fidem. noui inte-
gritatem. Ad hęc ea es altitudīe animi:ea quam gręci μεγαλο
πρέπειαν dicūt:noſtri vero magnificētiam recte nominēt:vt
nō modo quę aliena ſunt:nolis inuito domino: ſed etiam tua q̄; ma
gnificētiſſime in alium cōferas:preſertim eum:quem tui eſſe obſeruā
tiſſimū non ignores. Itaq; te mi humaniſſime barbare rogo etiam
atq; etiā:vt meos mihi libros qui iam ānos triginta hoſpitati apō
te ſunt:cōtubernalis efficias ⁊ id hac quidem lege:vt quem codicē
ex omnib⁹ magis adamaris: eum tibi ꝑpetuū eſſe: atq; tuū velim.
Uale Ex Mediolano.xi.kal'.Martias.M.cccc.li.

Franciſc⁹ philelfus. Sphortię ſecūdo ſal.

Petiſti a me ꝑ litteras:vt te facerem certiorem: q̄ mea ſentē
tia ſit de hui⁹ noſtrę tempeſtatis lingua:quam alij ethruſcā alij vul
garem vocāt.nōnulli ſermonis materni aut illitterati nomine ap-
pellāt:vt tibi obſequar.⁊ id quidem ſine vlla vel pertinacia vel con-
tentione:quanq̄; ad rem hāc non inuit⁹ ſolum accedo.ſed etiam cū
pudore ꝓpter virum diſertiſſimū mihiq; amiciſſimū Leonardū ar
retinū:qui in ep̄la quadā ad Blondū Flauiū viſus eſt lōge ſec⁹ ſen-
tire atq; ipſe ſentiā. Sed q̄m ipſi etiā amicitię veritas eſt anteponē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

da ignoſcat Philelfo Leouardus mortuꝰ: qui viuꝰ quoqꝫ ignouiſ-
ſet: vbi q̄ ab me diceretur: ꝓbabiliora iudicaſſet qꝫ ſui ipſiꝰ dicta. Ut
igit͛ ad rem veniam: quoniam Italiam audimꝰ deſcribi finibꝰ latio-
ribꝰ: quibus nō latini ſolum: verum etiam gręci. Lygures. galli. et
alię atqꝫ gentes lingua moribuſqꝫ diuerſę cōtinerent͛: omnem meū
ſermonem de Romanis intelligi volo: ac de ijs: qui Romana lĩgua
vterent͛ priſcis illis temporibꝰ: quibus Plautꝰ Terētiuſqꝫ poetę. q̇
bus Gracchi ⁊ Cato. quibꝰ. L. Craſſus et. M. Antotius. quibus
G. Julius Cęſar. et. M. Tulliꝰ Cicero floruerūt. Nulla inquam
alia orōne vniuerſum Romanum populū vſum arbitror qꝫ ipſa il-
la: quā ſolet hic idem Cicero forenſem popularemqꝫ appellare. Qua
ēm̄ philoſophi orōne ſunt vſi: ea ab hac oratoria plęriſqꝫ in locis ꝓ
rerum materia plurimum differt. Nam ꝓpter noua planeqꝫ inuſi-
tata philoſophoꝝ inuenta inuſitatis item ⁊ nouis v͛bis opꝰ fuit: qd
cꝰ rei cum apud latinos tum multo magis apud gręcos videmꝰ fa-
ctitatum. Neqꝫ ατομοσ atomos vſquam apud Demoſthenem
aut Lyſian reperiat͛ neqꝫ εντελεχεια entelechia. At hęc apud
peripateticos: illa apd̄ Democriticos ⁊ epicureos omnibꝰ eſt in ore
Calliditatem ꝓ virtute intellectuali poſuit Cicero: quam gręci vo-
cant συνεσιν ſyneſin: quoniam meliꝰ non habebat: cum popula-
ris ac forēſis loquēdi mos aliter fortaſſis interp̄tabat͛: adeo vt int͛ v͛-
tutes vrbanas vituperet͛ calliditas: at bellicis in rebꝰ laudetur. Ad
hęc poetę quoqꝫ: nō loquor de comicis ac tragicis: qui toti erant po-
pulares: alia quadam locuti lingua multis in locis exiſtimati ſunt.
Itaqꝫ hos dicebat. M. Antoniꝰ orator ab ſe nequaqꝫ attingi: q̇p-
pe quos videbat abhorrere a cōmuni ⁊ quottiano loquendi vſu. hic
autem vſus erat eiuſmodi: quo ęque indocti illitteratiqꝫ vtebantur
atqꝫ litterati ⁊ docti. Qd vt certo credam: cū alia plęraqꝫ argumen-
ta p̄nt adduci: tum illud in p̄mis. Nouimꝰ hebręos ⁊ gręcos audi-
mus item ęgyptios. arabas. aſſyrios. perſas ⁊ eodē modo modo re-
liquas omnis natiōes. quibꝰ propria eſt ſuaqꝫ grammatica: cū alio
ſermone vti litterali ⁊ alio vulgari. Litteralis limatior eſt fortaſſis
et ꝓprius magis qꝫ maternus. nō alius tamē omninoqꝫ diuerſus:
quoad dictionū variationē. declinationē. enūciationē. deſinentiam.
Un̄ Hieronymꝰ Rufino vitio dat: qd parentes quo noīe pater ſi-
gnificat͛ ⁊ mater: nō hos qui iampridē diem obierāt: ſed reliqs ſan-
guine cōiunctos verbo vt ipſe cauillatur: militari hoc eſt latino pla-
neqꝫ vulgari appellarit. Et gręci quoqꝫ ἀγαθον ἀνδρα.

q q̈

agathon andra qđ bonum virũ ſignificat apud doctos: ꝑ viro ſtul-
to vulgi cõſuetudine accipiũt. Nec Romani cum decreuerũt lege
qꝫ ſanxerũt nemini omnium gẽtium apud ſe audiri ꝑ interpretem:
hoc eſt vt peregrini etiam omnes quibꝰ cauſa apud ſe eſſet: latine lo
querent. id ipſum vnqꝫ egiſſent: ſi aliꝰ ſermo latinꝰ eſſet aliꝰ vulga-
ris. Hinc autem arbitror emanaſſe: vt et Germani. et Dacię. et ſar-
matię: ij omnes populi chriſtiani: qui ſeptentrionales occidentales
qꝫ ad oceanum vſqꝫ iacẽt: non docti modo ⁊ litterati: ſed plane illit-
terati doctrinęqꝫ omnis expertes ingenue loqui latine ꝑ inueterata
cõſuetudine quadam diſcãt: ob eam vt arbitror rõnem. vt cum ve-
nerint in Italiam ac Romam. romano ſermone audiant eo: q̇ cer-
donibꝰ etiam apud priſcos ⁊ piſtoribus cõmunis erat. Verũ hi om
nes deprauate loquũtur multa atqꝫ inepte quidẽ. Et ne id certe mi
rum. Nam arte nõdum adhibita ⁊ his ꝑceptis: quę a diligenti do-
ctrina ꝑficiſcunt. non admodũ multum pręſtamꝰ infantibꝰ impe
ritiſqꝫ mulierculis Et id ſane nõ ſolum hac ętate vſu venit. ſed apud
priſcos etiam illos accidiſſe audimꝰ. Quo factum eſt. vt latinitatis
vitiũ quaſi probro datũ ſit a Cicerone viro eloquẽtiſſimo ipſi. M.
Antonio. aduerſus quem legũtur Antonianę orõnes. Ad hęc fru
ſtra apud Quirites ⁊ in exercitu habitę eſſent. quę adhuc extãt pri
ſcorum orõnes: ſi minꝰ ee ab auditoribꝰ cunctis potuiſſent itelligi Nec
ſatis ſcio. quam potuiſſent voluptatem Plauti quas legimꝰ. et Te
rentij comœdię afferre populo vbi ſunt pueri ⁊ mulierculę: ſi minꝰ
cognoſſent. q̄ audiſſent. Nam quod dicat cõueniſſe populum in do
ctum vt ſpectaret. nõ vt audiret. auditaqꝫ intelligẽt. ſtultũ eſt. Nõ
ne ipſe etiam Cicero memĩt verſu vna ſyllaba aut lõgiore aut breui
ore recitato. exibilat. explodit: Num id accidere in theatro potuiſ-
ſet. niſi q̄ recitarent. canerenturqꝫ comœdię fuiſſent a populi cõſeſſu
et auditę ⁊ cognitę: Latino inquam ſermone. qui ⁊ vulgaris erat ⁊
omnibꝰ notus. eę comœdię omnes erãt ſcriptę. ⁊ nõ comœdię mo
do verum etiam tragœdie quottidiana loquẽdi cõſuetudine littera
rum monimẽtis mãdabant. Id vero ita eſſe declarat Cicero libro ꝑ
mo quęſtionũ tuſculanarum hiſce verbis. In terram enĩ cadentibꝰ corpo
ribꝰ Iiſqꝫ humo tectis. e quo dictum humari. ſub terra cenſebãt reli
quam vitam agi mortuorum. Quam eorum opinionem cõſecuti magni
errores ſunt quos auxerũt poetę. Frequẽs enĩ cõſeſſus theatri. in q̄
ſunt mulierculę. mouet audiens tam grãde carmẽ: Adſum atqꝫ ad
venio acheronte vix via alta atqꝫ ardua ſpelũca ſaxis ſtructa aſperis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

pendentibus maximis. vbi rigida cōſtat craſſa caligo inferum. Tātumqꝫ valuit erroꝛ. qui mihi quidem iam ſublatꝰ videtur. vt coꝛpa cremata cum ſciret. tamē ea fieri apud inferos fingeret. que ſine coꝛpoꝛibꝰ neqꝫ fieri poſſent neqꝫ intelligi. Si mulierculę igit᷑ in theatri cōſeſſu audiētes eos tragoedię verſus mouebant᷑ animo: vera cē arbitrātes que de vita functis audiebāt: intelligebāt ſane quę recitabant᷑. que ſi aliena fuiſſent a cōmuni ac vulgari lingua quo pacto intelligere potuiſſent: At ea nō grammatice. ſed latine referebantur. Nam litteratura pleriſqꝫ ī locis obſcurioꝛ eſt. at latinitas omnibꝰ nota. Quod ni haberet ita. fruſtra monuiſſꝫ Quintilianꝰ ante oīa acrem habendam eſſe curam parentibꝰ. ne vitioſus ſit ſermo nutricibꝰ. ſꝫ recte loquant᷑. cum puer earum ꝟba conetur effingere. quas pꝛimum audierit. Non eñ debere infantem illi aſſueſcere ſermoni. qui dediſcēdus ſit. Nam neqꝫ debemꝰ eſſe neſcij longe difficilꝰ eſſe a iam edocto in alium ſermonem traducere. qꝫ docere nouū. Itaqꝫ idem monet opoꝛtere etiam patres eſſe loquēdi eruditiſſimos. ⁊ illō idem de matribꝰ ſentiēdum. Itaqꝫ recte Chꝛyſippus optabat. qui nutrices eligi quātum res pateret᷑. optimas iubebat. Idqꝫ non ſolū quo ad moꝛum. ſed etiam quo ad ſermonis rationem. cum pueros diceret eoꝝ eſſe tenaciſſimos. quę rudibꝰ annis ꝑceperint. Qđ autē de nutricibꝰ ac parentibꝰ Quintilianꝰ dixerat. idem quoqꝫ de pędagogis pręcipit. quos linguę latinę peritiſſimos eſſe vult. Nā ſi nutrices quę bene loquant᷑ minus aliquādo cōtigerint: ſaltem ſit vnꝰ pędagogꝰ aſſiduus: q̇ latinitatis eruditꝰ. ſi qua fuerint a nutricibꝰ. aut vitioſe aut ineptiꝰ pręſente alumno dicta: continuo ea coꝛrigat. nec illi inſidere ſinat. Ut hac eñ tēpeſtate nr̄a accidere quottidie videmꝰ: vt rariſſime nobis nutrices offerant᷑: quę vulgari hoc ſermōe italico vtant᷑ admodum exculto. ita apud Romanos illos vſu venire poterat. vt in tāta barbaroꝝ multitudine. qui ex vniuerſo terraꝝ oꝛbe varijs foꝛtunę caſibꝰ in vꝛbem influxerant. latinitatemqꝫ vitiarāt. non facile eę nutrices cōtingerēt. quę meram incoꝛruptāqꝫ callerēt latinam locutionem. Ac miroꝛ ſane arretinū Leonardum noſtꝝ: cui videat᷑ fieri nullo pacto potuiſſe. vt ea lingua vterent᷑ vulgo oēs: qua ſcripſiſſe legimꝰ ⁊ oꝛatoꝛes. ⁊ poetas. adducitqꝫ ſupellex exemplo. Inquiēs mulierculę igit᷑ illę ac nutrices tuę. ſi de ſupellectili recte dicēdum erit. ſupellex diceret: rurſus ꝟbo ſi declinandū erit ita. vt poſſeſſionē gubernationēqꝫ ſignificet. ſupellectilis dicent. Et ſi poſcat intētio. ſupellectili ſupellectilem variabūt. Eędemqꝫ cū plu

vehemens. acer. ſcharff. heffig. // Romanorum lingwa

lingwa proprius vernaculus ſermo: vernaculus mos hauſ gewonheit

vernacula lingwa i. lingwa materna

proprius vulgaris maternus ſermo

raliter dicēdum erit. ſupellectilia variato genere. ꝓnūciabūt ⁊ ſupel
lectilium. Si Leonard⁹ aut. M. Uarronem diligenti⁹ lectitaſſz
aut maternam. aut vernaculam grecoꝝ linguam tenuiſſet. nunꝙ̄
id icidiſſet erroris. Greci em̄ quib⁹ lingua depꝛauata nō ſit. ⁊ quos
ipſi tum ſeq̄mur. tum imitamur. ita loquūtur vulgo hac etiam tēpe
ſtate. vt Ariſtophanes comicus. vt Euripides tragic⁹ vt oratores
omnes. vt hiſtoriographi. vt philoſophi etiam ipſi et Plato et Ari
ſtoteles. Litterati autem homies ⁊ docti⁹ ⁊ emendati⁹. Id autē pa
tet ex hiſce Platonis Ariſtoteliſq̄ libris. q̄s etas prima. aut paulo
ſuperior ex greco in latinū cōuertit. qui certe ob eam rōnem pleriſ
q̄ in locis obſcuriſſimi ineptiſſimiq̄ ſunt. qm̄ ij ſint illos interpta
ti: qui linguā vulgarem tenebāt eam. q̄ et plebeia erat ⁊ depꝛauata.
atq̄ corrupta ob peregrinoꝝ mercatorūq̄ multitudinē. qui quotti
die Cōſtantinopolin cōfluebāt. in vrbemq̄ recepti incole greciſq̄
admixti locutionē optimā infuſcarūt. inquinarūtq̄. Nā viri auli
ci veterē ſermonis dignitatē atq̄ elegātiam retinebāt. in ꝓmiſq̄ ip
ſe nobiles muliēs. quib⁹ cum nullū eſſet oīno cum viris peregrinis
cōmertiū. mer⁹ ille ac pur⁹ priſcoꝝ grecoꝝ ſermo ſeruabat intactus
Uerꝫ q̄d dixi cū pegrinis: cū ne cū ipſis q̄dē cōciuib⁹ vll⁹ dabat hu
iuſmodi mulierib⁹ colloquēdi loc⁹. cū domo nūq̄ niſi noctu egrede
rent atq̄ id q̄dē ⁊ raro et equites. ac velata facie. deducteq̄ a dome
ſticis ac ſuis dū aut tēplū p religionis celebritatē aliquā intꝰdū. aut
ſanguine cōiunctiſſimos viſendi grā peterēt. Quod autē de Mar
co Uarrone meminerā. ait ille ſexto libro de lingua latina nouicios
etiam ſeruos emptos in magna familia cito omnia cōſeruoꝝ nomi
na recto caſu accepto p reliquos obliquos declinare. Si ſerui id ci
to didiciſſent. q̄d de ijs eſt credendū. qui ſimul cū lacte latinam bibe
rāt linguam: Et quod ait Leonard⁹ noſter euāgelia miſſarūq̄ ſo
lemnia intelligi hoc tpe etiam ab ijs qui ſunt illitterati. equidē per
nego. ⁊ illud etiam addiderim nō ſatis latine aut lrāte Leonardum
Poggiumq̄ nominaſſe miſſarum ſolemnia. que a grecis λιτουρ
γιαι liturgie. hoc eſt ſupplices opationes aut orōnes operatiue. a
noſtris vero celebratiōes corpis chriſti nominātur. Sed hac de re
nūc ſatis multa. modo intelligas latinā linguam vulgarē fuiſſe. nō
litteralem. Uale Ex Mediolano. decimaquinta kalendas Mar
tias. M.cccc.li.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. ſalutem plurimā dicit
Nicolao Cebę

l Ibenter audio te virum doctum ac diſertū mandare litterar̄
monumētis res. vt ipſe appellas. turcobyzātias. Sunt em̄ memo
ratu dignę. Quod autem mei nomis oblitus non ſis. amice tu qui
dem facis ⁊ liberaliter. Nō poſſum equidem nō lętari maiorem in
modum. cum in dies magis magiſq̄z intelligo noſtrę beniuolentię
amoriſq̄z vim eſſe inter nos mutuam. Quaſi em̄ diuinaris. quāta
meōria te cōplectar in ſcriptis meis. referre par pari voluiſti Quid
autem de me ſcripſeris. ignoro. Nam ego de te non vero minus. q̄z
amice ⁊ loqui et ſcribere cōſueui. Et quoniam cupiebam. atq̄z per-
cupio. omnibꝰ ſcriptis noſtris teſtatum eſſe apud omnes noſtram
amiciciam. nō ſolum apud pręſentes: verūetiam apud poſteros. id
circo abs te petieram. quaſcūq̄z antea ad te dediſſem epiſtolas alijs
alijſq̄z temporibꝰ. eas ire ad me curares. quo redigerent̄ in codicem
Joānes Marius filiꝰ cupit ad nos redire. vt vides. id quod mihi
eo eſt iucūdius. quo ſpero ipſa die admonitum. obediētiorem nobis
futur̄. pręſertim cum viderit eo me eſſe ingenio. vt paterni iuris ni-
hil ſum remiſſurꝰ. ⁊ id quidem ad liberor̄ vtilitatem. Velim me fa-
cias q̄z primum certiorem. ſiqua nauis ſit hoc tēpore Neapolin tra
iectura. Nam inſtituimꝰ petere Alphonſum regem: cuiꝰ ſum litte
ris q̄z liberaliſſime inuitatꝰ. Quare cum eiꝰ nomini nrās centū He
catoſtichas dedicari: nam hoc noīe ⁊ centenis verſibꝰ in ſatyras ſin
gulas: eas appellare volui: ad illum ꝓpediem ſum iturꝰ. quo ipſe p̄-
ſens atq̄z coram huiōi ſatyrar̄ codicem ei dono tradā. Nec erit pte
rea iniucundū mihi Neapolin viſere. Nā ex vniuerſa Italia ea ſo-
lū vrbs: quā videmꝰ a Marone nr̄o nō ignobilit̄ laudatā: reliqua ē
viſenda mihi. Itaq̄z nauigatiōe q̄z itinere vti mallem. Eſt em̄ in p
ximis eſtatis ardoribꝰ non modo cōmodior minus q̄z breuior. Ad
hęc ſi q̄d habes de turcis poſt Amorathi obitū: ſcire cupio. Nā qui
modo redeūt ex Germania a Frederico Auguſto: aiūt expeditionez
parare Turcū aduerſus hungaros. Vale ex Mediolano. xv. kal.
Martias. M. cccc. li.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Guiniforto barzizio ſal.

h Ieronymꝰ bindotus factꝰ eſt gener meus. Huic cupio eſſe
quāoptime ⁊ ad commodum ⁊ ad dignitatem. Itaq̄z ad princi-
pem Marchionem ſcripſi: eumq̄z rogaui: vt Caſalis pręturā meo
bn̄ficio in hūc ꝯferat. Quare a te peto: vt hāc rē q̄z diligētiſſime ⁊ q̄z

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

amiciſſime capeſſas: efficiaſqꝫ: quantum in te fuerit: vt deſiderio hu-
ic meo q̄ꝫ celerrime ſatiſfiat. Q̄d autem ſcripſi de Caſalis pretura. tu
ſi q̄d meliꝰ ſentis: ad id incūbe. Hoc erit mihi tam gratum: q̄ꝫ quod
gratiſſimū oīm. Rogo etiā te maiorē in modū: vt ꝓpediē mihi ⁊ ip
ſe reſpondeas. ⁊ r̄ndendū cures a ꝓncipe de vniuerſo negocio. Uale
Ex Mediolano. M.cccc.li.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Ciccho Simonetę
ducali ſecretario ſalutem

Ndies magis atqꝫ magis mihi declaras ſingularem beniuolentiā
tuam. quam etſi iampridem noui certiſſimis documētis: tamē non
eſt moleſtum: q̄d eam mihi quottidie aſſiduis bn̄ficijs tuis an̄ ocu-
los ponas. Itaqꝫ habeo tibi atqꝫ ago grās immortalis. quas ſi alio
merito minꝰ poſſum: fide tamē ⁊ pietate cumulatiſſimas refero. Ti
bi igit̄ ita ſtatue me vnum eſſe: qui ita ſim tuus: vt magis eſſe nemo
poſſit. Reliquū eſt: vt q̄d de me humaniſſime coepiſti ꝑficias apud
principem. Nōdum em̄ ſcio: qui mihi vita traducēda ſit: niſi liq̄do
cognoro: q̄ mihi ſint annui ꝓuentꝰ cōſtituti. Nam hoc pacto pecu
nias poſcere mihi etiam permoleſtum eſt. Pretēa nō te fugit annū
iam p̄terire: poſteaq̄ꝫ optimꝰ princeps noſter q̄d miꝛ in modū op-
tabamus: huiꝰ vrbis potitꝰ eſt. Quid quātumqꝫ habuerim: noſti.
Nulli hic mihi fundi ſunt: nullę priuatę pecunię. Tantum habere
ſemꝑ ꝯſueui. quāti principū vel liberalitas vel prudentia me fecerit.
Familia mihi ampla eſt ⁊ quoniā fortaſſe. q̄d vulgo faciūt. auariciā
nunq̄ꝫ didici. nummoꝛ inopia ſingularis. Quę prędia mihi medio
lanēſis reſp. p̄mij loco dederat in aureū duo millia ea ob mutatū ciui
tatis ſtatum redierūt ad ꝓſtinos dn̄os. Ad hec aurei mihi ſexcēti ⁊
ampliꝰ ex ere publico debebant. Nos ait diuus Ambroſiꝰ. qui pu-
blice menſe pereat. nunq̄ꝫ ſe ſolutuꝛ. niſi cogat̄ a ꝓncipe. Itaqꝫ ipſe
etiam decoxit. Rem tenes. Uale Ex Mediolano. xiiij. kal'. Mar
tias. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus Petro perleoni ſal.

q Uod vel abſentia tua ab vrbe genua tibi ē accuſanda vel ta-
bellarij negligētia ex illaꝛ exemplo lr̄aꝛ quas ſeptimo idus nouem
bres ad te dedi. poteris intelligere. Uidebo. q̄d miſiſti. ⁊ amice et di-
ligēter. Faciamqꝫ quod petis. Uale ex Mediolano. xiiij. kal'. mar
tias. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. ſalutem di. pluri.
Angelo reatino iureconſulto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

q Uod de meo negocio cū Ciccho Simoneta v̄ba feceris ē mi
hi gratiſſimū: ſed eo grati⁹ futurū. ſi breui ⁊ vt decet. qđ phu
manit̄ Cicch⁹. eſt pollicit⁹; cōficē ipſe p̄reterit: Nullo eñ mō recte
conſultū eſt reb⁹ meis tādiu temp⁹ terē. Annus en p̄terit. poſteaq̃
optim⁹ princeps nr̄ hui⁹ florētiſſime reipublice eſt potit⁹. qui quā
q̄ munificētiſſim⁹ in me eſt. ego tñ adhuc de ſtatu meo incert⁹ ſum
Et res mea domeſtica ē adeo attenuata diuturnitate bellorū ⁊ vict⁹
caritudie. vt ad tenuitatē accedere nihil queat. Nec p̄ncipis glorie
nec laudi mee cōducit eſſe Philelfum aīo egro. qđ tādiu ſit neceſſe ē
quoad egere deſierit. Nā egeſtatē nimiā muſe abominant̄. qua lete
eſſe nō p̄ut. Uale Ex Mediolano. xiij. kal'. martias. M. cccc. li

ℭ Franciſcus philelfus. Gaſpari piſaurenſi
philoſopho medicoq̄ ducali ſalutem

e Tſi certo ſcio te mei ⁊ honoris ⁊ emolumēti ſtudioſiſſimum
eſſe. nolui tñ exiſtimares qm̄ nihil ad te ſcriberē. me idcirco i p̄ntia
cōticuiſſe: qđ aureis illis nup̄ acceptis ſatis rei mee cōſultū ſit. Ego
eñ vt ita dixerim. accepi nihil. Nā qui mihi numerati ſunt nūmi.
ijs ego qđ es alienum ꝯflaram. nō tam diſſolui q̄ leuaui. Quid eñ
ſitiēti tātalo gutta roris: Expecto ſingulis horis ītelligē: quid de re
mea ſtatutū firmatūq̄ ſit. Nā hoc pacto diuti⁹ degere ſtultū ita iu
dico: vt nihil dici poſſit ſtulti⁹. Uideo me humaniſſimo nr̄o p̄inci
pi ⁊ carū eſſe ⁊ piucūdū ἀλλὰ τῶ πεινῶντι οὐδεν ἡδυ
Itaq̄ fac intelligā p̄pediem: q̄đ mihi faciundū cenſeas. Uale Ex
Mediolano. xij. kal'. martias. M. cccc. li.

ℭ Franciſcus philelfus Andree alamāno ſal.

p Utabā Karolum arretinū rediſſe mecū in grām. Ita eñ
Johānes arretin⁹ eius neceſſari⁹ tuis verbis mihi renūciarat. At
Matthias triuian⁹ qui ab oppido patrio ad nos rediens iſtac iter
fecit: vir ⁊ amic⁹ et prob⁹ aliter ſentit de hoīe: quātum ex ijs potuit
intellig̃: que ſecum Karolum locutū dicit. Putabam etatem ali
os mores attuliſſe. Sed quantū videre videor: idem in nos eſt: qui
ſemp̄ fuit. Agat: vt libet. Ego is ſum. q̇ ⁊ pacis ⁊ belli artes egregie
calleo. q̄uis pace philoſoph⁹ magis delecter q̄ orator bello Sȝ qm̄
dixit Karol⁹. vt idem mihi Matthias rettulit. ſe inueniſſe in nr̄is
ſcriptis q̄dā. que ipſe non p̄bet. ſi de ijs loquit̄. que in eū ſcripſim⁹.
recte quidem nō p̄bat. Quis eñ p̄bet. q̄ in ſuū dedec⁹ ſcripta ſint. eti
am ſi ea merito optimoq̄ iure i ſe ſcripta aīaduertit: Qđ ſi circa lit
teras ⁊ diſciplinā erratū putat. vellē id oñdēt q̄ vel me vel ſeipſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

doctiorē efficeret. Nam qđ rogat⁹ a Matthia vt qđ inſimulabat. re
ferret i mediū. rñderit Karol⁹ ſe non meminiſſe. nō potui id audiens
nō ridere. pſertim cū ſeſe memoriē in pmis laudari velit. Hec idcir
co ad te ſcripſi. vt Karoli erga nos voluntatē nō ignorares. Neq;
tu igit nec ali⁹ quiſquā poſſit iure Philelfum accuſare. ſi nō infert.
ſed ppulſat iniuriā. Nicodemū aūt non poſſum nō mirari. q vt au
dio. nihil eoꝝ egerit. q princeps iuſſerat. Vale ex Mediolano. xij.
kal. Martias. M.cccc.li.

Franciſc⁹ philelfus Nicodemo trāchedino ſal.

M Emi quē nup cū Mediolanū reuertiſſes. mecū de ijs locu
tus es. q noſter optim⁹ princeps tibi in Ethruriam abeūti iuſſerat
Scio item ea de re lrās rurſus a pncipe ad te datas. At matthias
triuian⁹ familiaris noſter ac bon⁹ plane vir cū iſtac iter facēt repeti
tur⁹ Mediolanū: locut⁹ eſt cū eo viro. qui dum oīs res agit. Is ni
hil abs te ait audiſſe hac de re nec pncipis noīe nec alit proꝛſus. Ita
q; nō poſſum non mirari. Scias tibi rem eſſe cum ſatyro. Vale ex
Mediolano. xij. kal. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. ſalu. plurimā di.
Simonetē ducali ſecretario.

E Go te plurimū rogo at oro: vt rem meā iam tādem expedias
Nihil em̄ prudenti viro ſtulti⁹ duci puto q; ſibi ac reb⁹ ſuis neſcire
cōſulere. Nec em̄ mihi ſemp pendendū eſt. Ita eſſe vt ſum: neq; pn
cipi cōducit: nec mihi. Va. ex Medio. xij. ka. martias. M.cccc.li

Franciſcus philelus Jacobo camerinati ſal.

I llis. M. Tullij Ciceronis oꝛōnib⁹ quas a me cōmodato ac
cepiſti. vti iam cupio. Itaq; eas velim. ppediem ad me des. Nam
iamdiu tuo hoſpicio vſē ſunt. Quare facito domū. repetāt. Vereoꝛ
em̄ ne dn̄m ſint oblitē. Qđ ſi tardarit. extrude. Vale ex Mediola
no. xij. kal. martias. M.cccc.li.

Franciſc⁹ philelfus. Blondo Flauio apo
ſtolico ſecretario ſalutem

G Audeo qđ ſcribis te meas anteuertiſſe lrās. etſi tuē quātum
videoꝛ intelligē. vtunt adhuc inceſſu teſtudineo. Nondū em̄ aduē
tarūt. Quare vide ne fides in fido illo nūcio deſiderāda ſit. Qđ autē
de ſtatu meo certioꝛ fieri vis. hic me pnceps ſingulari beniuolētia ē
complex⁹. cumulatq; quottidie maioꝛib⁹ bn̄ficijs Hieronym⁹ ge
ner reliquaq; familia nr̄a bn̄ habet. De Strabone nihil eſt qđ labo
rem⁹: Amicus em̄ ille eū habere ſe pnegat. Iſtic eſt apud Auriſpā

eiuſmodi Strabo geograph⁹ ꝛ vt audiui: apud Guarinū. Siquē
habere potes cōmodato mitte ad me. ꝛ ad triduū vſqꝫ faciā. qđ cu-
pis. Te nr̄o ꝑncipi qꝫ diligētiſſime cōmendaui. q̇ cum iucundiſſime
de te audiuit. tum rn̄dit ꝑhumanit̄ ꝛ perbenigne Vellem qđ ſcribis
vna eſſem⁹ atqꝫ eodem loco. q̇ alter altero frui aſſidue poſſem⁹. Nā
cum ſtudioꝝ ꝛ moꝝum ſimilitudo tum cōſilioꝝ cōmunicatio ꝛ cōui
ct⁹ aſſiduuſqꝫ vſus amicitiā maxime nō tuetur ſolū. ſed auget ꝛ ſua-
uiorē efficit. Qđ te tātiſper ad agriculturā cōtuleris. dum ver ado-
leſcere incipiat. laudo. modo pyri iſtę quas miſeris. ꝛ cōſitiones viti
um vberrimū fructū aliquē breui ſint allaturę. Cū Italiam tuam
omni ex ꝑte exornaris: fac: videam. Vale Ex Mediolano. iiij. kal.
Martias. M. cccc. li.

Franciſc⁹ philelfus. ſalutem dicit plurimā
Sphortię ſecundo.

p Ollicit⁹ es non modo nō petēti mihi. ſed ne cogitāti quidē
te dono datuꝝ neſcio quid Itaqꝫ nolim te falli opinione tua. vt in
telligas nihil eſſe mihi redditū tuo nomīe nec item alteri⁹ cuiuſquā
in hāc diem. Quare facito: ne vel obliuionis accuſeris vel negligen
tię. Nam vtrūqꝫ crimen tua pręclara indole eſt indignū. Vale Ex
Mediolano. v. idus martias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Laurentio Gyni
filio ſalutem plu. dicit.

ſ Uauis ꝛ ꝑhumanas lr̄as ad me tuas īcredibili cū volupta-
te ꝑlegi. Erāt eñ cum ornatiſſimę: tum plenę ſummi amoris erga
me tui. Qđ aūt florētiſſimę tuę reip. noīe me īuitas: ac veluti reuo
cas in patriā: vix dici queat: quanta ex iſta ingēti benignitate vr̄a lę
ticiā gaudiūqꝫ ſuſceperim. Quid eñ mihi vel iucūdius cōtingē vel
optati⁹ potuiſſet qꝫ facultatem offerri ad vos redeūdi: ꝑſertim cū di
gnitate ꝛ cōmodo. Sūt ſane nōnullę reſp. in Italia: qb⁹ pro ſuis de
me ampliſſimis meritis debeo plurimū: ſed quā magis vel amē vel
obſeruem qꝫ inclitam Senenſium remp. nulla eſt. Nam vt hono-
res omittam atqꝫ emolumēta: quib⁹ me cum iſtic aderam: pulcher
rime affeciſtis: video vos ſenenſes ea grauitate. ꝛ prudentia cęteris
hominib⁹ antecellere: quam ꝛ laudare omnes ꝛ admirari debeant.
Quo fit: vt multo ante quę futura ſunt: proſpiciētes ꝛ cōſulentes i
rem qꝫ optime: pacatiſſime ſemꝑ honorificētiſſimeqꝫ viuatis. Si-
tiſqꝫ nō tam moleſti: qꝫ venerabiles omnib⁹. Idqꝫ aſſidue pręſtatis
vt et boni vos ament. ꝛ mali etiam ipſi nō minus vereātur qꝫ metu

ant Ut em̄ vetera omittam: quāta modo cum ſapiā q̄zq̄z moderate
emedio ſuſtuliſtis Plumbim periculum: Nam cum potētiſſimi fe
re omnes Italię p̄ncipat⁹ illius pulcherrimi munitiſſimiq̄z oppidi
cupidine arderēt: ſoli vos eſtis inuēti: qui ⁊ illi qđ iam ſeruiebat: pri
ſtinam libertatē peperiſtis. ⁊ vobis ꝑpetuū otium cōfirmaſtis. Nō
em̄ ſine veſtro nō mediocri incōmodo perire Plumbinum potuiſſz
Hoc aūt apud vos facit ciuilis cōcordia: quam vt ꝑpetuo nō tuea-
mini ſolum: ſed indies magis atq̄z magis amplificetis: vos vniuer-
ſos ciuis ſapiētiſſimos rogo atq̄z oro. Nemo ꝑfecto vob̄ obeſſe poſ-
ſit: ſi vna ſemꝑ vobiſcum ſentiatis. Qđ vero eodem publico hu ma-
niſſimoq̄z cōſenſu me ad vos tanq̄z in patriam meā mihiq̄z chariſſi
mam accerſatis: maiorem in modū ⁊ lętor ⁊ gaudeo. Ut aūt ipſe tu
dulciſſime Laurēti intelligas. nō ingrato hoī officium pſtari. Xeno
phon fili⁹ mihi dilectiſſim⁹ te adibit: qui meo noīe ⁊ loquet̃ omnia
componet. Nam vt ipſe mea eſt caro: ita ſecum defert mentem om
nem ⁊ anīmū meum. Tu me pręſtātiſſimis reip. p̄ncipib⁹ vnice cō
menda: atq̄z amicos omnis ſaluere iube. Uale Ex Mediolano p̄
die kal'. Apriles e M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Franciſco patri-
cio ſalutem plurimā dicit

e Xlrīs Xenophontis filij liquido cognoui: qđ mīme dubita
bā. ſingularē erga me tuā beniuolētiam. Lętor autē vehement̃ qđ
vet⁹ illa de te mea me nequaq̄z fefellit opinio Itaq̄z vt intelligas me
vi amoris nō vinci abs te: decreui oīno ad vos redire: modo ęqua id
cōditione fieri a me poſſit. Tuū igit̃ munus fuerit: vt quod cœpiſti
ſponte: id etiā mea cauſa pficias Xenophon reliqua tecū cōmentabi
tur. Ego patrē tuū grauiſſimū ⁊ optimū viꝝ bene valere opto. Ua
le Ex Mediolano. p̄die kal'. Apriles. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Antonio Michae
li equiti aurato ſalutem.

g Audeo equidem plurimum quod non ſolum in rei pecunia-
rię: ſed in amicorum etiam hereditatem ſuccedere inſtitueris patri
tuo clariſſimo ⁊ ſapientiſſimo viro: qui cum mihi tanta familiari-
tas beniuolentiaq̄z fuit: vt maior cuiq̄z eſſe poſſet cum nemine. Nā
filius Xenophon litteris mihi ſignificauit: quāto ſtudio ac fide ope
ram das: vt me coram perpetuo vti atq̄z frui poſſis: imitatuſq̄z hu
maniſſimum patris ingeniū ęque me diligis: atq̄z ille cōſueuit. Ita
q̄z gratias tibi habeo maximas. Ut autem ītelligas me tibi in amo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

re nulla ex parte cedere. Xenophon filius q̄ꝫ ego decreuerim ire ī ſen
tētiam tuam: tibi coram exponet. Uale Ex Mediolano. p̄die kal'.
Aprilles. M.cccc.li.

Franciſcus philelus. Bernardo Juſti-
niano ſalutem dicit.

q Uotiēs accipio tuas lrās: totiēs Leonardum meum patrē
tuū vel poti⁹ noſtrum clariſſimū ⁊ pręſtanti ſapiētia virum video ⁊
coram aſpicere: eūdemqꝫ mutuo ⁊ audire ⁊ alloqui Quę quidē ꝫ res
cum ſummā mihi afferat voluptatem: facile debes intelligere: q̄ꝫ mi
hi moleſtum ſit: cū etiam bis ⁊ iterum inuitat⁹ interdum nihil re-
ſpondes. Ad reſurrectionem chriſtianam id quod hortaris: te viſe-
re inſtitui: modo id mihi facere liceat per principem. Quāre qd̄ fa-
cto fuerit op⁹ coram vna cōmentabimur. Uale Ex Mediolano p̄
die kal'. Aprilles. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Aenico daualo equi
ti aurato ſalutem dicit

d Electarūt me ꝑfecto lr̄ę tuę in maiorem modum. Erāt em̄
nō ſolum ſcriptę diſertiſſime ſed certiſſimę teſtes amoris illi⁹ mirifi
ci erga me tui: quem iam tot annos diluciḋi⁹ luce ꝑſpexi. Itaqꝫ ha-
beo tibi grās immortalis: qd̄ non modo ipſe me ſingulari beniuolen
tia complecteris: ſed omni ope atqꝫ opa niteris: efficiſqꝫ: vt iſti quo
qꝫ ſplēdidiſſimo regum lumini, ac ſyderi Alphōſo regi munere tuo
ſim cariſſim⁹. Nam qd̄ tam ꝑhumanit' tamqꝫ perbenigne me inui
tet: ad ſe vt eam: nō obſcure oſtēdit quam de me ſibi opinionem fece
ris. At cauēdum eſt mi Aenice: ne tantū mea cauſa honus ſuſcipi
as vt id ſuſtinere tueriqꝫ nō poſſis. Facit em̄ perſępe amor: vt quę ī
amicis vel mīma ſunt ſimulacra v̄tutis: vel maxima videant'. Qua
re moderate oīa de amico ⁊ p̄dicāda ſunt ⁊ ſentienda. Nam neqꝫ te
mere nec inepte amorem cęcum finxit antiq̄tas. Fallit em̄ hominū
iudicia: quippe qui qd̄ ineſſe in amico optat: id quaſi inſit: tum pa-
lam p̄dicare: tum audacter recipere cuiqꝫ non veret'. Sed vt cuiqꝫ
de me res habet: ne ignores te homī non ingrato beneficiū pręſtitiſ-
ſe: ſi mihi ꝑ meum humaniſſimū principem licuerit: coram tibi oſtē
dam breui nihil eſſe apud me antiquius beniuolētia tua. Tu me in
terim diuo Alphonſo commēdato. Uale Ex Mediolano. v. kal'.
Junias. M.cccc.li.

Franciſc⁹ philelfus Petro Thomaſio philoſo
pho medicoqꝫ ſalutem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Am menſes prope duo ꝑteriere: poſtea ꝙ nullę mihi tuę lit-
terę ſunt reddite. Itaqꝫ ſum miratus ⁊ tuū et Bernardi Iu
ſtiniani ſilentium Si mihi quicqꝫ facturus es qđ gaudeā maxime:
cura: vt ꝑpediem lr̄as tuas ꝙ longiſſimas lectitem. Uale ex Me-
diolano. v. kal'. Iunias. M. cccc. li

Franciſc⁹ philelfus. Xenephonti filio ſal.

q Uod Seneſes reditū ad ſe meū vehemēter cupiūt: gaudeo
Omniū primū tibi videndum eſt: quāti faciant meum reditum: vt
intelligas me nulla cōditione Senam repetituꝝ: niſi duplo maius
mihi ſalariū eo cōſtituerint: qđ antea pręſtitiſſent. Uale Ex Me-
diolano. iiij. kal'. Iunias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus Alenico Daualo equi
ti aurato ſalutem.

q Uantam mihi voluptatē attulerit tua illa ꝑgrauis diſertiſ
ſimaqꝫ epiſtola: quam nudiuſquart⁹ a te accepi. etſi debes alijs litte
ris meis intellexiſſe: tamē ꝙ fit interdū: vt lr̄ę non reddant᷑ idcirco
eadem rurſum ab me ſignificatum iri exiſtimaui. Quanti ego ſemꝑ
fecerim beniuolētiam tuā: iam totos annos duodecim cognoſti Ita
qꝫ amabā te atqꝫ colebam plurimū ſolo egregię ꝟtutis tuę interuē-
tu. Aliud beneficij interceſſerat nihil. Nūc autem cū video: quāta
me benignitate ꝓſeq̄ris. potes facile cōiectare: quātus cumul⁹ acceſ
ſerit ad obſeruātiam erga te meā. Nihil ē profecto: qđ magis cupiā
ꝙ id ꝓſtare: vt ꝙ dilucidiſſime ꝑſpicias me vnū eſſe ſemꝑqꝫ futurū
quo de vno ea tibi poſſis oīa polliceri: q̄ de gratiſſimo ⁊ obſeruantiſſi
mo hoīe expectari cōueniat. Aduentū autē meum ad Alphonſum
regē maturabo ſimul atqꝫ librari⁹ ſatyraꝝ codicē quē cœpit exſcri-
pſerit. Tu me interim ⁊ regi cōmenda ⁊ tibi. Uale Ex Mediolāo
iij. kal'. Iunias. M. cccc. li.

Franciſc⁹ philelfus. Nicolao Cebę ſal.

l Audo diligētiā tuā: q̄ fugitiua nr̄a illa cōuiuia reuocaris ad
dn̄m Reliquū eſt: vt ea domū repetere ꝑpediē cures. Uerū id tuto
ac ſedulo. Iohānes Marius fili⁹ inſtituit ad nos redire. Itaqꝫ ro-
go te maiorē in modū: quo id cōmode filius facere poſſit: cures meo
noīe apud vrbis ꝓfectū grauiſſimū viꝝ Nicolaū fregoſum mei vt
noſti iuſtis de cauſis amātiſſimū: vt publicę fidei lr̄ę ad illū dent᷑: qui
b⁹ ei cū vxore ⁊ filijs ac rebus ⁊ cū ſocijs ſex ꝙ tutiſſime facē iter lice
at ꝑ Genueſiū locos: ſeu Sagona iter ſit habitur⁹ ſiue quacūqꝫ de-
creuerit. Nolim eñ qm̄ verſat⁹ eſt in eoꝝ oppidis: q̄s v̄ra reſp. du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

cit in hoſtibꝰ:quicq̄ȝ ei manare inde poſſet incōmodi. Lrę autē mit
tēdę ſunt opa tua milleſimū q̄ꝫocioſiſſime: qđ vt facias: te etiā atqȝ
etiā rogo. Uale ex Mediolano. vi. idꝰ Junias. M. cccc. li

¶ Franciſcus philelfus. Alenico daualo equi
ti aurato ſalutem dicit

c Oepit Mediolani adeo peſtilentia incrudeſcere: vt nō poſſim
mihi non metuere. Jtaqȝ nihil eſt: quod omittam ad parandū iter
ad te. modo librarius non me fallat: ad ſecundum vſqȝ menſem aut
paulo amplius te videbo. Uale Ex Mediolano. iij. idus Junias.
M. cccc. li.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Andreę alamāno ſal.

h Eſternis lr̄is tuis quas mihi reddidit frater tuꝰ: qui Me
diolani queſtorem gerit: eo ſum magis delectatꝰ: quo minꝰ iam ex
ſpectate ſe mihi q̄ꝫſuauiſſime obtulerūt. Nam cum tamdiu diſtuliſ
ſes officium tuū: putabam tibi iuſto aliquo impedimento nō licere:
quod velles. Jtaqȝ in eam plane ſentētiam eram adductꝰ: vt crede
rem te nihil oīno reſponſuꝝ. Uerum tu elephātoꝝ more eo cōceptū
partū diutius ferre aīo voluiſti: quo cū extuliſſes in lucem: foret is
diuturnior. Fuit epiſtola tua nō diſerta ſolum: ſed erudita ⁊ docta.
Nam quod nuſquam totum de philoſophoꝝ diſciplinis apud vnū
aliquem inuenias. nō grecum: non latinū: non gentilem: nō chriſti
anū philoſophum: id non tibi modo. ſed omnibꝰ quoqȝ mediocrit
eruditis notiſſimū predices. ⁊ id quidem cōtra Socratis inſtitutū
qui ſcire ſe nihil diceret: facile declaras vel magnitudinē: vel fiducia̅
foecūdiſſimi ingenij tui: qui etiam quę maxima ſunt de ꝟtute ac fe
licitate: minima iudices. Defenſio vero tua etſi eſt acuta ⁊ perſubti
lis: vna mihi ratione probatur magis: q̄ te antea non ſerio: ſed ioco
ad me ſcripſiſſe profiteris. Miroꝛ autem: ſi ioco locutꝰ es: quid me
ſerio tibi reſpondiſſe arbitreris. Quare velim ita verba mea interp̄
teris: vt mihi tua cupis interp̄tāda. Nam vt inq̄t ille Dauus ſum
non oedipus. Uale. et oeconomica mitte. Ex Mediolano. iij. idus
Junias. M. cccc. li.

¶ Franciſcꝰ philelfus Mariano ſacerdoti ſal.

q Uid in cauſa fuerit: vt poſteaq̄ꝫ hinc abijſti nihil de his m̄de
ris: q̄ tuę fidei ꝑ amicicia nr̄a mandarā: non prius intelligā: q̄ꝫ ipſe
tu me feceris tuis lr̄is certiorē. Quare ſi me nunc quoqȝ diligis: vt
antea cōſueuiſti: a te peto: ne me longiꝰ teneas deſiderio tuaꝝ littera
rū. Uale Ex Mediolano. ꝓdie idus Junias. M. cccc. li.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Franciſcus philelfus Antonio panhor
mitę ſalutem plurimā dicit·

S Iqua in re Xenophōti filio fuerit op⁹ tua opa: ſcio te nihil eo rum pretermiſſurꝫ omnium: quę mea intereſſe cognoris. Quis em̄ eſt cui qꝫ tibi charior eſſe debeam: Nam ego te non ſec⁹ diligo amo qꝫ ex animo ac fratrem. id quod tibi niſi ex omni parte eſt cognitū quid eſſe cognitum poſſit: non intelligo Uale cum pudiciſſima vxo re tua pulcherrimaqꝫ filiola. Ex Mediolano pridie idus Junias. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Aenico Daualo
equiti aurato ſalutem

X Enophon fili⁹ ad te venit: ex quo mentē meam omnem itel liges Quare q̄cq̄d tibi noīe meo expoſuerit: ita accipe debes: ac ſi me coram loquētem audires. Uerba em̄ filij patris ſunt omnia. Itaqꝫ me totum in Xenophonte apud te eſſe exiſtimato. Te autem rogo: vt idem in me ſis: qui fuiſti ſemꝑ hoc eſt ꝛ facilis et human⁹. ꝛ quan tum ad regem attinet: perbenign⁹. Reliqua ex ipſo Xenophōte co gnoſces. Uale Ex Mediolano ꝑdie idus Junias. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus ſalutem dicit plurimā
Franciſco barbaro.

Q Uerēti mihi lrās ad te dare: quas lectur⁹ libēter fores: nul lum ſane cōſentaneum muſis occurrebat argumētum. Nam quid aliud Philelfus dignius ſcribat ad barbarꝫ qꝫ de humanitatis ſtu dijs: At hec ſcꝫ apud nos ſordent. De rebus vero bellicis: quas vi deo quottidie impēdere ardentioris: non eſt mei muneris quicqꝫ ob ſtrepere. Qd' autem acceperim te ex pedib⁹ laborare: non poteſt mi hi ꝑ noſtra ſumma beniuolētia: nō eſſe ꝑmoleſtum Es em̄ indign⁹ qui quicqꝫ patiaris: qd' nolis: ꝑſertim cum ſis vita cōtinentiſſima: ni fortaſſis iſte ſit morb⁹ ab vſqꝫ maiorib⁹ tuis hereditari⁹. Nam podagra vt Hippocratis ſentētia eſt: fit ex eo ſaaguine: quem bilis ac pituita corruperit. ꝛ id quidem in venis gracillimis: quibus cor pus: vt pernece ſſarijs: carere nullo pacto poteſt. At ipſe tu nulli es bili obnoxius. qui vn⁹ omnium ſis moderatiſſimis morib⁹: ſꝫ ne pi tuitę quidem: q̄ nulla ſis nec ingenij nec corporis craſſitudine Quare cum iſtiuſmodi offenſio a parentib⁹ in te inſit: fer ęquo aīo hereditā tē. Uale Ex Medaiolano. ꝑdie id⁹ Junias. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio
philoſopho medicoqꝫ ſalutem dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

e Binis lrīs tuis alteras accepi:quas idib⁹ aprilib⁹ ad me de
diſti. Nam priores:quas meminiſti:ex Uarrone nondum
redditę mihi ſunt. Uix autem dici queat:quāta in his legendis vo/
luptate pfuſus ſum. Uidere em̄ te corā atq₃ tecum loqui mihi ſum
viſus Nam quanq̄₃ ſciebam me ex animo tuo mīme excidiſſe: non
poteram tamē non ſubdubitare:ne quid tibi quod nollem:accidiſſet
Nūc vero hac me ſuſpiciōe opportune liberaſti. ⁊ quid in cauſa fue
rit ſilētij tui:oſtēdiſti. Nam quod ego ad Alphonſum regem non
ierim:vt ſcripſeram. pncipis inhibitio effecit. Cui⁹ iuſſis me parere
neceſſe eſt vel inſeram:quanq̄₃ nihil eſt:quod nolim :qđ hunc velle
ſentio. Abfui autem Mediolano. Cremonę primū :deinde Ticini
tamdiu agēs:quoad Mediolanū peſtilētia deſeruerit Peto autem
abs te:vt poſteaq̄₃ ſupiores lrę tuę ad me nō peruenerūt:iterū me:ſi
tibi viſum fuerit(cur autez min⁹ videatur) Nihil em̄ fruſtra ad me
ſcribere vnq̄₃ ſoles:iterum me inq̄₃. de ijs omnib⁹ certiorem facias:
quę antea ex tua et Bernardi iuſtiniani ſentētia ſignificas te ſcripſiſ
ſe. Ego res italicas verſu heroico ſum aggreſſus prēſertim eas: quę
Sphortianę laudis inſunt. Itaq₃ poeſeos hui⁹ inſcriptio ē ſphor
tias. In libros vigitiquattuor vniuerſa materia diſtributa eſt. Ita
em̄ mihi ſcribēdum occurrit:ni dies ſentētiam mutarit Primum li
brum abſoluim⁹. Nunc ſecūdum elucubramus, Queram ex te ali
qua ad veritatis argumētum:ſi tibi id facere licuerit. Nolim enim
errore duci:quod faciat:oportet:qui rumoribus credit. Audio bar
barum in podagram incidiſſe:id quod doleo vehemēter. At pderit
fortaſſis ad redeundū cum muſis in grām. Uale Ex Mediolano
pridie idus iunias. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus Sarolo pratēſi ſal.

q Uanq̄₃ hoc tēpore mihi ocij nihil erat:ne tamē mea tacitur/
nitas tibi moleſta eſſet:reſpondi ad ea paucis:q̄ petieras Cer/
copes duo fuere:quoꝝ nomīa Aeſchines Sardian⁹ in iambis ſcri/
pſiſſe tradit Nam alter Audul⁹ dictus eſt:alter Atlant⁹. Hos au
tem deceptores mēdaciſq₃ extitiſſe apud Leſchinen atheniēſem i le
gatione patet:quos etiam Anaxagoras venandoꝝ ſimioꝝ gratia ī
eas inſulas traieciſſe narrat:quę a ſimioꝝ nomīe qui πιθηκοι pi/
theci appellant:vocatę ſunt pithecinę. κέρκωψ cercops prēterea
et iocoſum ſignificat. ⁊ eſt eoꝝ ſimiorum ſpecies. quibus caudę ſunt
longiores. Quod autem petis idem ne ſignificet οἰοσ.ει et οἰοσ
τε ει certe nequaq̄₃ idem. Nam quod ſcribit ſine τε οἰοσ ει:vis a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

volo significat. Sed si ſcribatur cum τεοιοσ ει ſignificat poteſt: id quod ex vſu legendi non obſcure animaduertes. De anno autem proſcenio apud Plautum: text⁹ ille corrupt⁹ eſt. Nannio em̄ ſcribi oportet. Fuit autem Nānium illuſtris meretrix: q̄z et hyperides cōtra Patrocleum. et Appollodor⁹ in ijs q̄ ſcripſit de meretricibus αιγα ega hoc eſt capram: vt ſcis: nominatam ſcribūt: ea ſcȝ ratiōe quod tabernarium quendam Tallum nomīe: id quod virgultum ſignificat: exederet. Uirgultis em̄ capræ plurimum delectant. Antiphanes vero iunior in ijs: quæ de meretricib⁹ reliquit ſcripta. Nannium dicit vocatam eſſe cognomine pſcenium: quoniam extrinſec⁹ formoſiſſima videret inſtar pſceniorꝫ theatraliū. Recte igit̄ Plautus vituperatorib⁹ occurrēs oſtendit ſe primū non eſſe: qui tragoediam admiſcuerit comoediæ: cum in Nannio pſcenio idē antea fuerit factitatum ab alio poeta: quiſquis tandem ille fuerit: vt patet ex ipſis verbis: quæ tangūtur in textu Qui vero ille fuiſſet: certi habeo nihil. Uaticinari autem nolim. Uale Ex Mediolano. pridie idus Junias. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. ſalu. di. plu. Nicolao arcimboldo ducali ſenatori ac iurecōſulto.

n J tibi viro integerrimo. ꝛ eruditiſſimo homi. ꝛ cum rerꝫ me arum oīm: tum meipſi⁹ in p̄mis ſtudioſo gratificer oīa: quæ præſtari a me queāt. ſim plane ingrat⁹. Faciam igit̄: quod tantopere efflagitas. et id quidem nō libenter min⁹: q̄z diligēter Ceterum noſti occupatiōes meas: quib⁹ ſi volūtatem meā compaueris haud me cunctationis accuſabis. Studebo tn̄: annitarq; manib⁹ ac pedib⁹ (vt aiūt) vt diligētia oēm ſuperet neceſſitatem. Uale Mediolani. Ex ędib⁹ noſtris idib⁹ iunijs. M.cccc.li

¶ Franciſcus philelus Donato Actiolo ſal.

a Ccepi eſſe apd̄ vos quoſdā priſcos de arte grāmatica libros quorꝫ velim noīa ad me ſcribas. Nam quib⁹ hoc tp̄e in publicis luđis greci vtunt̄ libris: pleni ſunt ineptiarꝫ: ac plane tales: vt ad dediſcendū ſint: q̄z ad diſcendū longe magis accōmodati. Tu fac: qđ peto. ac Uale Ex Mediolano. idib⁹ iunijs. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. Catoni Sacco equiti aurato ac iureconſulto ſal.

a Junt te mi Cato factum auariuſculum: quod plurimū miror. Nam cui parcis pecunias tuas: qui liberos ne gigneres: vxorē mathuſalē tibi matrimonio iūxiſti: Fratrinę: At ille ē longe te ſtul

tior:qui a tuo cõſpectu nõ ſecus fugit: q̃ſi baſiliſcũ intueret. Num te podagra idcirco in auariciam agit:qd metuas fore:ne ſi leges docere ⁊ ius ciuile cogaris deſerere:ad pauptatem priſtinam redigare quaſi tibi nõ ꝓpterea iunxeris locupletem anum vxorem:quod nũmos liberis pretuleris. Viue igit vt conſueſti:liberaliter:neq; tibi pauperies metui ſit. Nullus em̃ vehemẽtior dolor vacat febre. que vna te breui:ni ſapias:omni exuat cura. Vale ex Mediolano Idibus Junijs. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. Andree alamãno ſal.

d Emetri⁹ ſcuropul⁹ iſtic iter factur⁹ in vrbem Romam:petijt a me:vt ſe tibi p lrãs cõmendarẽ. Q̃d mihi tam facile eſt:q̃ qd facillimũ. Modo intelligas eũ eſſe Demetriũ qui cum grauitate ac vero nihil habuerit cõmune vnq̃. Ex librario nõ inepto quantũ ad formã litteraꝝ attinet:vult videri philoſoph⁹:id qd ex ornatu capitis lõgioreq; pallio tibi facile fuerit iudicare. Nã neq; vite iſtitutis neq; doctrina vlla philoſophi quicq̃ ſapit. Vex lingua eſt ⁊ celeri ⁊ expedita ⁊ ſuaui:vt grecoꝝ nemini cedat. Voce q̃ ⁊ clara ⁊ ſonora. Rem oẽm tenes. Ita tibi hoiem ꝯmẽdo:vt illi adſis:⁊ tecum habites. Vale ex Mediolano. idib⁹ iunijs. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus ſalu. dicit plurimã.
Benedicto nurſino pho ac medico ducali.

n On eſſe poſſum ſine permagna ſollicitudine animi ac moleſtia ob hũc peſtilentie morbum:quo vniuerſa correpta ciuitas in aſſiduis innumerabilibuſq; funerib⁹ et dies cõſumit ⁊ noctis. Neq; ſatis ſcio:quid cõſilij capiam. Nam ſine liberis vniuerſaq; familia hinc decedere ⁊ inhumanum ſit ⁊ dedecoroſum omnino. Diuti⁹ vero verſari inter tot ac tantos ineuitabilium ſagittarum ictus eſt hominis nõ min⁹ diſſoluti:q̃ inſipientis planeq; inſani. Preterea ⁊ quo ſim profectur⁹. et quo pacto:qui ⁊ pecunijs caream. ⁊ ab omni fortaſſis vrbe metu contagionis excludar? Peto igitur a te mi Benedicte:vt tuis me prudentiſſimis cõſilijs adiuues. Vale ex Mediolano Jdibus iunijs. M.cccc.li.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Angelo reatino iureconſulto ſalutem dicit.

e T princeps abeſt Mediolano. et peſtifer hic morbus incrudeſcit indies magis atq; magis. Nec mihi integrũ eſt:maneam ne:an abeam:ita ſum ⁊ animo perturbato. ⁊ conſilij egens:in tanta preſertim rerũ meaꝝ oĩm difficultate ⁊ inopia. Accedit item ad malũ

qd̄ edicto principis cautum audio: nequis Mediolano decedens in loca alia admittat̄ ei⁹ dicioni ſubiecta. Rogo te in maiorem modū: mihi faciūda vt q̄pprimū cōſulas. Uale Ex Mediolano idib⁹ Junijs. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus ſalutem plurimā dicit Ciccho Simonete

d Eus ijs vel mortuis ſit irat⁹: qui p̄mi auro ⁊ argēto p̄cium ſtatuerūt: vt qui caret alterutro. inutilis. vt ita dixeri. habeat̄. Qd̄ nūc mihi video accidiſſe. Quāto verſor in periculo atq̄ diſcrimine inter hec peſtilētie iacula tute vel reticēte me aiaduertis. Si mihi adeſſent pecunie. permultos haberem fautores ⁊ ſalutis et dignitatis mee. Sed quoniam illis careo. preter te vnum virum optimum ⁊ hominum mihi amiciſſimum ceteri omnes. alij negligunt. alij contemnūt. Nec tamē tibi perſuadeas. volo me fragi animo. aut aliud quicq̄ humili⁹ de me ſapere. Quin eoꝝ potius miſereor. qui in hoīs figura vitam pecudis rep̄ſentant. Uelim tamē pro noſtra amicicia mihi cōſulas. que ſit tua de reb⁹ meis ſentētia. Nam nec diuti⁹ mihi agere licet mediolani ꝑpter inualeſcētem indies magis atq̄ icrudeſcentem peſtilentie vim ⁊ efferatam rabiem. nec alio ſecedere indigenti pecuniarum. Littere eñ ducales nihil omnino mihi ꝓfuerūt apud hos ediles hoc eſt prouentuū ducalium magiſtros. quos vocant Ni metuerem fore. vt offendam principis volūtatem. abirem extra hanc Galliam ciſalpinam tutioris in locos. Uale. Et principem hortare vt meminerit mei. Ex Mediano Idibus Junijs. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Jacobo bracello et Gotthardo ſalutem dicit

x Enophon filius. qui haſce lr̄as vobis reddidit. coram exponet. qua mihi in re veſtra opera opus ſit. Non autem ſum ignarus gratiſſimum vobis eſſe me veſtra opera vti velle. preſertim in re litteraria. Nam Joānes Marius fili⁹ cupit ire ad me. quod vt commodius poſſit ⁊ tuti⁹ facere. idcirco publice fidei lr̄as petit. quoniā in eoꝝ opidis eſt verſatus iam menſes duos. quos veſtra reſp. ducit in hoſtibus. Reliqua ex ipſo Xenophonte cognoſcetis. Ualete Ex Mediolano. idib⁹ iunias. M.cccc.li

Franciſcus philelfus. Nicolao Cebe ſal.

r Eſpondi nudiuſterci⁹ tuis lr̄is. Jtaq̄ i p̄ntia breuitate ſum vſus. p̄ſertim quod Xenophon fili⁹ iſtuc iret. qui tecum meo noīe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

verba factur⁹ eſſet. Uenit em̄. vt Joãnem Mariū fratrem comitetur Mediolanū. huic velim. mea illa cōuiuia ad me des. Uale Ex Mediolano idib⁹ iunijs. M.cccc.li.

Franciſc⁹ philelfus. Petro perleoni ſal.

p Uto audiuiſſe te inſtituiſſe Joãnem Marium filiū ad nos reditum facere. Quare petijt per lrãs. vt Xenophōta Genuam qua iter facturus eſt. q̄ꝫprimum mitterem. quo ſe comitetur mediolanū Reliqua Xenophō ipſe fili⁹ meis verbis tibi coram narrabit. Ego Arrhianum vehementer cupio. Uale Ex Mediolano. idibus iunijs. M.cccc.li.

Franciſc⁹ philelfus Petro Tomaſio philoſopho ac medico ſalutem.

c Um ceteris in reb⁹ me tuę proximę litterę plurimum delectarūt. tum eo me non mediocriter perturbarūt. quod publicę fidei lrãs ſignificabas iam ſupra ſecūduz mēſem miſſas ad me a Bernardo Juſtiniano viro patritio ꝛ mihi amiciſſimo. Fatebor tibi īgenue quę ante fuit opinio mea Jnſtitueram. vt ſcis. ad reſurrectionē chriſtianam ire ad vos. Jtaqꝫ me pararam: quottidie lrãs veſtras auidiſſime expectãs. Sed vbi aduenit cōſtituta dies. nec ego ex te. nec ex alio quoqꝫ amicoꝝ video quicqꝫ epiſtolaꝝ. cœpi mecum vehemēter ſtomachari atqꝫ iraſci mihimet. qui omnino fruſtra amarē. Jtaqꝫ decreueram nihil poſthac amplius ad vos ſcribere. Sicqꝫ diſtuli cōpluſculum temporis. vt noſti. deinde cū refrixiſſet excandeſcentia. et amicitię vis rurſus cōcaluiſſet. nō potui me cōtinere. quin aliq̄d tecum obſtreperem. Nūc re quam ſcribis. diligēter cōſiderata quid iudicatur⁹ ſim. neſcio Unum autem cupio. vt me facias q̄ꝫprimuꝫ certiorem: quinam ille fuerit: cui Bernardus litteras ad me dedit. Reliquū eſt. vt alię parentur publicę fidei litterę. quib⁹ temp⁹ duorum menſium ſit prefixum. atqꝫ incipiat ad. xvij. kal'. ſeptembres. Ad id em̄ temporis inſtitui procul dubio vos viſere. id quod me tuto facturum volo. At nolim. mihi obeſſe poſſit: quod iamdiu i his ſum. quib⁹ cum tam dura bella geſſiſtis. Sum autem itur⁹ ad Alphōſum regem. Quare diuertã ex eo ad vos itinere Uale Ex Mediolano. x. kal'. iulias. M.cccc.li.

Franciſc⁹ philelfus. Aenico daualo ſal.

ſ Um certior factus a Gabriele mirabili. qui modo iſtinc mediolanum orator redijt dediſſe te ſibi alias ad me litteras circiter kalen. februarias. quas ego vidi nuſquam. Nec alię oīno vllę ex te mi

hi redditę ſunt litterę. preter eas. quas ex puteolis ad. xvij. kal. ma
ias ad me dediſti. Itaqꝫ nihil tibi mirandum eſt. ſi nullum a me re
ſponſum accepiſti. Nam quid ſcripſeras. ſcire non potui. Ad pro
ximas autem reſpondi. Nūc autem habeo noui nihil Satyrarum
codex aſſidue exſcribit. Si prius nequiuero. ad auguſtum ſaltē iter
omnino ad vos capiam. Ante id tp̄is nullo pacto licet. Uale Ex
Mediolano. x. kal. iulias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Bartholomeo par
menſi equiti aurato ſalutem.

Am mihi beniuolētiam ad Aprilem oſtēdiſti: vt videar mi
hi de te poſſe omnia polliceri. Quare cum princeps noſter pecunias
mihi in preſentia pandas decreuiſſet. Xenophonta filium ad te
miſi. quem vt q̄z primum expediri cures. te etiam atqꝫ etiam rogo.
Erit hoc mihi tam gratum q̄z quod omnium maxime. Noui mo
deſtiam ⁊ humanitatem tuam. Scio moleſte te laturum. ſi pluribꝰ
verbis abs te petam: quod tua ſponte facturꝰ ſis. Uale ex Medio
lano. iiij. kal. Iulias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Catoni Sacco iuriſ
conſulto et equiti aurato ſalutem

x Enophon filiꝰ coram tibi exponet. q̄d fieri abs te velim Tu
autem facies. ſcio. q̄d ſemꝑ conſueſti. ⁊ amice et recte. Ego ad augu
ſtum ſum ad Alphonſum regem iter facturꝰ ab eodem ſcꝫ inuitatꝰ
Reliqua ex ipſo Xenophonte cognoſces. Uale Ex Mediolano:
iiij. kal. Iulias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Aenico daualo equi
ti aurato ſalutem plu. dicit

q Uod modo. x. kal. iulias ad te ſcripſi. hinc ad vos iter capiā
ad primū ſextilē. Interea vero tp̄is ſatyrarꝫ codex quē regi dono da
turꝰ ſum. luculētiſſime exarat. Tu velim operā des. vt regię famili
aritatis lr̄ę quarꝫ comitatu inter ꝓficiſcendū vtar. q̄z primū eant ad
me. Audio iſtic eſſe Uenetorꝫ oratorem cuiꝰ tu hac in re opa vti po
teris ea ſcꝫ. vt iſtiuſmodi lr̄as ad egregiū medicū Petrꝫ Thomaſiū
qui Uenetijs agit. ⁊ mihi eſt familiariſſimꝰ q̄z diligētiſſime ꝑferen
das curet. Is eiꝰ eſt a me iam cōmonefactꝰ. vt eas lr̄as cū primuꝫ
accepit. mittat ad me. Tu me interea diuo Alphonſo tibiqꝫ ꝯmen
da. Uale Ex Mediolano ꝓdie kal. iulias. M. cccc. li.

Franciſcus philelus Ciccho Simonetę ſal.

t Ernis lr̄is meis eſſe debes certiorꝫ factꝰ me neqꝫ Papię. ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

qꝫ Mediolani rem pecuniariam quam decreuit princeps .cõſequi
potuiſſe. Nam et papienſes ⁊ mediolanẽſes magiſtratus nullas ſi-
bi pecunias eſſe reſponderũt. Id autem quanto mihi incõmodo ſit.
vel me reticente cognoſcis. Itaqꝫ tuę erit humanitatis ita ad hos
mediolanenſes ſcribere. vt intelligant ſe ſua falli oportere opinione
qui volunt ſe plus poſſe q̃ꝫ principem. Uale Ex Mediolano ꝓdie
kal'. Julias. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio
medico ſalutem.

i Am quartum ad te ſcripſeram. poſteaq̃ꝫ nullę mihi redditę
ſunt litterę tuę. Poſtea vero nihil accidit. quod tua itereſſe arbitra
rer pręter incredibile deſiderium meum viſendi tui. quod indies ma
gis magiſqꝫ augeſcit. Hoc autem me leuare tui eſt officiũ. Uale ex
Mediolano. xv. kal'. auguſtas. M.cccc.li.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Aenico dalualo eq̃ti aurato ſal.

a Ppropinquat iam auguſt⁹. quod ad temp⁹ me ad vos ven
turꝫ antea ſcripſeram Satyrarꝫ codex feſtinat ad calcem. Ego lr̃as
regias. quibus de antea ad te ſcripſi. vehemẽter expecto. Uale Ex
Mediolano. xv. kal'. auguſtas. M.cccc.li.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Petro perleoni ſal.

q Ueſiui diligẽter. vt tibi quẽ cupis laboris ſocium aliquẽ in
uenirem. Nemo hic eſt in pñtia. qui iſtiuſmodi prouinciam velit.
Nec tamẽ dubito fore. vt cum meli⁹res hic habuerint. non ſe aliq̃s
offerat. quem ad te mittam. Interim cura. vt valeas cum ſponſa. et
ad me Arrhianum hiſtoricum q̃ꝫprimũ des . Ad hęc velim dicas.
Nicolao cebę homini amiciſſimo verbis meis: vt curet: ſi me amat
mea ad me cõuiuia propediem dare. Cupio eñ illa mecum ferre in
hoc meo ad Alphonſum regem itinere. Si alius fidus nunci⁹ non
occurrerit: ſaltem tabellarius mercatorꝫ deeſſe non poſſit: cui quicq̃d
nummorꝫ promiſerit: ipſe libenter diſſoluam. Uale Ex Mediola-
no. v. kal'. Auguſtas. M.cccc.li.

¶ Franciſc⁹ philel. Petro Thomaſio medico ſal.

n On poſſum nõ ſubdubitare factũ eſſe: vt tot quas ad te de-
di litteras: interceptę ſint: quã doquidem iam ſextum ſcripſerim po-
ſteaq̃ꝫ nulla mihi omnino vel perbreuis epiſtola tua reddita ẽ. De⁹
interceptorib⁹ malefaciat: qui me priuãt iucũdiſſimo fructu ſermo
nis tui: q̃ mihi omni melle ẽ ſuauior. Itaqꝫ velim cures: vt oĩ rõne
atqꝫ arte fallẽtis fallas: ac me expleas deſiderio litterarꝫ tuarꝫ. Uale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Ex Mediolano.vij.idusꝰ Auguſtas.M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio medico ſalutem dicit

a D ſeptimum idus Auguſtas cum iam meas lrās obſignaſſem binę mihi tuę redditę ſunt: quibꝰ diligētiſſime perlectis reſpōdi etiam tūc tibi: quātum opꝰ fuit. Nūc autem abs te peto: atqꝫ cōtendo: ac ſi pateris etiam atqꝫ etiam te rogo: vt omni cura ⁊ diligentia operam des: vt q̄ mea ſcis intereſſe: q̄ꝫprimū conficias. hoc mihi nec gratiꝰ facere potes: nec neceſſariū magis. Uale Ex Mediolano.xviij.kal'.Septembres.M.cccc.li

¶ Franciſcus philelfus Ioāni Mario filio ſal:

n E fruſtra ad nos eas. hoc die Mediolanū egredimur petituri Cremonam. Ubi tamdiu futuri ſumꝰ: quoad hęc peſtilentialis morbi procella cōquieuerit. Uale Ex Mediolano.v.idus ſeptembres.M.cccc.li.

¶ Franciſcꝰ philelfus Ioāni Mario filio ſal.

c Um heſterno veſperi Cremonam veniſſemus: eſſemuſqꝫ excepti minime inhumanit': hodie ex vrbe eiecti ſumus. In cauſa hoc fuit. Erat mihi ſerua mercēnaria ex familia non ignobili alipranda nomine Antonia ⁊ ea quidaꝫ puella nō inuerecūda. Hanc reliqueramꝰ in cymba vna cum Maria nutrice tua: vt tantiſper res nras aſſeruarent: dū ędes cōduceremꝰ. Nam ego cū Xenophonte ſororibuſqꝫ tuis ac genero apud honeſtum cauponem interim diuerteramꝰ. Dum poſt paratas ędes hodie cymbam repeto quo ⁊ res ⁊ mulierculas agerem ad ędes: offendo Antoniā ſubita peſtilentię vi correptam aīam efflaſſe poſitamqꝫ in ripa: ibidemqꝫ maximum hominum cōcurſum ac tumultum. Nō potui mihi nō metuere in tanta hominū barbaria: ſed multo magis filiabꝰ: quas vna cum genero ī vrbe dimiſeram. Quid multis: Mihi in vrbem regrediendi ptās adempta eſt: reliq̄s item noſtris ex vrbe cōtinuo eiectis. Ruri nunc ſumꝰ: quod in ſuburbio iacet: qua itur Mantuā. Uale Ex Cremona. ꝓdie idus Septēbres.M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. Leodryſio Cribello ſalutem dicit plurimā

ſ I grato in me aīo eſſe volueris: vt ⁊ eſſe debes. ⁊ ipſe te futuꝝ puto: curabis oīa: quę iſtinc decedens tuę fidei mādaui ⁊ amice ⁊ diligēter: in ꝓmiſqꝫ: ne quid mihi detrimēti domi fiat. Nam te haud latet: quātus nūc furū numerꝰ propt' abſentiā ciuium Mediolani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

vbiqꝫ noctu atqꝫ die inſidiet̃: vt nullę ędes ſatis aut clauſę iſtis aut
munitę ſint. Quare tuę fuerit curę ac beniuolẽtię erga me: operam
dare: ne qd nobis ſurripiat̃ abſentibꝰ. Uale Ex Suburbano rure
Cremonẽſi idibꝰ Septembribꝰ. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. ſalu. di. plu. Mat-
theo piſaurẽſi ędili curruli.

q Uod ſcire cupis: qꝫ me humane ⁊ liberalit̃ Cremonẽſes ex-
ceperint: accipies paucis. Me aduenientem vniuerſa ciuitas ⁊ vidit
et honorauit egregie. Sed vbi accidit: vt mercennaria quędã mea
ſerua peſtilẽtiali morbo cõrepta vitã ſubito deſeruerit: tumultꝰ in-
gens in vrbe aduerſus me exortꝰ eſt. quem plebeia inſania cõcitaue
rat. Nam q̇ viri nobiles atqꝫ boni eã vrbem inhabitãt. nihil huiõi
nõ modo nõ fecerũt ſed ne temptauerũt quidem. Sum cõtinuo cũ
vniuerſa familia vrbe excluſus. ⁊ nõ ſine magno quodeꝫ vitę pericu
lo Uagabor iã campo auxilio omnis atqꝫ opis expers. Nec qd cõ-
ſilij caperem. ſatis mihi erat in proptu. vſqꝫ adeo eram animo ꝑtur-
bato in tam repentino inſaniẽtium hoim motu. Tandem vbi pau-
lulum plebeius ille furor ſedatꝰ eſt. preſtantes quidam pauci atqꝫ
boni ciues ꝑmoleſte me adierũt. meqꝫ hortati ſunt. vt modice ferrẽ
atqꝫ ęquo aĩo plebeiam illam ſtulticiam: quę longe magis. qꝫ mihi
bonis omnibꝰ ciuibus ꝑmoleſta extitiſſet. breui autem fore vt illud
omne erratum haud ignobili diligẽtia ſarciret̃. Meqꝫ duxerũt in
proximũ quoddam ſuburbium: vbi rus eſt ac villa cuiuſdam ciuis
perſechetę. Uñ eiecto villico. mihi villa vna cum rure tradita ẽ tã-
tiſper incolẽda. donec publica diligẽtia aliter meę ⁊ rei et dignitati
prouiſum fuerit. Ceterum in pñtia incõmodius agere nihil poſſem
Nam omnia mihi deſunt ꝑter culices puliceſqꝫ ⁊ muſcas. Uale ex
Cremonẽſi rure ſuburbano. xvij. kal'. Octobres. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. Sceuę corti equiti
aurato ac iurecõſulto ſalutem

c Um iſtac iter facerem Cremonam petiturꝰ. me vehemẽter
hortatus es: vt Placencię qꝫ Cremonę donec Mediolani peſtilen
tia ceſſaſſet. agere mallem. Nec enĩ vereri te aiebas multo commo-
dius me ac melius apud Placentinos futurum. qꝫ apud cremonẽ
ſes. Quare cum videam Cremonam eodeꝫ quoqꝫ acerbiſſimo mor
bo laborare. quo Mediolanum. ſciamqꝫ qꝫ tibi homini amiciſſimo
et charus ſum ⁊ periucundus. non inuitus conditionem accipiam.
modo per te fiam certior ne ſpem precio ſim empturus. Itaqꝫ fac.

propediem intelligam. quid me facere oporteat. Uale Ex rure ſub-
urbano. xvi. kal'. Octobres. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus Jacobo camerinati ſal.

e T tuam erga me volūtatem nō laudare nō poſſum. ⁊ iſtorū negligētiam nō deteſtari nō debeo. qui nihil eoꝝ omnino agant quę tu iis agēda iuſſiſti. Nō eñ ii ſum⁹: qui more ſcythaꝝ ſolo vtamur pro lecto: p̄ſertim tamdiu. ⁊ ſine vlla nr̄a culpa. Accedit ad hāc difficultatem alia longe incōmodior: qđ ne caupones quidem vlli nos dignos putāt: quib⁹ vllo nummoꝝ interuētu ea dent vęnū: quibus ſine vitam ducere nequeam⁹. Aiūt eñ Guilielmum neſcio quē: hominem: quātum videre videor circūforaneum ac plane barbarū ſibi iuſſiſſe nō modo nequid nobis vel mercede vlla exhibeāt: ſed nec etiam ꝟbum nobiſcum faciāt. Iſtum autem ꝑditiſſimū Guilielmum eiuſmodi magiſtratui p̄fectū dicūt: cui talis poteſtas decreto publico data ſit. Itaqꝫ te rogo. vt vel cōſulas reb⁹ noſtris: quemadmodum nudiuſterci⁹ mihi coram recepiſti: vel quod admodū malim. mihi abeundi poteſtas fiat. Uereor eñ ne qui Mediolano peſtilētiam fugim⁹: eam Cremonę reperirem⁹ in tanta rerum omniū difficultate ac tędio. Uale Ex rure ſuburbano. xi. kalēdas Octobres M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Chriſtoforo Marliano ſalutem plu. dicit.

h Odie cum tibi primū facultas oblata fuerit: fac ſi me amas vt te videam. Sunt eñ quędam mihi tecum cōmentanda. Preterea vacu⁹ ne omnino venias: atramenti aliquātulum tecum affer: Nā atramētarium meū ęque ſitit: atqꝫ nos omnes. Xenophon filius petit abs te aliquātulum vernicis Uale Ex ſuburbano rure. x. kal'. Octobres. M. cccc. li.

Franciſc⁹ philelfus. Jacobo camerinati ſal.

c Upio quędam cōmentari tecū. Itaqꝫ rem mihi pergratam factur⁹ es: ſi cum quid ociī hodie nactus fueris: huc te cōferes. quandoquidem nos ad te ire barbaria iſta non ſinit Arca illa noſtra cum libris eſt etiam nūc ſub Joue. Uale Ex rure ſuburbano. x. kalēdas Octobres. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Joanni iordani iuriſconſulto ſalutem di.

p Reterierūt anni iam triginta ⁊ ampli⁹. poſteaqꝫ nec verborum a me nec litteraꝝ aliquid accepiſti. nec ego item abs te Idqꝫ nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

alterutrius volūtas aut negligentia vlla fecit. ſed longiſſima locorū interualla. Nam cum tu adhuc patauij operā dares iuri ciuili. ego a Venetis ſoluens in Thraciam nauigaui quo gręca ſapiētia factꝰ doctior maiori vel vſui vel ornamēto latinę linguę futurus eſſem. Qua vnā re factum eſt. vt mutua ſcribendi viciſſitudine priuati iā diu fuerimꝰ Nam poſt annum ſeptimū vbi in Italiam reuertiſſem etſi eramꝰ propinquiores. tamē cum temporum quoq; difficultas nobis fuiſſet impedimēto. vterq; ſiluimꝰ. Nunc vero cum propiores facti eſſemus. tempuſq; ipſum nos mutuo ad ſcribendum hortaretur. anteuertere q̄ anteuerti malui: quo intelligeres nullo amoris officio me poſſe abs te ſuperari. Scire autem cupio. q̄ belle valeas. et quanta me beniuolētia ꝓſequare. Nam ego te non diligo ſolū ſed ita amo. vt nihil ad cumulum addi queat Valeo autē ꝑpulchre Apud Cremonēſes vero ideo me recepi. quoniam Mediolani qua ipſa in vrbe domiciliū mihi perpetuū cōſtitui. peſtilentia in dies magis atq; magis inualeſcit incrudeſcitq;. Reliquū eſt. vt quādiu in propinquo futuri ſumꝰ. q̄ creberrimis inter nos lr̄is quottidie aliquid cōmentemur. Vale Ex rure Cremonēſi ſuburbano. x. kalen. Octobres. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Jacobo Camerinati ſalutem dicit.

e Xiſtimo tibi ab ingenuo adoleſcente Chriſtoforo marliano ea omnia verbis meis renunciata. quę a me mane coram accepit. Nihil autem aut temere aut minus conſulto locutus ſum. Ruſticor enim vt noſti iam diem ſextumdecimum non ſolum incommode. ſed in maxima rerum omnium penuria. Quid mihi poſtridie ſit agendum. aut vnde neceſſarijs rebus ſubueniendum non intelligo. Quare non amicis ſolum. ſed mihi etiam ipſi iam moleſtiſſimus fieri incipio. Itaq; ſummopere te rogo. vt quę tibi Chriſtoforꝰ nomine meo expoſuit. hoc ipſo die omnino conficias. quo quid facturus ſim intelligam. Hodie mihi philoſophica coena futura eſt eaq; diogenica. Poſtridie vero ne cum arida quidem Cerere menſam mihi futuram video. Vale Ex rure ſuburbano Cremonę. v. kal'. Octobres. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Manſueto atteudulo abbati ſalutem.

r Enunciauit mihi heſterno veſperi vir optimus amantiſſimuſq; tui Jacobꝰ camerinas inſtituiſſe te mihi dono datū ire metrici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſextarios decem. Que quidem res vix dici queat. quãtam mihi vo-
luptatem attulerit ⁊ id quidem nõ tam ipſo dono. qđ ſane pulcher-
rimum eſt. q̄ꝫ bonitate ac liberalitate ĩgenij tui qui nullo vn̄qꝫ ab me
prouocatꝰ officio volueris me tibi tam opportuno tã benigno mu-
nere deuincire. Jtaqꝫ habeo tibi immortales grãs. Tu autez tibi ve
lim. pſuadeas eum me eſſe futurumqꝫ in dies: qui in te amãdo ceſſu-
rus ſim nemini Triticum autem ipſum tuũ mihi prebendũ cura-
bis. cũ in vrbem venero. Nam ruri quo pacto ſim vſurꝰ. non ſatis
intelligo. quan̄qꝫ ne in vrbe quidem fortaſſis eo mihi opꝰ erit. Verꝫ
hac de re te breui faciã certiorem. Vale Ex Cremonẽſi ſuburbano
rure. iiij. kal'. Octobres. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Nicodemo Tran-
chedino ſalutem dicit

q Ue tibi in ethrnriam abeunti ꝑ beniuolẽtia noſtra manda
ram. nequaq̄ꝫ debes eſſe oblitꝰ Miratus autem ſum. quod nihil po
ſtea reſponderis niſi tua fortaſſis in vrbem Romam feſtinatioꝛ ꝑ-
fectio tibi fuerit impedimẽto. quo id florẽtie cauſa mea gerere com
mode nõ potueris: quod tuis in cõmentarijs annotaſti. Hoc ſi ita ẽ
factum: velim in reditu ne pretermittas. Erit id mihi vehemẽtiſſi
me gratum Et ne tuas lrãs fruſtra ad me des: ego hoc tempore ago
Cremone acturuſqꝫ ſum fortaſſe: donec peſtilentia Mediolani de-
ſierit deſeuire. Jacobum triulcum diſertiſſimum iuriſconſultum va
lere plurimum opto in primiſqꝫ Auriſpam meum virum optimuꝫ
et hominem doctiſſimum. Vale Ex rure Cremonẽſi ſuburbano ꝑ-
die kal'. Octobres. M.cccc.li.

Frãciſcꝰ philelfus Bartholomeo Melio ſal.

q Uoniã certo ſcio te vel rõne vel tp̄e ea animi egritudĩe quã
nõ mediocrẽ ex obitu dilectiſſime ſororis tue ⁊ nobiliſſimi viri cõce
peris: magna ex p̄te liberatum: non ſum veritꝰ vti officio tuo. Decre
uerũt tui iſti publici magiſtratꝰ nudiuſtercĩꝰ mihi iam licere vrbem
ingredi atqꝫ ꝑ arbitrio meo incolere. Jtaqꝫ mihi edes parãde ſunt.
Hac in re tua mihi opa opꝰ eſt. Cupio mihi domũ conduci in tẽpꝰ
ſemeſtre ⁊ amplam ⁊ cõmodam. Peto igit' abs te: vt hãc ꝓuinciam
tuoꝝ alicui deferas idqꝫ q̄ꝫprimũ. Non eñ te latet quãto cũ incom
modo ruri ſum. Nunqꝫ equidez didici ruſticari: qui vel philoſopha
ri vel aliq̄d liberalĩꝰ agere ſemꝑ cõſueuerim. Hoc erit mihi tam gra
tum q̄ꝫ quod gratiſſimũ. Vale Ex Cremonenſi rure ſuburbano. ka
len. Octobribꝰ. M.cccc.li.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Michaeli rogę grammatico ſalutem

d Iligētiam tuam nō ſolum probo: ſed etiam laudo. Facis em̄ et amice ⁊ liberaliter. Domū mihi cōduci cupio tum amplam tum etiam pulchram. Quo in loco ſita ſit non multi facio: modo loc⁹ ſit honeſtus ac muſis: vt ita dicam accommodat⁹. Quod ſcire cupis Nę gręca dictio eſt. ⁊ diphthongum recipit. ę: quę apud gręcos p̄ ai: ſcribit. ⁊ niſi diuidatur eodem ſono enunciat: quo apud latinos ę diphthongus: quam dicim⁹. Nam ſi diphthong⁹ apud gręcos eē deſierit: eodem modo profert: quo apud nos. ai. diuiſa. Unde Uirgili⁹ gręcos imitat⁹ ait. Aulai in medio libabant pocula bacchi pro aulę Nę igit per ę diphthongum ſcripta ſignificat certe. ita ⁊ vęhementer: vel etiam nimis ſcd̄m quoſdā Hęc autem dictio ne ita vtūtur latini poetę pręſertim comici vt dica. ſymbolum ſtrageti ⁊ alijs verbis plurib⁹. Et vt veniam ad rem tuam: mihi cōuenientiſſime dici videt apud Terentium. ne. pro vęhemēter aut nimis: quanq̄ȝ nimietas a vęhemētia non admodum differt. Cum em̄ inquit. Faciunt nę intelligēdo. vt nihil intelligāt quaſi qd̄ qui magis q̄ȝ op⁹ ſit: aliq̄d vel inquirūt: vel ſpeculant: eorum numero ſunt habendi: q̄ nihil intelligūt. Tu ſi ſec⁹ putas: vtere iudicio tuo. Ego em̄ neminem mihi deum facere cōſtitui. Ita etiam tibi ſi ſapias: faciundum exiſtimo. Uale Ex Rure ſuburbano Cremonę kalendis. Octobribus M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. Auguſtino Narinenſi ſalutem dicit.

Nſtitui cōſilium tuū ſequi. Nam quod me cōmonueris fore nr̄o principi nō ingratum: ſi relictis Cremonenſib⁹ Papiam q̄ȝ primū in craſtinum diem hinc ſoluam: qd̄ eo facio libenti⁹: ne qua p̄ me accedat vel vtilitas: vel voluptas ad tuos iſtos barbaros: quos de⁹ optim⁹ maxim⁹ radicit⁹ perdat: idq̄ȝ ꝓpediem. Domum autem quā pararūt ſibi habeāt vna cum peſtilētia atq̄ȝ ignorātia. Uale Ex rure ſuburbano Cremonę quarto nonas octobres.. M.cccc.li.

¶ Franciſcus philelfus. Leodryſio Cribello ſalutem dicit plurimam.

a D ſextum idus octobres veni Ticinum vbi cōtinu⁹ ſum futur⁹: donec Mediolani demētius coelum ſpirauerit. Audio quas domi ad cuſtodiam reliqueram mulierculas. ⁊ matrem ⁊ filiam e viuis exceſſiſſe. Nec de reb⁹ meis domeſticis poſteaq̄ȝ deceſſi Medio

ſano:in hãc diem audiui quicq̃. Nec poſſum nõ dubitare ne quid litigij ꝑ affines meos aduerſus me ſit temptatum. Jtaq̃ te rogo vt oĩa que mea intereſſe iudicaueris:q̃ diligẽtiſſime odoreris. ⁊ ad me confeſtim ſcribas. Uale Ex Ticino pridie idus Octobres. Mille ſimo.cccc.li.

Francisc⁹ philelfus. Bartholomeo cor- rigię equiti aurato ſalutem.

Haud mea de te me certe fefellit opinio. Nam iampridem eũ te fore ſum arbitrat⁹:cui ꝓ tuis erga me beneficijs eſſem plurimum debitur⁹. Et id certe cum ſuperiorib⁹ menſib⁹ re ipſa expertus ſum tum ita hoc tp̃e perſpicere videor:vt ea:quę cernuntur oculis. Non eñ ignoro benignũ ⁊ amiciſſimũ tuũ erga me aĩm. Nam liberalitatem oſtẽdit:vt me iam conferam oĩa accepiſſe:quę tu dare ſi ita poſſes:vt velles. ⁊ magno ipſe leuarer incomodo. ⁊ tu nõ mediocrẽ gloriam cõſequere. Debes eñ liquido aĩaduertere:q̃ mihi moleſtum ẽ tamdiu apud cauponem degere cũ tali ꝓſertim ⁊ tam graui familia eaq̃ delicata. Doleo autẽ maiorem in modũ non mea ſolũ:ſed multo etiã magis prĩcipis noſtri cauſa. Quid eñ dicat cum ab ipſis hoſtib⁹:tum ab vniuerſa Jtalia:cũ increbuerit apud oẽs eam eſſe vnius Franciſci Sphortię aut cõſuetudinem:aut fortunã:vt vel neq̃at vel nolit egregijs viris opitulari ⁊ ea ſuppeditare:quib⁹ ſine vita tueri nemo poſſit: Jtaq̃ rogo te:vt quod ſponte facis:vel mea etiã vel principis noſtri cauſa nõ facias ſolum ſed efficias:hoc eſt:vt publica priuata ve pecunia hũc eximas hac loci obſcuritate:qui vel lucem tenebris vel ſolem luci non min⁹ ſolet q̃ poteſt afferre. Jd aũt eo facili⁹ ſis facturus:quo ſcis nihil ad te detrimenti preter breuiſſimi temporis incõmodum peruenturum Nam multo plus mihi debetur ex erario.q̃ in preſentia ab me petatur. Ego vero is ſum q̃ beneficijs ſuperari nõ ęquo animo ſim ferre ſolit⁹. Nam ſi aliud nihil nomis ſaltem ĩmortalitatẽ ijs qui bene meriti de me fuerint:referre ſemꝑ cõſueui. Quid velim:paucis tenes. Uale Papię Ex ędibus noſtris.xvij.kal'. Nouẽbres.M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Benedicto Nurſino philoſopho ac medico ſalu.

Debuiſti heſterno veſperi ex conterraneo ⁊ affine tuo intelligere:qua in re mihi opus eſt opera tua. Et quoniam q̃ abs te amer iampridem noui:reliquũ eſt:vt abs te petam:ne fruſtra te admonitum patiaris. Nam q̃uis omne tuũ mihi officium gratum ſit ſem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

per:hac tamen tempeſtate eo erit gratius:quo magis eſt neceſſariũ
Preterea quędam mihi ſunt commentanda tecum: quę principis noſtri vehementer interſunt. Si huc minus ante profectionem tuam es venturus ad principem:velim me facias certiorem :an licet in pręſentia Ticinum incolentibus ad vos iter eſſe intercluſum. Quod ſi ſecus mihi fore ſignificaris :maturabo ad te q̃primum. Uale Ex Papia. quinto kalendas Nouembres. Anno a Natali chriſtiano. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Leodryſio Cribello ſalutem plurimam dicit

f Eciſti:vt te decet:qui deſiderio meo cumulatiſſime ſatiſfeceris. Non enim poteram non ſubuereri: nequid litigij motum eſſet ab ijs:qui inſidijs magis q̃ iuri fiſi me abſentem noſſent. Id autẽ vt metuerem Rainaldi Uaridei:quem rerum mearum abiens procuratorem conſtitueram:ſilẽtium faciebat. Reliquum eſt:vt ſi me amas quotiens ex tuis quiſpiam petit Mediolanum:id quod exiſtimo quottidie propter propinquitatem tibi vſu venire:eũdem cures accedere ad ędes meas. ⁊ ex proxima vicinia q̃ diligentiſſime ſciſcitari:noui ne quicq̃ acciderit. Quicquid autem acceperis:id facito vt q̃primum ſciam. Uale Ex Papia nonis Nouembribus. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Scenę Corti iuriſconſulto ⁊ equiti aurato ſalutem.

a Mbroſius gentilis derthonenſis neceſſarius tuus :vt ipſe ait:multis mihi in rebus moleſtus eſt. Hunc igitur velim moneas:ne ſit aduerſus me importunior. Nam mihi iam bilem mouet. Uale Ex Ticino. ſexto Idus Nouembres. Anno a Natali chriſtiano. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Sceuę Corti iuriſcõſulto et equiti aurato ſalutem.

n Olim mireris:quod nullas ad te litteras dederim:poſteaq̃ veni Papiam. Fui enim in hanc diem:q̃ par eſſet: occupatior et priuatim ⁊ publice. Et quanq̃ nihil etiam nunc ſum nactus ocij:volui tamen intelligeres:quo in ſtatu ſunt res meę. Ego vt ſcis :idcirco Mediolanum liqui :quo me peſtilentiali ſtragi illi ſurriperem incolumitatiq̃ ſeruarem. Itaq̃ apud Cremonenſes me recepi. Sed cum apud illos nullum eſſe neq̃ muſis neq̃ probitati locum re ipſa cognoſſem, vidiſſemq̃ nobilitati nihil omnino

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſed abiectę ſortis hominibꝰ omnia pro libidine licere: intra quartũ et vigeſimum diem ex quo eo loci cõceſſeram: inde ſolui ad Ticinenſes. Cũqꝫ Ticinum petiturꝰ inter remigãdum remulco diuertiſſẽ in portum iſtum placẽtinum: ſum abs te humaniſſime ſimul honorificẽtiſſimeqꝫ ⁊ exceptꝰ et muneratus. Quę res eo mihi iucundior fuit: quo mora illa Cremonenſis moleſtior fuerat. Ticinum autem vbi adueni: omni ſollicitudine ſum reliqua liberatꝰ. pręter eam cuius cauſa mea Mediolanẽſibus auocaram. Nam cum cętera hic me cõmoda plurimum delectãt. Urbis amoenitas. cõſuetudo ciuium. ⁊ quę ad vrbanam vitam attinẽt omnia: tum ipſa diſciplinarꝫ et bonarum artium ſtudia. quibꝰ omnibꝰ Cremona eſt plane vacua Sed vnum eſt. quod me animo trãquillo eſſe nõ ſinit. Peſtilentia eñ Ticinenſes laborãt etiã hi nõ mediocriter. Quare qui Mediolani diutiꝰ cauere nõ audebam. Ticini idem metuam neceſſe ẽ. Neqꝫ quid cõcaliȷ̃ capiam. ſcio. Nam quottidie nauigare ac mutare ſolum conſtantis homĩs nequaqꝫ ducitur. Preterea huiõi homines nõ ęquo animo ab iȷ̃s excipiũtur: qui benignꝰ coelum incolentes bene valitudinis rationem habẽt. Itaqꝫ hic agere inſtitui: donec ſolo Mediolanẽſi ſeſe numen clemẽtius preſtiterit. Tenes rem meam omnem. Tu fac: vt valeas. ⁊ me ama. Ex Papia. v. idꝰ Nouembres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao Uaroni ſalutem dicit.

P Uto iam antea redditas tibi lrãs: quas quarto kal'. Nouẽbres ad te dederam. Itaqꝫ eo nũc breuior eſſe volui: quoniam tuam aliquam epiſtolam expectare incipiebam. Qđ autem me in pręſentia ad ſcribendum impulit: aliud nihil fuit qꝫ deſiderium Pliniȷ̃ cõſequẽdi: eius inqꝫ: qui de naturali hiſtoria eſt inſcriptꝰ. Nunc enim audio florẽtiſſimo tuo principi eſſe emãdatiſſimum Auriſpę Guaryniqꝫ eruditiſſimorꝫ hominum diligẽtia. Itaqꝫ cum mihi exſcribi bi cupio ⁊ id quidem iſtic apud vos: ſiquis nõ indoctꝰ librarius inueniri queat. Ad hęc abs te cupio fieri certior: an vlla ſint tibi vel Themiſtiȷ̃ vel Alexãdri aphrodiſiȷ̃ cõmẽtaria ĩ Ariſtotel' libros quos aut in actiua: aut in ſpeculatiua philoſophia ſummꝰ ille vir doctiſſime ſimul elegãtiſſimeqꝫ ſcripſit. Hoc erit itẽm mihi vęhementer gratum. Libenter eñ ſapiẽtiam cum eloquẽtia cõiungo. Uale Ex Ticino. [illegible] kal'. Decembres. M. cccc. li.

¶ Franciſcus philelfus Petro thomaſio phõ ac medico ſal.

q Uot ego ad ſextilem lrãs ex Mediolano ad te dederim: nõ es ignarꝰ: vt exiſtio. At ego ſiquid reſponderis: idcirco ſum neſcius: quod vitę a peſtilẽtiali internicio ſeruãdę cauſa: inde paulo poſt ſolui Cremonam quinto idus ſeptembres. Ex Cremonẽſi aũt ſolo rurſus principis iuſſu ad Ticineſes me recepi ſeptimo idꝰ octobres. Unde eadem rõne in hãc diem citiꝰ ad te nõ ſcripſi: quod nulli nuncij neqȝ hic neqȝ Cremonę item offerentur: qui meas tibi litteras eſſent reddituri. Et nũc quoqȝ etſi nõ ſatis ſcio: qȝ tuto lrę meę cõmittantur: nolo tamẽ putes me ſentẽtiam mutaſſe. Iſſem enim ad vos: ni me pecunię defeciſſent. Itaqȝ velim ad ea: quę ſcripſeram: qȝ primum reſpondeas. Uale Ex Papia. xv. kalendas. Decembres. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſalutem

q Uod nudiuſquartꝰ alijs litteris tibi ſignificaui. Ticinum cõceſſi. Nullus em̃ oportunioꝛ locus potuit offerri Mediolanẽſis peſtilẽtię ſtragem effugere cupiẽti Nam nec licebat abire longiꝰ Te igitur vehemẽter rogo. vt ad ea mihi reſpondeas. quę ſepius in vniuerſum ſextilem ex meis litteris accipe debuiſti. Id erit mihi gratiſſimũ. Uale ex Papia. xij. kal. Decẽbres. M.cccc.li.

Franciſcꝰ philelfus. Cicho calabro ducali ſecretario ſalutem dicit

g Raue mihi ⁊ permoleſtum eſt ea premi neceſſitate. vt pꝛĩcipem noſtrum linquere omnino cogar. Quid em̃ fruſtra tam inutiliter diutius tempꝰ teram. Uideo me noſtro pͥncipi eſſe chariſſimũ nõ tam meis meritis qȝ benignitate ſua. Quid em̃ mereri aliud ſtudeam qȝ pro dilectiõe fidem pietatẽqȝ referre Ad Apollinis citharam muſę canũt. Qualis ſonꝰ talis etiam cantꝰ. Nihil mihi coꝛuȝ omnium obſeruatur. quę vel gratiſſimꝰ vel munificẽtiſſimꝰ princeps iuſſit Itaqȝ iam hinc incipio rebꝰ meis cõſulere. Niſi breui cõſtituta pecunia reſponderit. me alioꝝ principũ ęri obſtringam. apud q̃s poſt anni curriculũ cum pꝛimum ver aduenerit. me recipiam. Sic em̃ veluti ſpe pͥmiſſioneqȝ deluſus neqȝ principis glorię ſtudeo neqȝ meę. Nam ęger animꝰ ſtudioſis in rebꝰ immoꝛtalitatemqȝ moliẽtibꝫ recte agere nihil queat. Trãquillum eſſe ingeniũ letumqȝ opoꝛtet ſiquid aut egregij aut magni ex ſeſe velit educere Breui q̃d facto ſit opus potes intelligere. Uale Ex Papia. v. kalendas Decembres. M.cccc.li.

ſ i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao Varoni ſal.

e Tſi ad quintumdecimum kalendas decembres ſcripſi ad te
quãtum pro tempore. opꝰ fuerat tamẽ quia ſum neſcius. acceperis
ne an minꝰ acceperis lrãs meas volui rurſus eadem tecũ agere Pli
nium de naturali hiſtoria vehemẽter cupio. Audio. hunc eſſe apud
vos diligẽter emendatum Si iſtiuſmodi exempli facultas mihi fu
tura ſit idqꝫ ferrarię curabo q̃ꝫprimum exſcribi. Nec em̃ dubito ſtu
dioſum iſtic librarium inueniri qui huiuſmodi ſit munere functurꝰ
Itaqꝫ tui vel officij vl' humanitatis fuerit vt me facias propediem
certiorem. quid hac de re poſſim ſperare. Uale Ex Papia idibꝰ De
cembribꝰ. M.cccc.li.

¶ Franciſcꝰ philelfus Scęuę Corti iurecon
ſulto et equiti aurato ſalutem.

p Rocurator tuꝰ eorum quę abiens iuſſeras: egit omnino ni
hil Quottidie nouam ſpem affert: quottidie ṽba dat. Qui quoniã
quam de te fidem mihi coram ſancteqꝫ recepit: fallere ſępius nõ du
bitat: te amice moneo: vt vel a gerendis negocijs eoꝝ auoces: vel vt
grauitate tua nõ indignum pręſtet. q̃ꝫprimum cures Uale Ex Ti
cino. xiij. kal'. Januarias M.cccc.li.

¶ Franciſcꝰ philelfus Nicolao Varoni ſul.

q Uas ad quintum idus octobres ſuauiſſimas ad me lrãs de
deras. quartodecimo kalendas ianuarias mihi redditę ſunt Papię
Non em̃ me Cermonę offendere potuerũt. Nam id loci multo an
te idcirco reliqueram: quoniaꝫ nullum eſſet apud Cremonẽſes mu
ſis hoſpicium. ⁊ ſum pręterea cõmonefactꝰ me rem facturum meo
principi gratam: ſi Papię tantiſper agere mallem: dum Mediola
ni peſtilẽtia fureret. Atqꝫ fuit tua mihi epiſtola periucũda: quippe
quę eum te oſtẽderet: quem ſemꝑ amiciſſimum eſſem expertꝰ. Ita
qꝫ nõ poſſum non lętari: quod te intelligam amori meo nulla ex ꝑte
cedere. Nec em̃ moleſte laturꝰ ſim: quod te amando ſuperatum iri
nullo pacto patiaris. Uir plane philoſophus es: qui tanti virtuteꝫ
officiumqꝫ facias: vt ea re nolis a viro etiaꝫ amiciſſimo ſuperari. At
ipſe quoqꝫ mi Nicolae omnem ſim aduerſus te pugnam certamen
ne initurꝰ muneris pulcherrimi huiꝰ gratia. Eo em̃ te magis amo
q̃ꝫ amer abs te quo magis meritis tuis amãdus es Quod autẽ pol
liceris operam tuam: ſi cui vel ornamẽto vel vſui florẽtiſſimꝰ prin
ceps tuꝰ vel potius noſter mihi futurus ſit non audio inuitꝰ. Sed
quoniam ipſe perpulchre noſti: quid mihi cõducturũ ſit vel ad di

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

gnitatem vel ad rem:nihil eſt:quod te magis admonẽdum putem Uale.et cõmuni principi me commenda Ex Ticino.xiij.kalẽdas Januarias:M.cccc.li.

Franciſcus philelfus Joanni Palęologo Marchioni montiſferrati ſal.

q O priſtinam meam erga te obſeruantiam tantum nunc cumulum addidiſti voluntaria tua atq; alacri benignitate:vt in te obſeruando nemini iſtorum omniũ ſim ceſſurus quos magis intimos et domeſticos habes in primiſq; charioris. Nam tametſi quicquid benefice in quempiam confertur:plurimi fieri oportet:illud tamen lõge pluris mea ſententia.quod nullo vacat officio.⁊ omnis.vt ita dixerim.numeros complectitur. Dediſti tu quidem homini obſeruantiſſimo tui nominis ⁊ glorię.⁊ id quidem tempeſtiue ⁊ libenter et large. Preſtitiſtiq;:ne hic diutius inutiliter tempꝰ tererem. Ac nihil prorſum eſt abs te pretermiſſum:quod meis pel emolumentis vel honoribus conducturum opinareris. Itaq; tibi gratias ago quam poſſum maximas. Teq; rogo oroq;: vt nullam rem eſſe putes neq; paruam neq; magnam:quam nõ ſim tua cauſa ſtrenue: diligenter:fideliſſimeq; ⁊ conſtantiſſime obiturus. Uale Ex Ticino ſexto kalendas Januarias.M.CCCC.Li.

Franciſcus philelfus. Blaſio axereto equiti aurato ſalutem.

q Ue nobis ſunt:ea vt noſti:nobilitata iampridem ⁊ ab omnibus decantata lege amicicię:communia eſſe oportet. Quo fit: vt pati noluerim hunc iſtũ a quo meas litteras accepiſti :amicum eſſe mihi ſoli:quin eſſet etiam tibi. Idq; ipſe quoq; vehementer optat. Et eſt profecto tanta humanitate tanta virtute vir: vt non modo reijciendus non ſit:ſed admittendus potius ⁊ libenter ſane atq; honorifice admittendus. Reliqua enim ex eius pręſentia conſuetudineq; cognoſces. Uale Ex Papia ſexto kalendas Januarias.M.cccc.li.

Franciſcus philelfus. Jacobo camerinati ſalutem plurimam dicit

q Uotiẽs mecũ repeto Cremonẽſem illã ruſticitatẽ:totiẽs riſu magis atq; magis moueor Nã qua ſtulta rõne Cremonẽſes ducebant:vt quẽ tãto videbant ope deſiderare.eũ ruri veluti relegarẽt Nõne tibi relegatꝰ videbar.cũ illinc abire nõ licẽt: At metu peſtilẽtię id egerũt:ne qui Mediolano veneram iſtiuſmodi morbi genus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

mecum afferrem. At longe magis Cremonę q̄ꝫ Mediolani peſtilē
tiali morbo laborabat. Preterea quid reliquerat mea ſupellex illa et
arca cum libris ac pecunia. quam in padi ripa furibꝰ ac latronibꝰ ex
poſitam eſſe voluerūt: cum nemini baiulo poteſtatem darent ea ī re
ſubſeruiendi mihi. Itaqꝫ abeant in rem malam Cremonenſes tui. ⁊
tu item cum iſtis. ſi dignos putas. quibꝰ ignoſcam. Uale Ex Pa-
pia. vi. kal'. Januarias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus philelfus. Nicodemo Tran
chedino. ſalutem plu. di.

v Ideo te tamdiu meminiſſe Philelfi tui. dum pn̄s es. ⁊ corā
quem diligis: intueris. At ſi plane qđ amicicię mun̄ꝰ poſtulat tene
res: etiam cum abes. me tecum eſſe ⁊ pernoctare ⁊ colloqui cenſeres:
id quod minꝰ apud te fieri eo magis miror. quod ego te ſemꝑ vide-
re videor ⁊ complecti ⁊ oſculari ſimulqꝫ rogare. quid tandem actum
ſit de ratiuncula illa noſtra pecuniaria. ⁊ an mihi fortaſſe fumū ven
dideris Ita em̄ videt̄. quādoquidem quod exoraſſe te mea cauſa Ale
xandrum nō ſeuerum illū. ſed florētinum ficoſum iſtū affirmabas.
nullo omnino vſui mihi eſſe cognoſcam. Qđ ſi Uerconij turrini fa
ctum meminiſſes. aut nihil temere affirmaſſes. aut fumo Uerconij
te obnoxium eſſe iudicares. Uerꝫ hęc iocati ſimus Tu ſi me amas:
cura: ne mihi diutiꝰ ab amico nugatore ꝟba dentur: quę nō tam inu
tiliter emere. q̄ꝫ pulcherrime vendere cōſueuimꝰ. Uale Ex Papia
pridie kal'. Januarias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus philelfus. Nicodemo Tran-
chedino ſalutem dicit.

e Tſi arbitror ex Columbano te factum iri certiorem. q̄ꝫ mihi
moleſtum ſimul incōmodum qꝫ fuerit. quod meę illę peciniolę tar-
dius ad me ierint. te tamē ea de re cōmonēdum putaui. vt ītelligas
etiam meis lr̄is nihil te potuiſſe hoc tp̄e mihi gratiꝰ facere q̄ꝫ quod
admodum tempeſtiue ⁊ iucūdiſſima ſimul epiſtola ⁊ diſſolutiōe ali
eni eris adfueris. Itaqꝫ habeo tibi grās: ꝙ nō ſis paſſus diutiꝰ mihi
incōmodari vel cum aliquo labore tuo. Ficoſum autē illum dij deę
qꝫ omnes perdāt. qui auaricię ſuę ſordiditatiſqꝫ maluerit. q̄ꝫ vl' ami
cicię vel officij meminiſſe. Uale Ex Mediolano. pridie kalendas
Januarias. M. cccc. li.

¶ Franciſcus philelfus. Jacobo Bichetho ſal.

t Uum cōſilium ſum ſecutꝰ. Adiui. quos iuſſiſti Perhuma-
niter omnes peramiceqꝫ reſponderūt. Sed eo in te vno maior ſpes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

mihi conſtituta eſt. quod es ⁊ bonus et mecum vetere beniuolentia cōiunctus. Itaqꝫ tuū fuerit quod mun⁹ perbenigne aggreſſus es. id recte ⁊ ex ſententia tua meaqꝫ abſoluas. Uale Mediolani ex edibus noſtris ꝑdie kal'. Januarias. M.cccc.li.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Materniano braſche ſal.

Uod hortat⁹ es: fecimus. Puto omnia nobis ſecunda fore. ſi rem capeſſere volueris ea diligentia. qua ſemper conſueſti. Id qđ vt facias. te plurimum rogo. Uale Mediolani Ex edibus noſtris pridie kal'. Januarias. M.cccc.li.

¶ Franciſci philelfi Epiſtolarum Liber Decimus

¶ Franciſcus philelfus. Blaſio axereto ſalutem plurimā dicit.

Eri Laudem veni rei priuate gratia atqꝫ mee ad principem: quam puto me ex ſentētia mea cōfecturum. Offendi hic genuenſes nōnullos. ex quibus cum de te queſiſſem: omnes optata mihi renunciarūt: quippe qui dicerent bene valere te atqꝫ frui ocio. Quod audiens ſum pro noſtra beniuolentia vehemētiſſime letatus. Nam tuam omnem iucunditatem mihi iucūdiſſimam eē iudico: ac volo. Cupio autem fieri abs te certior: qui ſit fruct⁹ ocij tui. Nam frui ocio vt deſidioſi atqꝫ inertes ſolēt: qui ſomno ⁊ ventri ſeſe dediderūt: non multum differre puto a pecudum vita: que nihilo delectātur niſi ijs: quibus ſenſus leuiter ſuauiterqꝫ mouet. At ego te ab eiuſmodi fructu ocij alienum arbitror. Non eñ te latet ea eſſe ꝓpria homīs munera: vt vel agat aliquid ſemꝑ dignum natura ſua aut intelligat: quorum alterū eſt animi totum ob idqꝫ diuinum maxime: alterum vero corporis cōſilio tamē atqꝫ imperio animi obtemperātis. Utrunqꝫ te pulcherrime poſſe facere nō ignoro. Nam ⁊ doct⁹ es et prudens. Per doctrine preſtātiam in eoꝝ cognitionē venim⁹: quibus dei reddimur ſimillimi. Prudentia vero qđ in reb⁹ humanis expetendū vitandūqꝫ ſit: que cōmoda ſequi q̄ aſpernari oporteat incōmoda: facile oñdit Satis ex his debes intelligē: quid abs te velim. Legis ne aliqđ: an ruſticaris: Uale Ex Laude. kal'. Januarijs. M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao fregoſo Genuenſium prefecto ſalutem.

Xiſtimo propediem fore: vt filius mihi dilectiſſimus Joan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nes Marius Mediolanum reditur⁹ faciat iſtac iter quem etſi cer
to ſcio abs te omnia mea cauſa exoraturum:tamē volui intelligeres
nihil te mihi gratius facere poſſe:q̄ ſi dederis operam:vt ⁊ tuto ⁊ q̄
facilime ⁊ q̄primum ad nos eat. Uale ex Mediolano.idibus Ja
nuarijs:M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao Uaroni
ſalutem plurimam dicit

i Am diu nihil de te audio Jtaq̄ nō poſſum nō timere:ne quid
tibi:quod nolim:acciderit. Quare ſi me amas:leua me hac omni ſol
licitudine. Hoc mihi vix facere gratius hoc tpe quicq̄ potes. Ua
le ex Mediolano.xv.kal'.februarias.M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Petro perleoni ſal.

l Aurentiū noſtrum velim cauſa mea diligas:eiq̄ quibuſcū
q̄ reb⁹ poteris:faueas.non v̄bo ſolum:ſed multo etiam magis opa.
Hoc erit mihi admodum gratum. Uale Ex Mediolano.xi.kal'.
Februarias.M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Joāni Auriſpę ſal.

a Eq̄ mihi amic⁹ eſt:qui tibi meas reddidit lrās:atq̄ tibi:qui
eas ſcripſit. Jtaq̄ hūc etiam mea cauſa in amicicitiam volo admit
tas.⁊ quib⁹ erit opus:ſtudijs omnib⁹ proſequaris. Uale Ex Me
diolano.xi. kal'.februarias.M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Baldaſſari riſino ſal.

a Ccurſius Piſanus cognomento bonus cum eſſet ab me ro
gatus:vt duodecim illas Plauti comoedias:quę proximis
annis ſunt in Jtaliam aduectę e Germania:mihi exſcriberet:earū
q̄ exēplar a te peteret:reſpondit partim perhumaniter partim diſ
fidenter:quippe qui diceret ſe mihi perlibenter gratificaturum:ſed
te nemini eiuſdem exemplum crediturum. Jtaq̄ facito:ſi me amas
vt quod de te bonus accurſius dubitarit:mendacium dixiſſe videa
tur. Sic enim etiam intelligemus:q̄ ipſe de ſeſe verus eſſe velit.
Uale cum tuberibus tuis. Ex Mediolano.xi.kalendas februari
as.M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Matthię triuiano ſal.

ſ Jme amas:ſicuti certe facis.velim: q̄primū adeas Cicchū
noſtrum:eumq̄ roges meo nomine: vt litteras talis det ad
hos ducales rei pecuniarię magiſtros:qualis maxime oportet Nā
hi vt ſunt homines ſtrenui:nummos ſemper cudunt:excudunt au
tem nunq̄ Malumbriana vero grauitas ne tamdiu ſit grauis:cū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

pio. Nam comitem Lodowicũ ſcio eſſe mei permemorem: ſed pu-
ellaris ludicri multo magis: cui profecto ſi pedibus caueret: longe
minorem operã impenderet. Uale Ex Mediolano. xi. kal'. februa
rias. M. cccc. lij.

Franciſcus philelfus. Lodowico gonzagę
principi Mantuano ſalutem

PRoximis diebꝰ litteras ad te dedi: quibꝰ intelligere haud ob
ſcure potuiſti: quam mihi rem gratam eandemqꝫ admodum neceſ-
ſariam facturꝰ eſſes: ſi q̄ꝫ primum ad id qđ petieram: te humanũ vt
ſoles ſemꝑ benignumqꝫ pręſtitiſſes. Nũc autem quod ſcriberẽ: no
ui nihil acciderat: niſi vt te rogarem: orarem: obſecrarem: id pro ani
mi tui magnitudĩe efficeres: ne me cunctãdo ambiguũ ex certo red-
deres. Nam etſi tua erga me dilectione mihi certius eſſe vix quicqꝫ
poteſt: vereor tamẽ: ne quãdoqꝫ dilectio cum difficultate certamen
ineat. Sed quo bonum difficiliꝰ eſt: eo charius ⁊ laudabiliꝰ duci ſo
let. Itaqꝫ ſic difficultatem iſtam: ſiqua tandem nõ tuo: ſed fortunę
vitio apud te eſt: beneficẽtia atqꝫ induſtria ſuperabis: nihil apđ me
glorioſius nihilqꝫ magis obſeruãdum colendum prędicandum te
munificẽtiſſimo principe futurũ eſt. Uale Ex Mediolano. xi. kal'.
februarias. M. cccc. lij.

Franciſcꝰ philelfus. Lodowico caſellę ſal.

NArrauit mihi Marius filius: quanta ſe modo humanitate
Ferrarię excęperis: vtqꝫ nihil prętermiſeris: quod ſibi cõducturum
exiſtimaſſes. Habeo tibi grãs: quod omni in re beniuolentiſſimum
tuũ erga me animũ aſſidue declaras. Uellem aliquam mihi occaſio
nem offerri: qua tua cum dignitate ⁊ cõmodo meum in te amorem
liquido cognoſceres. Intelligeres ꝓfecto neminem eſſe: cui charior
ſis q̄ꝫ mihi. Quã quidem rem q̄m tibi ꝑſpicuã eſſe arbitror: reliquũ
eſt: vt me diligẽ amareqꝫ ꝑſeueres. Id aũt cumulatiſſime te pręſti-
tiſſe iudicabo: cũ operã dederis: ne fruſtra ad tuũ pręſtantiſſimũ ⁊ in
genti animo principem ſcripſiſſe videar. Uale Ex Mediolano. xi.
kal'. februarias. M. cccc. lij.

Franciſcus philelfus. Lodowico Gonzagę
Marchioni Mantuano ſal.

QUod perhumaniter vt ſemper omnia ſoles facturum te re-
cęperas: id perbenigne ad conſtitutum tempus ac munifi-
centiſſime effeciſti. Quę res vix dici queat: quantam mihi volup-
tatem attulerit: cum intelligo in dies magis magiſqꝫ te diſſimilli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

mum eſſe multoꝝ principum: qui pollicitis liberaliſſimos ſe preſtã
tes ſunt diſſoluendo aut auari aut difficiles. At omne liberalitatis
mun⁹ laudari tum maxime debet cum vel ſponte fit vel libent᷑ Nul
la eĩ virtus eſt. cui⁹ actio fuerit cum animi egritudine Jd quod et
ſi virtutib⁹ omnibus eſt cõmune. nulli tamen magis eſt proprium
q̃ʒ liberalitati et beneficẽtie. Hanc autem laudem ad glorie tue cu
mulum accedere non poſſum equidem pro mea erga te obſeruantia
non magnopere letari. Uellem aliqua mihi facultas eſſet. qua ĩtelli
gere perſpicue poſſes. quant⁹ eſt amor in te me⁹: quanta fides. quã
ta pietas Sed ne ſim longior. q̃ʒ te velle pro magnitudie animi tui
animaduerto. habes me tibi totũ vel peculiari quodam iure ac pla
ne tuo. Quid eĩ tua cauſa nõ audeam. cui me video eſſe chariſſimũ
Uale Ex Mediolano. xi. kal. februarias. M. cccc. lij

Franciſcus philelfus. Nicodemo Tran
chedino ſalutem.

o Mnia ſunt deſideranti tardiora. ob idq̃ʒ vel ſollicitudĩs ple
na. Jtaq̃ʒ potes intelligere. q̃ʒ mihi rem gratam factur⁹ ſis. ſi ad ea
omnia mihi q̃ʒprimum reſponderis. que me intereſſe cognoris. in p̃
miſq̃ʒ an liceat iſtac per fidem publicam iter facere ad Alphonſum
regem. Jd q̃d ab ornatiſſimo equite aurato Angelo actiolo vt meo
nomine petas. volo. Js enim mihi hinc abiens pollicitus eſt nihil ſe
omiſſurum. quo mihi gratificaret᷑. Uale Ex Mediolano. xi. kalẽ
februarias. M. cccc. lij.

Franciſcus philelfus. Nicodemo Tran
chedino ſalutem dicit

ſ Criptis iam ⁊ obſignatis ſuperiorib⁹ litteris reddita mihi ẽ
epiſtola tua. que cauſam ſerius reſpondendi non min⁹ honeſtam q̃ʒ
neceſſariam fuiſſe expoſuit. Quod optimo erga me animo eſſe affir
mes Coſmum medicem virum illuſtrem vehementer gaudeo. Cui
vt in amore officioq̃ʒ reſpondeam. dabo operam diligẽter. Q̃d iſtac
iter facere profecturus ad regem tuto poſſum. etſi ita futurum ſpero
iuſticie fiſus. nolim tamẽ fabis caput committere. ne fortaſſe per im
prudentiam nigre veterẽtur in albas. Quare ſi publice fidei lr̃as ire
ad me videro. vtar amicorum tuoq̃ʒ potiſſimum conſilio. Sin ſec⁹
fuerit iter capiam per flaminios. Carnioriolum ſuauiſſimi andree
noſtri alamani in dies expecto. Faciat deus. vt capree iam ĩceſſu. q̃ʒ
teſtudinis vti malit. Uale Ex Mediolano. x. kalẽdas. februarias
t M. cccc. lii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Angelo actiolo equi
ti aurato ſalutem plu. di.

e T quid ego. cum hic eſſes abiturꝰ: abs te petierim. ⁊ q̄ꝫ mihi
perlibēter ip̄e coram recęperis te facturum quod petieram: tum ego
memoriter memini. tum ipſe oblitꝰ eſſe non debes. Nam qui vnus
omnium officioſiſſimꝰ eſſe in amicos ſoles qui fieri queat. vt mei nō
memineris. quem ſciam tibi eſſe chariſſimū. Quam quidem meam
de te opinionem vt re p̄n̄ti cōfirmes tui eſt vel officij. vel humanita
tis. Mihi certe rem feceris adeo gratam. vt aliud hoc tempore gra
tius nihil poſſis Uale Ex Mediolano. decimo kalēdas februarias
M.cccc.lij.

¶ Franciſcꝰ philelfus Nicolao Uaroni ſal.

m Iror moleſte tuliſſe te. quod in litteraꝝ mearum inſcriptio
nibꝰ ab me. ſis. ⁊ philoſophꝰ et medicus appellatꝰ. At ego cum te
ſcirem iampridem artium. vt vulgo vocāt ⁊ medicinę Patauij do-
natum inſignibꝰ. id quod honori maximo ducit. te tuis titulis deco
ratum volui. Quare autem nolis honorari. nō intelligo. ni fortaſ-
ſis medicoꝝ mathula tibi odio eſt. Quaſi minꝰ in maxima ſemper
laude apud omnis nationes fuerit medicina. cuiꝰ inuētio in Apol-
linē refertur. eſtq̄ꝫ diſciplinaꝝ omnium prima. Erras tu ꝑfecto. q̄d
ita ſentias. Eſſeq̄ꝫ tibi videris inimicꝰ. qui tibi tanq̄ꝫ ignominię du
cas. quod honori fuiſſe Achilli Homerꝰ in Iliadę optimus eſt te-
ſtis cum ille ex aeris intemperie atq̄ꝫ vi ſolari de peſtilētia iudiciū tu
lit. Uerꝫ contēdere tecū nolim. Nā neq̄ꝫ philoſophię te poſt hac ne
q̄ꝫ medicinę laudabo. qui vtraq̄ꝫ diſciplina excellis plurimū. Interī
velim mihi ignoſcas. q̄d te plus amarim: q̄ꝫ ipſe abs te amaris. Ua
le Ex Mediolano. x. kal. februarias. M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Xenophōti filio ſal.

f Acito: q̄ꝫ primū adeas meo nomine Cardinalem Nicęnum
Beſſarionem atq̄ꝫ ab eo petas. mihi vt cōmodet in menſem vnum.
Sextū Empiricū ex peripatetica diſciplina philoſophū ⁊ acutum
et eruditū. Nam is etiā mihi eſt: ſed pluribꝰ in locis: vt ita loquar
feneſtratꝰ. Itaq̄ꝫ ex eiꝰ codice. ſi melior fuerit: cupio meū emendare
Sin fortaſſe deterior ſuus: emēdatior redibit ad dn̄m. Q̄d ſi ſuum
codicem peregrinari fortaſſe noluerit. meū iſtuc: ſi ita maluerit: ꝓpe
diem mittā: modo ipſe huiōi emendādi ꝓuinciā cupiā delegauerit.
Uale Ex Mediolano. x. kal. februarias. M.cccc.lij.

¶ Franciſcꝰ philel. Galeacio epiſcopo mātuano ſal.

c Um litteris Xenophontis filij factus certior que humane
et perbenigne tue ad me epiſtole reſponderam: ea nunq̄ꝫ ad te
perueniſſe. Itaqꝫ paucis quaſi repetam. que pluribus ſcripſeram.
Habeo tibi gratias immortalis: quod me prius amaris. qꝫ vel co-
gnoris: vel videris. Quod autem Xenophonta filium in tuam cha
ritatem admiſeris: vix dici queat: quanto me cenſeam beneficio abs
te affectum: quippe qui filium non dubitem in virum optimū bre-
ui euaſurum. ſi tuis ſe moribus ſanctimoniaqꝫ imbuerit. Reliquā
vero benignitatem tuam quam mihi tam alacri animo polliceris: li
benter audio: amplectorqꝫ libentiſſime. Quid autem ſim tibi rela-
turus pro talibus tuis erga me meritis. aliud maius habeo nihil ni
ſi me vnum fore. quem peculiari quodam iure tuum ſemper poſſis
exiſtimare. Uale Ex Mediolano. x. kalendas. ſextiles. Anno a na
tali chriſtiano. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus philelfus. Xenophōti filio ſal.

q Uod Turci Cōſtantinopolin premūt obſidione: fero ꝑmo
leſte. Reliqua vero que ſcripſiſti: me omnia delectarūt in primiſqꝫ
quod preſuli tuo charus iucunduſqꝫ ſis. Incūbe mi fili. ⁊ te ad iſti
us innocētiſſimi ⁊ ſapiētiſſimi viri cōtinētiſſimos modeſtiſſimoſqꝫ
mores effinge atqꝫ compone. Hac vna re nec mihi facere gratius
quicq̄ꝫ potes nec tibi laudabilius. Uale Ex Mediolano. x. kalen.
Sextiles. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus philelfus. Bernardo Iuſtinia-
no Leonardo filio ſalutem.

p Etrus Thomaſiꝰ doctiſſimꝰ philoſophꝰ ⁊ eloquentiſſimꝰ
medicꝰ cōmonuit me ſuis litteris ſcripſiſſe te mihi iampridem dediſ
ſeqꝫ tuam ad me epiſtolam per id temporis viro patritio Nicolao
Barbo ad Nicolaum Uaronem: vt is illas cōtinuo ⁊ cōmode ad
me daret. Ego autem neqꝫ tuas neqꝫ Thomaſij litteras in hāc di-
em accepi. Quare vel Uaroni littere ad me date nō ſunt: vel ee for
taſſis ob iter intercepte. Itaqꝫ rogo te. vt humanitatem paternam
moreſqꝫ imitatꝰ nolis in ſcribendo eſſe difficilis. curaqꝫ ſi me amas
vt omnia ad me diligēter ſcribas quorum me deſiderio teneri iā diu
intellexiſti. Uale Ex Mediolano. iiij. kal'. ſextiles. M. cccc. lij.

¶ Franciſcꝰ philelfus Xenophonti filio. ſal.

a D decimum kalendas ſextiles ſimul cū meis litteris ad pon
tificem Mantuanum ſcripſi etiam tibi: quantum per id temporis
tua intereſſe noſtraqꝫ videbatur. Nūc autem quod volo paucis ac

cipe Diodori ſiculi qui vniuerſam hiſtoriam non gręcam ⁊ latinam
ſolum ſed etiam barbaram gręce ſcripſit: mihi ſunt ab initio ſui ope
ris libri quinqȝ. Audio in Italia his plures eſſe: quos Chriſtofor⁹
garattonus choronenſis epiſcop⁹ qui a Turcis modo occiſus ē: ad
uexit ex gręcia. Volo rem diligētiſſime odoreris: an ij Romę repe-
riantur. quod ſi ita ſit: fac me q̄ȝprimum certiorem an iſtic librarius
gręcus ſit vllus: qui id operis exſcribēdum aſſumeret. Tu interim
operam dabis: ne te muſę deſtituāt: quod facile cōſequeris. ſi littera
rię malueris q̄ȝ pecuniarię rei habere rationem. Vale Ex Medio-
lano ṗdie kal'. ſextiles. M.cccc.lij.

Franciſcus philelfus Xenophonti.
filio ſalutem plu. di:

q Uod pridie kalēdas Auguſtas cum ad te litteras dedi: ſcri
bere ſum oblitus: eſt mihi nuper renūciatum quod carmen ad Ba-
ptiſtam Alberthum āno ſuperiore ex Cremona ſcripſeram: id ei red
ditum non fuiſſe. Quod verū ne an falſum ſit: neſcio. Tu qui Ro-
mę nunc agis: poteris intelligere: quid in re ſit. Ego carmen ipſuȝ
dedi' ad te: vt ſi min⁹ ſit redditum: q̄ȝprimum iſti reddendum cures
Ad hęc me velim facias certiorem: quod de Diodoro ſiculo iuſſerā
pręterea: ſiquid de re Cōſtantinopolitana eſt auditum: quidqȝ iſtic
patriarches aut egerit aut acturus apud pontificem maximum ſpe
ratur Tu ne tibi deſis: q̄ȝdiligentiſſime prouideto: hoc eſt: ne muſa-
rum hoſpicio aſperneris. Vale Ex Mediolano. v. idus Sextiles
M.cccc.lij.

Frāciſc⁹ philelfus Baptiſtę Albertho ſal.

d Ederam ad te anno ſupeſiore kalendis octobribus ex Cre-
mona carmen nō tam voluptatis capiunde q̄ȝ veluti renouā
dę veteris amicicię gratia. Sed id cum tibi non eſſe redditum ac-
cepiſſem: idcirco iterum dandum iudicaui: vt et tibi animus meus
fieret explorat:or. ⁊ ipſe ne fruſtra quicq̄ȝ vel lucubraſſe vel luſiſſe
poſſem exiſtimari. Nam ęque, verſu: vt noſti: atqȝ proſa delectari
conſueui. Nec alienum cenſeo ab officio meo: vt quoſcūqȝ honeſt⁹
mihi amor cōiunxerit: eoſdem honeſtus quoqȝ memorię labor mo
numentis litterarum mecum perpetuū cōſeruet. Quare cum abſo
luto iam verſib⁹ decem millib⁹ ſatyrarꝝ opere: me ad lyricos modu
los rettuliſſem in ṗmis etiā tu qui ab omni ſatyra tanq̄ȝ abhorrue-
ras: occurriſti: quē int̄ familiariſſimorꝝ cōmemoratione nulla obli-
uio aboleuerit Itaqȝ id carmīs iterꝝ ad te dedi. Tu velim tuū des ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

me Momum: quē audio: ſi adhuc eum abſolueris. Uale Ex Me-
diolano. v. idus Auguſtas. M.cccc.lij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Nicolao Uaroni ſal.

p Etrus Thomaſius pręclarus in philoſophia vir atqȝ idem
diſertiſſimus medicus: mihi nuper ſcripſit mirari ſe: quod ni-
hil vnq̄ȝ ad ea reſponderim: quę anno ſuperiore ꝛ ipſe et vir patrici-
us Bernardus Juſtinianus Leonardi filius ab me litteris petijſ-
ſent. Huic ego cum reſpondiſſem nullas per id temporis neqȝ ſuas
nec Bernardi litteras mihi redditas: monuit rurſum eas abs te re-
peterem: quippe cui vir nobilis Nicolaus Barbus illas tibi ad me
dediſſet. Quare ſi ita eſt: rem mihi facies admodum gratam: ſi oſtē-
deris: quid ea de re actum ſit. Uale Ex Mediolano kal'. Septem-
bres. M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Franciſco ſcalamon-
ti equiti aurato ſalutem.

v Ererer ꝑfecto: ne tu me vel obliuiōis vel negligētię accuſa-
res: quod iam tot annos nullas ad te lr̄as dederim. Sed eo te puto
in me eſſe ęquiorē: q: iampridem cognoris eo me eſſe ingenio: vt ne-
qȝ hoīem amiciſſimū obliuiſci queam: nec vllam ꝑpemodū virtutē
offerri patiar: qua magis delecter q̄ȝ diligentia ꝛ officio. Dedi ad te
litteras bis ꝛ iterum: poſteaq̄ȝ tu nihil reſponderas. Dediqȝ ad te li-
bros de exilio: qui vbi poſt nō parum temporis ad me reuetiſſent:
renūciarūt nequaq̄ȝ te offendiſſe: quippe q̄ abeſſes Anconę in Dal-
maciam. Miratus autem ſum: vbi redijſti Ancona: nihil omnino
ſcripſiſſe mihi. Itaqȝ tibi cauendū eſt: ne aut negligentię accuſeris:
aut obliuionis. Cęterū danda eſt opera: vt quod temp⁹ intercępit:
reficiat diligentia: hoc eſt: vt q̄ȝ ſępiſſime ad me ſcribas: id quod me-
cū obſeruaturꝝ bona fide polliceor. Uale Ex Mediolano Nonis
Septembrib⁹. M.cccc.lij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Nicolao Uaroni ſal.

n Udiuſquintus alteras ad te litteras dedi: quibus oſtende-
ram me nuper factum a Petro Thomaſio ex Uenetijs cer-
tiorem anno ſuperiore cum me Cremonam recępiſſem ꝛ ſuo ꝛ Ber-
nardi Juſtiniani nomine tibi ab Nicolao Barbo litteras ad me da-
tas: quas equidem ipſe nunq̄ȝ accepi. Itaqȝ rogo te: vt me q̄ȝprimū
cōmonefacias: ſiquid hac de re certi habes: hoc erit mihi vęhemen-
ter gratum. Ad hęc ſcire ex te cupio: qua via Plinium de natura-
li hiſtoria mihi comparare queam. Audiui enim hunc eſſe apud

vos doctiſſimi Auriſpę Guaryniqꝫ diligentia recte emendatũ Ne
qꝫ librarioꝝ penuriam iſtic eſſe puto: vbi omnium bonorum quibꝰ
ciuilis hominũ fœlicitas conſtare exiſtimatur: exundat affluentia.
Uale Ex Mediolano Nonis Septembribꝰ. M.cccc.lij.

¶ Franciſcus philelfus. Petro perleoni ſal.

f Amiliares Ciceronis epiſtolas quas petebas: vęnalis inue-
nimꝰ. Eas ſi habere cupis: ducatos decem mittas: oportet. Id enĩ
precij omnino ſe velle dicit librariꝰ Melchior. Nec alius huiõi co-
dex apud alium quenq̃ꝫ vęnalis reperit. Codex vero hic epiſtolaruꝫ
et pulcher eſt ⁊ nouus et ſatis emendate ſcriptꝰ Rem paucis tenes
Tu quod fieri velis: ſignificato litteris τὴν δὲ βουλὴν σοῦ
πάνυ γε ἀσπάζομαι. πρὸς δὲ τὸν ὕλου γέγραφα
Uale Ex Mediolano. vi. idus Septẽbres. M.cccc.li.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Joãni Mario filio ſal.

v Bigentium te cõtineas: neſcio: iſtic ne caſale an altarij Pe-
trus perleo familiaris noſter fecit me nuꝑ ſuis lr̃is certiorem breui
futuꝝ: vt Ariminum repetat: id quod ante ſignificaui tibi: quare ſi
tu velis locum eiꝰ pręmiumqꝫ ſubire apud Genuenſes in eruditio
ne publica: ſe facile daturum operam effecturũqꝫ: vt tibi ex ſentẽtia
res ſuccedat. Ad hęc quod te arbitror nõ latere Hieronymꝰ bindo
tus leuir tuus eſt modo florẽtię cõiectus in carcerem Niſi iſtinc ab
illuſtri marchioni cuiꝰ nomine aragonum regem Orator petebat:
eius liberationi cõſultum fuerit: et q̃ꝫ diutiſſime futurꝰ in ea fortuna
Nos omnes valemꝰ recte. Et te et Mariam ⁊ filios valere pluri-
mũ opto. Ex Mediolano. v. kal'. Octobres. M.cccc.li.

¶ Franciſcꝰ philelfus Andreę alamanno
priori populi florentini ſal.

g Ratulor tuę pręſenti expectatęqꝫ dignitati. Nunq̃ꝫ enim
ſum veritꝰ te ante diem (vt ita dixerim) ad iſtum honoris gradum
peruẽturum. Nam vt ita crederem: tua virtꝰ ſingulariſqꝫ pruden-
tia mihi perſuaſerat. Non enĩ cum ijs ſentio: qui prudentiam iuuẽ
tuti ſubtrahũt: quaſi peculiari quodam iure ea ſenectuti ſit danda.
Sed neqꝫ indoctꝰ ſenex habendus ſit prudens: neqꝫ doctus adole-
ſcens imprudens. Nam multo plura rerum humanarum exempla
atqꝫ documẽta tradere nobis queat lectio diligẽs ⁊ multiplex erudi
tio: quam lõgiſſima etiam homĩs vnius annoſitas. Quare cum et
ingenio te acerrimo eſſe perſpicerem ⁊ diligẽtia ſingulari: tanta prę
terea doctrina: quãta ęqualium tuoꝝ neminem: facile intelligebam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

propediem fore:vt in altiſſimū dignitatis gradum tua te reſp. tolle ret. Quod igitur prudentia auctoritateqꝫ apud tuos florētiſſimos ciues ęque vales atqꝫ eloquētia ⁊ diſciplina non poſſum tibi nō ad modum gratulari. Deus fortunet tuos cogitatus: efficiatqꝫ: vt ingentibus tuis pręclariſqꝫ virtutibus hominum exiſtimatio gratitudoqꝫ reſpondeat. Ego autem ne meę litterę omnino vacuę ad te irent: has duobꝰ ſum munuſculis comitatus: quorum ſi te primis floribꝰ delectatū videro: mox quoqꝫ maturi fructꝰ conſecuturi ſunt Uale Ex Mediolano. v. kal'. Octobres. M. cccc. lij

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao Uaroni ſal.

g Uiniforto bergomēſi diſertiſſimo iuriſconſulto litteras ad te dedi nonis ſeptembribꝰ: quibus nō obſcure debes intellexiſſe: quibus in rebus tua mihi ⁊ opera et ope eſt vęhementer opus. Quare maiorem in modū abs te peto contendoqꝫ ſiquid es vnq̄ꝫ mihi gratificaturꝰ: quod omnium maximi ſim facturus: effice: ne videar fruſtra tuū officium poſtulaſſe. Uale Ex Mediolano pridie kalēdas Octobres. M. cccc. lij.

¶ Franciſcus philelfus. Jacobo camerinati ſal.

l Egi litteras tuas pro amicitia noſtra: vt debui libentiſſime. Et quo in me munere vſus es: nō potui non lętari: vt qui beniuolentiſſimum animum erga me tuū omnibus in rebus perſpicuum facias. Quod autem ad epiſtolas meas attinet: quātum videre videor: te viuum adhuc potauit lethe: quem apud inferos fabulantur. Nunquid oblitꝰ es: cum te vltimum vidi dixiſſe mihi circiter kalendas Januarias laude Chriſtoforum marlianū probum adoleſcentem ⁊ pauculum illud ſerici panni ⁊ epiſtolas meas quemadmodum ipſe per epiſtolam iuſſeram· tibi tradidiſſe· Pollicituſqꝫ es propediem fore vt Mediolanum peteres: ⁊ ea omnia ad me ferres At veniſti tu quidem Mediolanum non multis poſt diebꝰ Neqꝫ prius audiui veniſſe te: q̄ꝫ abijſſe cognoui. Nec multo poſt Mediolanum redijt Chriſtoforus idem marlianus: qui de me non mediocriter apud me quęſtus eſt: quod tanq̄ꝫ fidei ſuę diffidens: alium ſibi ad res meas tuendas pretuliſſem: quin etiam metuere ſe: ne vnq̄ꝫ meas illas mihi epiſtolas redditurꝰ eſſes. Huic ego q̄ mihi ⁊ fide et obſeruātia erga me iāpridem pſpectꝰ eſſet: tum rn̄di qd̄ opꝰ fuit ad me purgandū: tum etiā adieci nullo mō poſſe fieri: vt q̄ eſſes liberaliſſimꝰ: auaricię obnoxiꝰ videri velles Nūc igit̄ video te tui oblitū quippe q̄ dedicere videare; q̄ ⁊ ipſe dixeris, ⁊ ego vera fuiſſe certo ſcio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Jtaqꝫ ſi me amas: ſi vis tuū apud me bn̄ficiū nunq̄ꝫ intermoritur: da operā. vt colligas cogitatꝰ tuos: ac memoriā ad te reuoces: q̄ ralſ/ qꝫ diligēter: q̄ in ſcrinio epl'ę meę latitēt: eaſqꝫ q̄ꝫ primū ad me des: Q̄d ſi feceris: non mō mihi ſatiſfacies: ſꝫ plęriſqꝫ rez meaꝫ ſtudio/ ſis morē geres: q̄ me q̄tidie obtundūt: qd̄ minus eoꝫ volūtati inſer uiā: cupiūt em̄ eas exſcribere Nec mihi aliud vllū exēplum ē. Acce dit ad rem: qd̄ grandiuſculā illā epl'am ad Karolū regē francorū: qd̄ eiꝰ rei tu ex me iampridem audiſti: nondū miſi trās alpes. Jtaqꝫ lucubratiunculā illam quamcūqꝫ meā habitā eſſe fruſtra nō poſſuꝫ nō pmoleſte ferre. Fac ergo ne bn̄ficiū tuū fuiſſe maleficiū videatur. Uale Ex Mediolano kal'. Octobribꝰ. M.cccc.lij.

Franciſcus philelfus. Andreę alamāno priori populi florētini ſalutem.

p Etijſti a me nup. cum Ferraria eſſem Mediolanum repetiturus eam quam ad regem Francoꝝ Karolum aduerſus Turcos et Sarrhacenos ſcripſiſſem epiſtolam. Quam vt ſerius ad te darē honeſtę quędam occupatiōes meę ī cauſa fuerūt. Nūc vero ꝑ vna idcirco epl'as quattuoꝛ ad te dedi: vt intelligeres cunctationē hanc nō ſtudio factā eſſe: ſꝫ neceſſitate. Nam nihil eſt. qđ malim. q̄ꝫ non tibi ſolū cui me debere plurimū iudico. ſed Strozis oīb⁹ propt' pallantem meū moꝛem gerere. Uale Ex Mediolano. pꝛidie Nonas Maias. M.cccc.liij.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſal.

r Eddit⁹ eſt mihi ſecūdus liber de exilio. quem miſiſti. Tibiqꝫ habeo grās: quod eum domū tandem repetere coegeris. Jdem ſi de cęteris etiam feceris qui iſtic tamdiu hoſpitantur. magno me afficies beneficio. Sunt eīn ij omnes apud Bernardum Juſtinianum quos vt noīe meo repetas. ⁊ huic iſti tabellario ad me des. te maiorē in modū rogo. Legit ꝑterea Patauij medicinam Matthę⁹ peruſinus vir non philoſoph⁹ ſolum. ſed etiam diſert⁹. Cui ſunt duo illi hippocratis libꝛi. quos: vt noſti: iampꝛidem ex gręco in latinum cōuertim⁹. alter de flatib⁹. altet de paſſionib⁹ coꝛpoꝛis. Jtaqꝫ rem mihi facies pergratam. ſi eos libꝛos ab eodem Mattheo ꝟbis meis repetitos. q̄ꝫpꝛimum reddi mihi curaueris. Quę ꝓuincia tua fuerat ſcribendi ad Poggiū et ad Uallam. ea ipſe ſum funct⁹. Cui⁹ epiſtolę exemplum cum plus ocij nact⁹ fuero. ad te dabo. Uale Ex Mediolano ꝑdie nonas maias. M.cccc.liij.

¶ Franciſcus philelfus Nicolao Uaroni ſal.

q Uo diuti⁹ deſidero tuas epiſtolas. eo magis magiſqꝫ indies eaꝝ apud me deſideriū augeſcit. Quare vt huic męę tātę ⁊ tam ſuauiſſimę ſiti aliquā'do potū afferas. abs te etiam atqꝫ etiam peto. Et quia foꝛtaſſe nullum tibi ſcribendi argumētum occurrit. accipe paucis. quod reſpondeas. Noſti vel apud Ariſtotelē tuū cum alijs pleriſqꝫ in locis. tum ī ijs libꝛis qui de reb⁹ naturalibus quę φυσικη vocant'. īſcripti ſunt. Democriti opinionē de Athomis Athomos autē eſſe volūt coꝛpa indiuidua. Scire igit' cupio ea indiuiduitas

vnde ſit. Non em̄ puto dixeris id ꝓpter paruitatē accidere cū atho
mos ipſas int᷑ ſeſe diuerſas ⁊ figura. ⁊ magnitudine. ⁊ vi. et natura
cōſtet. Expergiſcere igit᷑: atq₃ ingeniū tuū excute: mihiq₃ diligenter
expone: quāobrē eiuſmodi corpa quib⁹ Democritij. et Epicurei: tū
mundū oēm: tum ſingula ea queq₃ in mūdo ſunt: cōſtare volūt: īdi
uidua nominarīt. Uale ex Mediola. ṗdie id⁹ maias. M.cccc.liij

Franciſc⁹ philelfus. Lodowico caſellę ſal.

t Antā mihi nuꝑ cum Ferrarię eſſem: beniuolētiam oſtēdiſti
vt nihil videar magis cupere q̄₃ te viſere q̄₃ ſępiſſime. Qđ mihi qm̄
aliter hoc tpe cōtingere nō poteſt: vtor nūcio litteraꝝ: quib⁹ ⁊ vide-
am te ⁊ alloquor. Idem tu ſi feceris in ſummis occupationib⁹ tuis:
ad tuū erga me ſtudium nō paru⁹ cumul⁹ accedet. Sin min⁹ fece-
ris: nō te cui ſcio me eſſe chariſſimū: ſed publica munera accuſabo: q̄
tamē ipſa anteponi priuatis vt decet. ita etiā modice fero. modo me
nobiliſſimo iſti principi indies magis magiſq₃ cōmendes. Uale ex
Mediolano ṗdie idus maias. M.cccc.liij.

Franciſcus philelfus. Nicolao arcimbol-
do iuriſconſulto ſalutem.

n Equaq̄₃ ſum neſcius mea tibi oīa maxīę curę eſſe. Quo fit:
vt vel tibi fortaſſe videar rem meā admodum negligere: qui nulluȝ
faciam tecū verbū: cui⁹ mihi opa vęhemētiſſime op⁹ ſit. Quod ne
accidere iure poſſit. peto abs te: vt quod vna de mea ꝓfectione com-
mētati ſum⁹: q̄₃ primum quātum in te fuerit: cōfectū reddas. Hoc
erit mihi tam gratū: q̄₃ neceſſariū. Uale Mediolani Ex ędib⁹ no-
ſtris idib⁹ maijs. M.cccc.liij.

Franciſcus philelfus Nicolao Arcimbol-
do iuriſconſulto ſalutem

g Audeo equidem ⁊ tibi munificētiſſimo viro debere plurimū
et illi harpyię nihil. Nam in accipiēdis etiam beneficijs liberalita-
tis cuiuſdā poſitum mun⁹ eſt. Itaq₃ indignum puto ab hominib⁹
indignis beneficiū accipe atq₃ in dignos conferre Itaq₃ vtar equo
quem polliceris ⁊ amice ⁊ fide bona. Qđ pīceps decreuit: hodie mi
hi numerat᷑. Dum dies octo hic ſum: cupio videre quę tu⁹ librarius
ſcripſit. Quę velim huic puero ad me des. Uale Mediolani ex ędi
bus noſtris. xiiij. kal. Iunias. M.cccc.liij.

Franciſc⁹ philelfus. Aenico daualo equi
ti aurato ſalutem.

e X binis ijs lrīs quas Ioāni Antonio foſſano ad te dedi: po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tes iam liquido cognoſcere aduentū ad te meum propediem fore id quod alijs item lr̄is tibi ſcripſi. quas hic Giſperthus gymara vna cū hiſce vltimis tibi reddidit. Et vt rem paucis teneas: ad octo vſqꝫ dies ad ſummū hinc ſum cōceſſurus Romam. quem ad vſqꝫ locum libera profectio mihi data eſt. Inde ad te ipſe mihi meo iure eūdi veniam dabo. Nam qui liber ⁊ natus ſim. ⁊ ſemper vixerim. me ſeruū fieri nullo pacto patiar. Uale Ex Mediolano. xij. kal'. Junias. M.cccc.liij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Nicodemo trāchedino ſal.

e T amorem ⁊ diligētiam tuam tanti facio: quāti aliud nihil qđ mihi iucūdiſſimū eſſe poſſit. Delectarūt me vehemēter oīa. que mea abs te cauſa vel geſta ſunt vel tēptata Nec pluris euentum cuiuſqꝫ rei faciundū exiſtimo: qꝫ vel prudentiſſimū conſiliū tuū vel ſtudium erga me ſingulare. Quid vir magnꝰ ille reſponderit. intellexi. cui nō poſſum ingentis grās nō habere. qđ ſe tam ⁊ humano in me aīo ⁊ facili liberaliqꝫ oſtēdat. Operam dabo. ne me vnqꝫ poſſit īgratitudīs accuſare. Lrās Honofrij Macarij tui vel iā etiam noſtri legi plibent'. Sumqꝫ eiꝰ ingenio mirifice delectatꝰ. Eſt eīn ⁊ foecūdum ⁊ facile planeqꝫ ingeniū. Nō potui autem nō ſubridere: qđ ei de me amicus noſter ille reſponderit. Facit is certe vt debet. q̇ eadem vtat' vite cōſtantia ad vltimā vſqꝫ diem. quippe cuiꝰ ſenectus ſit eadem. que leonis. Sed q̇d agamꝰ: Fruſtra nitimur inuita Minerua. Natura valētius nihil eſt. nihil difficiliꝰ. Uiuamus nos more noſtro. alij ſuo. Qui officio fungit'. nihil habet. qđ doceat. nihil qđ accuſet. Cupio. cū te ad florētinos receperis. qꝫ diligētiſſime cures: qđ vulpecula illa obtegit. Hoc erit mihi tam gratū. qꝫ qđ oīm maxime. Nos bn̄ valemꝰ oēs. Idem tu vt cures. te nō ſolū moneo ſed etiā rogo. Uale ex Mediolano. p̄die idꝰ Junias. M.cccc.liij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Albertho zancario ſal.

a Ccepi litteras tuas ad me ⁊ cum his eas binas. quas duo diſertiſſimi Nicolai ⁊ perotus et Uulpes ad te dederant. Habeo ⁊ tibi et Nicolais ingētes gratias: qđ tam amice de me ſentitis. Nam quid dixerim vere. cum ⁊ ipſe longe humiliꝰ de me ſentiam. ⁊ amorem vnde manat amicitia cecum finxit antiquitas: In preſentia tecum pluribꝰ agere impedior. Ad paucos vſqꝫ dies longior ſum futurus ⁊ id quidem nō per lrās. ſed pn̄s ipſe ⁊ coram. Uale. ⁊ vtriqꝫ Nicolao ſalutem plurimā dicito v̄bis meis. Ex Mediolano. xiij. kal'. Julias. M.cccc.liij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſc⁹ philelfus. Petro perleoni ſal.

r Edditę mihi ſunt litterę tuę. cum iam itineri accingerem et hę quidem ſolę Nam pręter haſce vnas quas ⁊ vidi et legi li bentiſſime vt ſoleo ſemper quicquid abs te manat: neq̨ deiphobum vidi: neq̨ aliud quicq̨ neſcio quid: quod ſignatum eſſe monueras. Quę ſcripſiſti: intellexi omnino Iſtic propediem me videbis: vbi de rebus omnibus quas vel tua. vel mea intereſſe exiſtimabimus: dili gentiſſime cōmentabimur. Uale ex Mediolano. xiij. kal'. Iulias. M. cccc. liij.

¶ Franciſc⁹ Philelfus. Lodowico Mantuę Marchioni ſalutem.

Uod iam terciū a Philelfo itur ad te eximię tuę virtutis gra tia: ſcio me tibi rem facere non ingratam. Quid enim principi no bilissimo et Gonzagę Lodowico in primis gratius poteſt optati⁹ ve cōtingere q̨ eam offerri cauſam/qua ſe dignum principatu que at oſtendere. Scim⁹ ſane aliud nihil eſſe quo ciuitatū principes ac reges videātur beatiores priuatis hominib⁹ q̨ beneficiēdi ⁊ donan di magnificētia. Hec vna res ſyracuſanum Dionyſium immortali tati memorię cōmendauit. Hui⁹ item pulcherrimę virtutis ſplē dor Archelaum Macedona cunctis oſtēdit gentib⁹ admirabilem Et Phalarin tyrānum cęteris in rebus immanem ac teterrimum iudicatum ſola munificentia in doctos ⁊ bonos viros reddidit me morabilem. Nam quid loquar de Alexandro rege Macedonum? quid de. G. Iulio ceſare: apud quos nihil benignitate nihil beneficē tia fuit antiqui⁹? Patrem tuū Ioānem Franciſcū ſummū virū et principem clariſſimū dicere ſolitū prędicāt nihil ſibi videri indigni us pncipe q̨ pecunias quib⁹ tanq̨ ſeruis ⁊ pecorib⁹ ſit vtendū: vel auidi⁹ cumulare: vel parci⁹ elargiri: ac ſatis ſuperq̨ eſſe dominis ci uitatū: qd populis pręſint: qd imperitēt: qd honorent: aur̨ autē et argentū aut non curandū: aut q̨ liberaliſſime erogandū. ne Midę cuiuſpiā phineoſq̨ ſil'es iudicent. Tu vero ⁊ pnceps liberaliſſim⁹ ⁊ munificētiſſimo natus principe inuit⁹ Philelfum audies: qd offe rat tibi ſępi⁹ honeſtam materiā pmerēdi. Scio certe nō facies q̨ p pe qui ⁊ aīo ſis alto ⁊ magno. ⁊ mihi vehemēter affect⁹. Ut autem ad rem veniam. deſpondi modo filiam virc: quā idcirco nondū tra didi: qd ducati deſunt ad dotem ducēti quinquaginta. Hi mihi ab amicis comparādi ſunt: e quorum numero cum te ſciam eum eſſe: cui ſum chariſſim⁹: prim⁹ oblat⁹ es: cui⁹ hac in re munere vti volo.

Itaqꝫ abs te peto: ac etiam ſi pateris rogo: vt huic meo adoleſcēti q̄ tibi lr̄as reddidit: aureos quinquagita dono ad me des. ea lege cōditioneqꝫ: vt niſi in Sphortiade tibi conflatum es omne ꝑ dignitate diſſoluero: ego tibi fiam ꝓ debitore creditor. Nā ſi recte mihi es cognitꝰ: nunqꝫ beneficiū foenerari didiciſti: quin q̄ es in cōferēdo alacrior: eo te magis id debere putas: Ipſe autē ſi bene me noui nihil ē: qđ minꝰ velim: q̄ꝫ iudicari ingratꝰ Uale. Et me vt ſoles: ama. Ex Mediolano. x. kal. Julias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus philelfus. Galeacio epiſcopo Mantuano ſalutem.

n Iſi vna omniū voce ꝑdicatiōeqꝫ cognitum mihi eſſet te aīo vigere ingēti ⁊ perbenigno: ſubdubitarem fortaſſe beneficij quippiā abs te petere: a quo nihil antea ꝓmeruerim. Sꝫ cum ſis tali tātaqꝫ virtute: vt humana oīa infra te ducas: intelligaſqꝫ nihil eſſe magis homini ꝓprium q̄ꝫ benefacere vel ignotis: quippe q̇ ſe ſimilimū eiꝰ velit: ad cuiꝰ eſt imaginē ſimilitudinēqꝫ creatꝰ: maiore cum fiducia tuas en pulſo fores: quas mihi facile apertū iri nō dubitem. Deſpōdi modo filiam viro bono ⁊ nobili: cui dotis caritudine tradere nondum potui. Nam vt noſti: virtus et diuitię ſimul eſſe nō pn̄t. Te igitꝭ pro tuis maximis inumerabilibuſqꝫ ꝟtutibꝰ maiorem ī modū rogo atqꝫ oro: vt ducatos centū mihi cōmodes ea cōditione: vt ītra annū eos tibi oīno bona fide redditurꝰ ſim. Quod ſi prius: vt ſpero prętare potero: nihil diſſimulabo. Scio te id qđ ſumme tuę ē laudis: nun q̄ꝫ pecunijs abūdare. etſi redditꝰ habes ampliſſimos cum ex eccleſia: tum etiā ex patrimonio. Nam quicq̇đ ſupereſt a rebꝰ neceſſarijs: id omne vel ꝓ liberalitatis: vel ꝓ pietatis officio in eos tribuis: quos dignos cenſeas: in quos beneficiū conferatꝭ. Tuę igitꝭ humanitatis fuerit: vt ita in me pius liberalis vt ſis: vt intelligas nullum apud me officium tuū intermoriturꝫ. Non enī ſolū ad cōſtitutū tempꝰ tuū ad te mutuū redibit: ſed cū vſura etiam litteraria redibit. Huiꝰ autem rei gratia hūc meū adoleſcētem ad te fidū nunciū miſi: cui velim ad me des: qđ petitꝭ. Uale Ex Mediolano. x. kalē. Julias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus philelfus. Lodowico Mantuę Marchioni ſalutem.

n On poſſum ꝑfecto nō lętari: qđ magꝭ magiſqꝫ indies ⁊ mihi ⁊ cęteris oībꝰ perſpicuū facis ea te eſſe animi magnitudīe: vt nihil magis q̄ꝫ benefacere q̄ꝫ vti munificentia. Ut parui enī eſt animi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ardere diuitias:ita hi mihi perinde atq3 magni quidā ac p̄clari viri censendi sunt:qui illis ad benignitatē gloriamq3 vtant̄.id qd̄ tum maxime fieri puto:cum in eos apte conferunt̄:qui se ab inerti vulgi desidia abducunt.ad idq3 vehemēter student.vt ⁊ suū ⁊ amicoꝝ nomen īmortalitati cōmendent. Gratulor igit̄ tuo tāto ac tali bono:q̄ te nō minorem ꝟtute p̄stes:q̄3 es fortuna superior.quippe qui nequaq̄3 ignores hāc instabilem esse caducāq3 solere. At ꝟtutem ⁊ firmam ⁊ sempiternam. Ad huiōi vero laudis studiū etsi naturę bonitate duci te arbitror:nō parum tn̄ adiut⁹ disciplina qua cęteros nostrę tempestatis p̄ncipes mirifice anteis:eos omnis ac tibi via vl' deuincis vel amplificas:quos intelligis nihil pluris facere q̄3 splendorem ingenij q̄3 laudatissimaꝝ artium pulchritudinē ac dec⁹. Itaq3 nō iniuria ⁊ amaris a doctis omnib⁹ ⁊ quottidie magis magisq3 celebraris. Nam vt cęteri ipsi de se loquant̄:ego tāti te facio:vt nihil est:quod malim:q̄3 ⁊ audire ⁊ dicere de tuis diuinis summisq3 ꝟtutib⁹. Quo igit̄ in me fueris benignior:eo te studiosius ꝓsequar huiusmodi animi gratitudine. Uale ex Mediolano.x. kalendas Iulias.M.cccc.liij.

¶ Franciscus philelfus. Lodowico cardinali
Aquileięq3 patriarchę sal.pl.di.

c Onsiderāti mihi pater reuerēdissime Lodowice Cardinal' atq3 patriarcha cū tuas alias ꝑmultas egregiasq3 ꝟtutes:tum eximiam animi magnitudinē:facile visum est nō modo nō inuite.sed etiam ꝑlibenter ⁊ alacri benignitate id esse futuꝝ:qd̄ homī tui p̄clari nomīs obseruātissimo ac tuę dignationi vetere beniuolentia deditissimo maxime cōducturū necessariumq3 cognoris. Intellexisti ex ipso me coram nuꝑ mihi filiam esse nubilē.neq3 aliud p̄ter dotem deesse quicq̄3.quo min⁹ tempestiue traderet̄ viro. Ea nūc est temporum calamitas:vt qd̄ vltimū oīm quęrendum sit in futura sponsa. id primū expetat̄. Quis em̄ hac tempestate eo sit aīo:qui vel ꝓbitatem vel formę p̄stātiam vel parentū claritudinē pluris faciat q̄3 pecuniam. Modo sint nūmi:reliqua oīa negliguntur. Quo fit:vt sapiētis illi⁹ Atheniēsis viri cōsilium de spōso deligēdo.q̄ ait se malle virum carētem pecunijs.q̄3 pecunias viro.in capiūda sponsa omnino sit cōtemnendū.ita sunt hominū ingenia corruptis moribus deprauata ⁊ perdita. Et ne sim longior q̄3 oportet apud amplitudinem tuam.mihi op⁹ est ope ⁊ auxilio tuo. Subueni obsecro instanti huic meę ⁊ honestę necessitati. Quātulumcūq3 donaueris.maxi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

mi pulcherrimiqꝫ muneris loco ducam. Quod defuerit ad ſummā
dotis. quęram ex alijs ijs principibꝰ. quibus noui me eſſe chariſſi-
mum. Nec dubito veriſſimum fore pręceptum illud promiſſumqꝫ
euangelicum. Quęrite. ⁊ inuenietis. petite: ⁊ dabitur vobis. Tu ve
lim. modo initiū facias. cuiꝰ res geſtę ⁊ multe ſunt ⁊ p̄clarę. quibus
niſi ipſe cumulatiſſime ad im̄ortalitatis memoriā ſatiſfecero. mihi ī
gratitudis diem dicito. Uale pater clemētiſſimę. Ex Mediolano
ix. kal'. Julias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcꝰ philelfus ſalutem. plurimam
dicit Nicolao Arcimboldo ducali ſenatori
ac iureconſulto.

q Uod tibi ſciebā fore nō iniucūdum. volui intelligēs. qđ mi
hi neqꝫ ſperāti neqꝫ cogitāti Romę cōtigit. Huc em̄ cum veniſſeꝫ
ad quintū decimum kal'. Auguſtas paulo poſt meridiem eo cōſilio.
vt poſtridie mane Neapolin verſus iter caperem. Nam reliquū eiꝰ
diei decreueram ⁊ mihi quieſcere ⁊ famulis. nec minꝰ etiam equis ex
accelerato itinere fatigatis. Nec tm̄ interea tēpis me ocio ita cōmiſi
vt nō curarim ea viſere oīa. quę ex veteribus reliquijs ac ruinis me
moratu digna exiſtimant'. Sed hęc idcirco p̄tereo: qm̄ tibi. q̄ Ro-
mę nō ſemel fueris. ⁊ viſa ſunt ⁊ cognita. Mane cū paulo poſt equū
forem aſcenſurꝰ. venit ad me ſalutatū Blondus Flauiꝰ vir certe p-
humanus ac diſertꝰ qui vbi mecū eſſet quędā de cōmunibꝰ ſtudijs
cōmemoratꝰ. Hora eſt inq̄t. adeundi Pōtificis. Eamus igit'. Hu
ic ego cū reſpondiſſem ⁊ id fortaſſe ſubruſtice. inſtituiſſe me poſt re-
ditum ex vrbe Neapoli eiuſmodi vti officio. nūc em̄ id mihi nō lice
re. qm̄ maturarem. viſus ē ille nō mediocriter admirari. cū diceret.
At ſummꝰ Pontifex heſterno veſperi pmulta ē de te locutꝰ et ami-
ce ⁊ honorifice. Ait em̄ quo primū in Italiam e Gręcia reuertiſſes
fuiſſe tibi ſecum cōſuetudinē multam familiaritatēqꝫ periucundā.
teqꝫ magnis extulit laudibꝰ. Itaqꝫ tui muneris eſſe reor. ne ex vr-
be moueas pedem prius q̄ꝫ eiꝰ ſanctitatē adieris. qđ tibi non modo
honorificū fore arbitror. verūetiam. quantū poſſum cōiectura aſſe-
qui. nō parum emolumēti allaturꝫ. Is vbi videt me perſiſtere in ſen
tētia abijt ſubtriſtis. Cūqꝫ iam equū aſcēderem. ecce Petrꝰ Nuce-
tanꝰ apoſtolicꝰ ſecretarius feſtinat ad me aitqꝫ ſubridens tu maior
factꝰ es pontifice maximo. ab quo vel deſideratꝰ redderis inſolētior
at caue: dum tibi tantū arrogas: ne ſupbię accuſeris. Meqꝫ vbi dex
terum brachiū ſiniſtro meo ſuppoſuiſſet brachio per q̄ꝫ vrbaniſſime

ad Pontificem egit. ab quo tanta ſum comitate ſimul caritateqꝫ ex
ceptus: vt meipſum non ab re vel ruſticitatis vel ingratitudinis ar
guerim. Cętera litteris cōmittenda non ſunt: ſed ea tibi: cum reuer
tero: coram exponam: quę ſcio tibi fore gratiſſima. Sed vnum cer-
te non reticeſcam In mea enim abitione donauit me vltro pontifex
munificentiſſim⁹ nummis aureis: quos vulgo ducatos nominant
quingentis cum egregia quadam honoratiōe verborum. Cum hęc
ad te ſcripſi erat dies natalis meus octauus kalendas Auguſtas:
cum initium facerem ętatis meę anni quinti ⁊ quinquageſimi Nā
reliquos dies idcirco egi Romę: quoniam meus ſatyrarum codex
quem dono ferebam ad Alphonſum: erat penes ipſum Pontificē
maximū Nec prius mihi reſtituit: q̄ꝫ totum lectitauerit. Vale Ex
vrbe Roma. viij. kal'. auguſtas. M. cccc. liij.

Franciſcus philelfus. Xenophonti filio
ſalutem plurimam dicit.

e Xcępit me rex Alphonſus cum perhumaniter ⁊ honorifice
tum etiam munificentiſſime. Nihilqꝫ amiſit: quo min⁹ oſtenderet
me ſibi chariſſimū eſſe ⁊ iucundiſſimū. Sed de his propediem tecū
et aperti⁹ ⁊ latius. Nam ad ſex vſqꝫ dies iter capiam iſtuc ⁊ iſtinc
deinde Mediolanum. Interea temporis diligēter inquire tan gra-
darius vllus ęquus Romę venalis ſit. Nam hic inuenio nullum:
qui me delectet. Cuiuſmodi em̄ cupiam: nō te latet. Vale Ex Nea
poli. vi. idus Auguſtas. M. cccc. liij.

Frāciſcus philelfus. Xenophonti filio ſal.

h Eri Alphonſus rex me Capuę fecit ęquitem auratum ⁊ id
quidem mane in celebratione dominicę hoſtię in maximo principū
conſpectu. Deinde cum poſt meridiem ad quartū lapidem extra vr-
bem profectus tentoria ſtatuiſſet in feraciſſimo illo agro qui ad Ve
ſeuū iacet hora diei vigeſimaprima ſuis inſignib⁹ me donauit q̄ꝫ ho-
norificētiſſime. Poſt triduū: vt ſpero: capeſſam iter ad vrbem Ro
mam ⁊ iſtinc Mediolanum. Vale Ex Neapoli. xvi. kal'. ſeptem-
bres. M. cccc. liij.

Franciſcus philelfus. Nicolao arcimboldo
iureconſulto ducaliqꝫ ſenatori ſalutē

c Vm heſterno veſperi ex Neapoli Capuam veniſſem repe-
titurus Mediolanum: hoc mane ſum ad Alphonſum regem pro
fectus in caſtra ſalutatum: qui me: vt ſolet: excępit perhumaniter ⁊
periucunde. Iuſſitqꝫ: vt quoniam eſſet occupatiſſim⁹: poſt meri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

diem redirem ad ſe. Quod vbi feciſſem: in maximo ac pulcherrimo nō militum modo: ſed etiam nobiliſſimorum hominum coetu ⁊ ſuorum ⁊ exterorum ita ait. Nos te mi philelfe iampridem videre deſiderabamus: quod nobis contigiſſe gaudemus. Nam opinionem de te noſtram non ęquaſti ſolum: ſed admodum ſuperaſti. Donauimus te antea dignitatis militaris noſtriſqꝫ inſignibus. Reliquum eſt: vt quod tibi maxime debetur: poetica laurea te ornemus: quam capiti tuo tibi bene merenti imponimꝰ: habebat enim rex liberaliſſimus lauream paratam eamqꝫ ornatiſſimam: quam vbi capiti meo impoſuiſſet: ita de me ad circumſtātis honorifice: ita copioſe: ita beniuole locutus eſt: vt nō rex excellentiſſimus: ſed pater indulgentiſſimus loqui videretur. Sed hęc ⁊ alia permulta tibi coram exponā Ego poſt biduū proſequar coeptum iter. Interea temporis meos omnis tuę fidei cōmendo. Uale Ex Capua veſperi. xi. kal'. ſeptembres. M.cccc.liij

¶ Franciſcꝰ philelfus. Georgio Trabeſondę ſal.

q Uod iſtinc abiens tibi ſum pollicitꝰ: vbi primum in vrbem veni. ⁊ ſummi Pontificis Nicolai Quinti adeundi mihi data eſt facultas: quo tempore adhuc ex pedibus nō mediocriter laborabat: ita egi cauſam tuam: vt eius animū iampridem alienatum: vt noſti ita ad te cōuerterim: vt reditum ad ſe tuū non ſolum admittat: ſed etiam deſiderare videat'. Itaqꝫ moneo te atqꝫ hortor: ne differas aduentum tuū: ſed velis ac remis (vt aiunt) ſecūdis flatibus te cōmittas. Nam omnia tibi in portu: omnia tranquilla futura ſunt. Uale. Et maieſtati regię me cōmenda. Ex vrbe Roma: v. kal'. ſeptembres. M.cccc.liij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Nicolao Arcimboldo iurecōſulto atqꝫ ſenatori ducali ſalu.

h Aſce ad te lrās dedi ex Tholētino: vnde poſt octiduū arripiam ad vos iter tum equeſtris inſignibꝰ et poetica laurea ornatus: tum ſecretarius apoſtolicꝰ. Eculeus tuꝰ ſi tanta eſſet corporis magnitudine quāta animi: ne bucefaralo quidem cederet. Mirum eſt: qꝫ ſe obſequētem pręſtat. Uale. Meqꝫ: vt facis: ama. Ex Tholētino idibꝰ ſeptembribꝰ. M.cccc.liij.

¶ Franciſcus philelfus. Archiepiſcopō Rauennati Bartholomeo apl'ico legato ſal.

n Ihil eſſe reor ī viro graui ⁊ ſapienti pręſertim in eo: qui quē admodum tu in magiſtratu et dignitate locatus ſit quod pluris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſit faciūdum veritate ⁊ cōſtantia. Jd autem tibi quoqꝫ ampliſſimo
et ſumma integritate ⁊ ſanctimonia patri liquido videri nō ſum ne
ſcius. Non poſſum autem nō mirari: quod eoꝝ nihil effectum ſit: q̄
nudiuſnonꝰ mihi coram recepiſti. Tria abs te petij cum ꝓ mea er-
ga te obſeruātia: tum pro tuę amplitudīs vel officio vel laude. Pri-
mum vt eam omnem diſceptationem quę inter meos Tholentina
tes ſanctoſeuerinateſqꝫ verſat̃: tua diligentia atqꝫ beneficio e medio
tolleret̃. Nam delegationem illam ī pręſtātem iuriſcōſultum Bar
tholomeum firmanū ⁊ ſuſpectam eſſe Tholentinatibꝰ ⁊ moleſtā in
primis. Et ne id quidem abſurde. Eſt em̄ ex eoꝝ hominū genere q̇-
bus cum litigium etiam de cōfinibus eſt Tholentinatibꝰ. Ad hęc
viatica ⁊ ſphortulę locupletiſſimos quoqꝫ populos in odium ſui ra
piūt. Nec te latet famelicis ſphortulas: qđ nomē ip̄m σπορθά
declarat: initio eſſe nō magiſtratibꝰ conſtitutas. Quāta autem in ī
famia eſſet ſphortula: vel ex Juuenale licet intelligi. Huiōi aūt om
nem morē vehemēter abhorrere a ſanctitate ſummi pontificis Ni
colai Quinti: debes nequaq̄ꝫ eſſe ignarꝰ. Quare ſi cauſa tibi erat co-
gnita vt ipſe decideres: cōtendi. Sin minꝰ eſſet: vt pro tua humani
tate cognoſceres: atqꝫ definires fore em̄ vt quicq̇d ipſe de ea ōni cō-
trouerſia ſtatuiſſes: ⁊ ratum haberēt Tholētinates. ⁊ ita omnis di
ſcordiaꝝ cauſa interiret. Jd te pater modeſtiſſime ⁊ libenter et intra
octiduū vſqꝫ terminatuꝝ perhumaniter es perbenigneqꝫ pollicitus
Quę quidem res tāta me tibi beniuolētia deuinxit: vt nihil addi po
ſet ad cumulū. Secundum quod petieram fuit: vt quinqꝫ dierum ſ
ſportulas vel viatica: quę Bartholomeꝰ idem ſupuacanee ⁊ auidiꝰ
exigebat: omnino ꝓ tua innocētia ꝓhiberes: id quod plane te factu
rum reſpondiſti. Tercium erat: ne iuſta Tholentinatiū in ſanctoſe
uerinatis indignatio traheret̃ tanq̄ꝫ in crimen lęſę maieſtatis. Eſſe
em̄ tuę clemētię ignoſcere: pręſertim cum eſſent Tholētinates non
ſolum iniuria: ſed cōtumelia etiam a ſanctoſeuerinatibꝰ laceſſiti. At
eſſe ingētis animi putat Ariſtoteles obliuiſci iniuriaꝝ Contumeli-
as autē negligēdas nemo ſapiēs probat. Reſpondiſti tādem etſi in
cōſcriptis tabellis vt vocāt: procederet̃: minime tamē fore. vt ſentē
tia ea de re ferretur. Nō poſſum igit̃ nō mirari: quod de ſumma cau
ſę in hūc diem nihil neqꝫ definieris: vt es mihi coram ꝓ tua huma-
nitate munificētiaqꝫ pollicitꝰ: neqꝫ temptaueris. Et ad Tholenti
nates litterę miſſę ſunt ab iſtis qui tua in curia cauſam ſuam vel de-
fendūt vel agūt: propediem futurū: vt ſentētia feratur de cauſa illa:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

quam ex ciuili criminalem ita faciunt: tanq̄ȝ de ſummo eccleſiaſticę
reip. ſtatu decertatum ſit. Itaqȝ ne ſim dicendo prolixior: tuam be-
nignitatem etiam atqȝ etiam rogo atqȝ oro: vt quę mecum tā gra-
uiter ⁊ tam cōſtanter locutus es: ita perſoluas: vt tua dignatio ⁊ iu-
ſticia poſtulat Nam pontificis ⁊ principis verbum eſſe pro lege de-
bet. Uale. meqȝ vt facis ama. Ex Tholentino. xiij. kal'. Octobres
M. cccc. liij.

Franciſcus philelfus. Iuliano Hęmitarum
generali ſalutem.

f Acit vel ſingularis mea erga te veneratio vel excellēs tua ſa-
piētia vitęqȝ ſanctimonia: vt audacter ea abs te petam: q̄ tum apd̄
deum: tum apud homines laudabilia eſſe duco. Templum hoc Ni-
colai Tholentinatis quem ob pientiſſimoꝝ operum merita in ſan-
ctorum coetu vniuerſa locat celebratqȝ eccleſia: in quorum ſacerdo-
tum tutela ſtatui deceat: nō te latet Quis em̄ ignorat quod etiam
precioſiſſimū ſit: vbi fuerit ſordibꝰ oblitum negligi cōtemniqȝ ſole-
re: Et res item minus omninn bonas ob cultum ⁊ ornatum exteri
orem in admirationem ſui rapere intuētes: Mentes hominū non
perſpicimꝰ. eas tamē ex operibꝰ iudicamus. Malim equidem virtu
tis ſimulatorem q̄ȝ apertū hoſtem. Qui vero animi bonitatem ora
tione vitaqȝ declarat. hūc ego proxime ad deū accedere iudico. Nec
is mihi ſatis officio videtur fungi: qui ſanę penitꝰ menti non reprę-
ſentat exterioris homīs ſanitatem ⁊ omni ſermone ⁊ vniuerſa vita.
Sed quorſum hęc: vt intelligas pater religioſiſſime multo melius
huic diui Nicolai templo ⁊ vniuerſo Tholentinatiū populo cōſul-
tum iri: ſi tua dignatio eos ſacerdotes eccleſię huic prefeceris: q̄ ani
mi innocētiam per omnem morum vitęqȝ obſeruātiam ſanctiſſimi
Aurelij Auguſtini repſentarint. Qua quidem in ſentētia cunctos
Tholētinatis facile reperias. Uale Ex Tholentino. xiij. kal'. octo-
bres. M. cccc. liij.

Franciſcus philelfus. Nicolao Quinto
ſummo pontifici ſalu. plu. di.

t Holētinatium oratores pater beatiſſime periuſtam habent
querendi apud te cauſam: quos vt ea facilitate audias: qua etiā om
nes iniuria laceſſitos ſemp̱ conſueſti: tuam ſanctitatem etiam atqȝ
etiam ⁊ rogo et oro. Sunt em̄ a ſanctoſeuerinatibꝰ Tholentinates
mei non iniuria ſolū: ſed maximis quoqȝ cōtumelijs perſępe affecti
Nec eſt quiſquā apud picentes neqȝ magiſtratꝰ; neqȝ pręſes: qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

remedium velit afferre. Quo fit: vt indies magis atqꝫ magis ⁊ au
geſcat huiõi malum ⁊ nõ ſine maximo periculo īualeſcat. Jtaqꝫ ad
tuam pietatem eundũ fuit: qui ea es ⁊ ſapiētia ⁊ iuſticia: vt tum ho
minũ fraudes atqꝫ inſidias facile pſpicias: tum omnia grauiter ac ī
nocētiſſime iudices: nec patiaris plus corruptionē poſſe q̄ꝫ verita-
tem. Quid hec ſibi velit oratio. ⁊ ſi liquido potes coniectare. omnia
tamē ex optimo ⁊ integerrimo viro Petro Nucetano perſpicue in
telliges. Ad hunc eñ diligēter omnia vereqꝫ pſcripſi. Ad ea autē
beneficia quibꝰ me ornaſti maximis: vnꝰ hic cumulꝰ accedet. ſi tho
lentinates mei cognorint meas apud te lrãs ſibi plurimum pfuiſſe.
Ego hoc ipſo die: quo haſce dederã ad tuã beatitudinem lrãs: eram
ex patria Mediolanum repetiturꝰ. Nec ſane obliuiſcar. ⁊ quid de-
beam. ⁊ quid gratum eſſe cognorim tuę ſanctitati. cui me cõmendo
plurimũ. Uale Ex Tholētino. xi. kal'. octobres. M. cccc. liij.

Franciſcꝰ philelfus Matthię trimano ſal.

q Uod mihi tantopere de reditu in vrbem Mediolanum ex
Romana Neapolitanaqꝫ peregrinatione gratularis gau-
deo. Jntelligo enim me amari abs te plurimum. Qua in re facis tu
quidem nihil ab amicitia noſtra alienum. Non eñ ignoras. q̄ꝫ mi-
hi charus es. Quo fit: vt delecter eo magis iſtiuſmodi teſtimonio.
quo in litteris viſus es. quod minus quandoqꝫ in amore conſueſti
reſpondere. Quod autē me hortaris. in caſtra vt eam: neſcio: q̄ꝫ mi-
hi ſane conſulas. Nam ferenti hoſtilis regis inſignia ſuccenſebunt
fortaſſe Franci meqꝫ pro Alphonſo rege hoſtiam facient. Jtaqꝫ a
Renato rege quęrendum eſt. liceat ne Philelfo verſari inter Fran
cos gladios impune. vel ab Alphonſo cum militari cingulo ⁊ poeti
ca laurea tũ proprijs quoqꝫ decorato inſignibꝰ. Ad hęc ſcire perue
lim. q̄ꝫ abundet ſphortiana menſa. Non enim alio mihi diuertendũ
eſt qꝫ ad regulum meum Sphortiam Secũdum. Ut intelligas
me famem quidem ferre poſſe in caſtris eſuriem vero nequaq̄ꝫ poſſe
Uale Ex Mediolano. xi. kal'. nouēbres. M. cccc. liij.

Franciſcus philelfus. Ciccho calabro
ſalutem plurimam dicit.

m Jror. quod nihil ad ea reſponderis: quę proximis diebus ti
bi de re mea ſignificaui. Nondum fortaſſis a principe didiciſti: qđ
cupimus. Jtaqꝫ rogo te: vt tandem reſpondeas: meqꝫ de omni eius
ſententia facias certiorem. Uale Ex Mediolanv. ix. kalen. No-
uembres. M. cccc. liij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Franciſcꝰ philelfus. Petro Nucetano ſal.

c Um eſſem poſtridie ꝓfecturꝰ in caſtra ducalia: offerreturq̃ in ipſo vt ita dixerim equitādi cardine fidus ⁊ familiaris nuncius: qui Romam peteret: nō ſum paſſus eum vacuū meis lr̄is iſtuc ire. Cœpi qđ. S. D. N. pergratū fore cognoui. Et ne interea tp̄is dū hoc agit: officij obſeruātięq̃ ⁊ pietatis meę viderer oblitꝰ: primum carmen de eius laudibus compoſui atq̃ ędidi: quod vt meo nomīe eiꝰ beatitudini exhibeas: te plurimū rogo. Uale Ex Mediolano. iiij. idus nouēbres. M. cccc. liij.

Franciſcus philelfus. Renato Regi ſal.

p Oſſes tu rex Renate nō abſurde admirari: quid in cauſa fuerit: vt cum modo in caſtra vrceana ad principem meum franciſcū Sphortiam ierim: te qui vix ad quinq̃ millia paſſuū illic abeſſes cum tuo inuicto fortiſſimoq̃ exercitu: nō continuo adierim: pręſertim cum tāti te ſemꝑ fecerim ac faciam: vt pluris certe neminē. At qui nihil mihi in animo magis erat q̃ ⁊ viſere te regem nobiliſſimū et te tāta maieſtate atq̃ ꝟtute principem alloqui coram ore. quem antea lr̄is nōnunq̃ cōſueſſem. Dicam paucis: quod mihi inopinato accidit. Quo die inſtitueram ad te ire. nunciatū eſt aduentare in caſtra Blancam Mariam clariſſimarū optimarūq̃ fœminarum ſplendidiſſimū quoddam certiſſimūq̃ exemplū. Non potui ꝓ officio meo nō ei obuiam ꝓficiſci: cui ⁊ plurimis ⁊ maximis beneficijs ſum obſtrictꝰ Nihil eſt ſane cui me minꝰ obnoxium velim q̃ ingratitudinis crimini: quo vno vitio vix vllum reor apud bonos ⁊ magnos viros inuiſius. Itaq̃ ſum coactꝰ differre in diem poſterū meum ad te acceſſum. Poſtridie cum vix illuxiſſet: afferūtur ex Mediolano ad me domeſticę litterę: quibꝰ moneor meos qoſdam affinis ītemptare neſcio quid litigij de vxoria hereditate aduerſus me. Quare cum eiꝰ rei gratia mihi eſſet opꝰ adire principem meū: qui eſt: vt noſti: bellicis rebꝰ occupatiſſimꝰ: rurſus impedior: quo minꝰ eam ad te. vt omniū maxime deſiderabam. Quid multis: Dum negocijs multis obruor: malui carere benigno tuo regaliq̃ colloquio: q̃ ſi minus id ꝓ dignitate a me factum eſſet: ineptꝰ iudicari: pręſertim cū omnino inſtituerim ad Natalez dominicū ⁊ viſere te quem et amo vnice ⁊ veneror: ac tātiſper apud te eſſe: vt nō viator veniſſe videar ſed ⁊ familiaris ⁊ tuus Et ne interea tp̄is videar oīno abs te abeſſe: dedi ad te monumēta quędā ingenij mei: vt ſaltem intꝰ videas: quem in cute nō potes. Uale Ex Mediolano. x. kal'. octobres

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio
philoſopho ac medico ſalutem.

c Um nuper ab Alphõſo rege et a ſummo eccleſię Romanę
pontifice Nicolao Quinto reuertiſſem Mediolanum: nihil mihi
potius duxi q̃ꝫ de te querere: quem mirifice diligo ⁊ obſeruo. Intelli
gere certi nihil potui. Itaqꝫ abs te vehemẽter peto: me vt facias tu
is litteris certiorem: q̃ꝫ belle vales. ⁊ q̃ꝫ noſtri es memor. Ad hęc ſci
re cupio: quid poſt captiuitatẽ de Conſtãtinopoli ⁊ vrbe et ciuibus
actum ſit: quid ve efferata illa Turcoꝝ barbaria poſt tantam victo
riam ⁊ molita ſit ⁊ moliatur. Si meos libellos illos es ex Ber-
nardo meo Juſtiniano cõſecutus: velim huic iſti publico tabellario
ad me des. Mittam ad te ſatyrarum codicem: modo cures iſtinc il
lum mature ad nos redire. Uale Ex Mediolano. xviij. kalendas
Januarias. M.cccc.liij.

¶ Franciſcus philelfus. Malateſtę No-
uello ſalutem plu. di.

q Uod proximis litteris tibi reſponderam: idem etiam nũc re
petam eſt neceſſe: quãdoquidem videre videor aliorum vel negligen
tia vel perfidia fruſtra ſcripſiſſe me. Plutarchi Chernonẽſis com-
parationes virorum illuſtriũ: quę illę παράλληλα nominat:
hic habet nemo quę ſcilicet ad latinos traductę ſunt. Itaqꝫ nihil ti
bi affirmare poſſim: an omnes traductę ſint illę vitę an minus tra-
ductę. Unum ſcio Lycurgi ac Numę Pompilij vitas quę apud
Plutarchũ in ordine primę ſunt: mea interp̃tatione latinas eſſe fa
ctas. Itaqꝫ ex Florẽtia id tibi ſciẽdum eſt. Nec em̃ dubito ea in vr
be eiuſmodi trãſlationes omnis reperiri. Quę tibi reliqua ſum pol
licitus ⁊ omnino abſoluã ⁊ breui. Ingratus em̃ ſim: ni te et obſeruẽ
et venerer plurimũ. Uale. Meqꝫ vt facis: ama. Ex Mediolano:
xiiij. kal'. Januarias. M.cccc.liij.

¶ Franciſcus philelfus. Albertho zancario ſal.

n Olim tibi perſuadeas quenq̃ꝫ eſſe ex amicis omnibꝰ te mihi
chariorem. Id em̃ cum modeſtiſſimi tui mores tum plurima ⁊ ma
xima beneficia citro vltroqꝫ mutua pietate collata iampridem faci-
le pręſtiterũt. Quod autem nihil in hãc diem poſt abitionem iſtinc
meam ad te ſcripſerim: illud ſcꝫ fuit in cauſa quod fruſtra id facere
nolebam. Nondũ em̃ princeps meꝰ in vrbem redijt ex caſtris. Ne
qꝫ eo abſente habeo quicq̃ꝫ: quod tibi ſim ſcripturꝰ. Tu interim bo-

na ſpe eſto. Non eñ fallam quã de me indubitatã habes opinionẽ. Uale ex Mediolano. xiij. kal'. ianuarias. M. cccc. liij.

Franciſc⁹ philelfus. Nicolao Cebe ſal.

f Uiſſent tuę mihi litterę ꝓ noſtra amicicia iucũdiſſimę: niſi triſtem mihi de obitu vxoris tuę Marię ſpinulę foeminę pudiciſſime nunciũ attuliſſent. Non eñ potui nõ dolere: cum intelligerem eam tibi rem nõ mediocri eſſe incõmodo. Nam ei certe nõ modo nihil accidiſſe mali: ſed poti⁹ boni plurimum cõtigiſſe credendum eſt: quãdo quidem ex terreni. vt ita dixerim: huius gurguſtij peregrina atq3 mortali immortalis ciuis effecta ſit cęleſtis illi⁹ ſempiternęq3 ciuitatis: vbi nulla varietas eſt nulla mutabilitas: ſed omnia plena trãquillitatis. ſecuritatis. beatitudinis. Jtaq3 nunc illa fruitur illo bono: quo nihil eſt maius. nihil meli⁹. nihil optati⁹. Nam dei quã greci ουσιαν vocãt pręſens coramq3 ſummo cum gaudio contemplatur: perſpicue intuetur: abſolute intelligit Uide igit̃ ne dum tuũ luges incõmodũ videaris illi⁹ inuidere cõmodo: cui te tantopę oſtẽdis affectum. Sed hac de re ſatis. Non eñ neſcio te omnis humanos caſus intelligere q̃3 modice ferre oporteat. Nec eges cõſilio: qui id dare alijs cõſueueris. Noui prudentiam tuam. noui cõſtantiam. noui animi magnitudinem. Facito eum te pręſtes: quem homines opinãtur: hoc eſt ⁊ grauẽ ⁊ ſapiẽtem. Quod autem ſcire vis quid ego de te ſentiam: nubendum ne ſit: an non nubendum ⁊ vtrũ puella ne ac virgini an viduę grãdiuſculę: reſpondebo paucis ac tibi ſentẽtiam animi mei liquido oſtẽdam. Natura fit: vt ⁊ creata ⁊ genita omnia in ſua ſpecie ſeruari velint. Jd autem alijs alia via minime abſurda paratum eſt natura: homo homĩs ſęmine nõ arte Promethei cõſeruatur. Lege cautum apud nos eſt: vt vna vxore eodem tempore homo cõtentus ſit: id quod etiam non modo Cecrops vetuſtiſſim⁹ ille rex: ſed quod lõge magis mouere nos debet in primis parentib⁹ videtur inſtituiſſe de⁹ omnipotens: quanq̃3 et Habrahã et Jacob duas ſimul vxores eodem tpe habuit Socrates. ⁊ Athenienſes itidem alij permulti. Multo pluris habebãt reges Mauritanię ac Scythię et Indię: quos vt licet exiſtimari: imitat⁹ impi⁹ Mahometes ſingulis ſuę perfidię ſectatorib⁹ vxores ſeptenas ducendas permiſit. Ji omnes qui vel duas vel pluris vxores habẽdas ſtatuũt: eam fortaſſe tationem obtendãt: quod ad augẽdum humanum gen⁹ ea res ſit cõuenientior. Jd quod ſec⁹ venire vſu tum ratio ipſa docet tum nõ minus experientia. Uitiatur eñ depꝛauatur

q̄z natura et procreandi vis coitu venereo frequētius repetito. At
is ſępius repetatur neceſſe eſt in multitudine varietateqz vxorum:
qua hominis cupido vęhementius excitata vi q̄z neceſſitate magis
delectatur: cum natura bonitas vltroneis atqz neceſſarijs gaudeat
non coactis. ⁊ ijſdem intempeſtiuis. Unde fieri videmus: vt multo
pluribus chriſtiani abūdent liberis q̄z mahometiſtę ⁊ omnis intem
perantia barbarorum. Quod ſi vxor procreandi gratia eſt inducta
adeo vt is qui apud Lacedęmonios vitam egiſſet cęlibem: infamię
eſſet obnoxius: quid dubitemus q̄z diu viri officio fungi quis poteſt
haud quaq̄z eum decere a re vxoria abhorrere. Quod cum omnibꝰ
eſt faciundum: qui vel lege vel alia honeſtiore cauſa minus impedi-
antur: tum Nicolao Cebę viro ętate adhuc firma. opulento. nobi-
li. ac maribus carenti filijs. Nam filię quoniam in alienam domū
non tam tranſcribuntur q̄z leuandi oneris gratia traduntur. vix
filiorum loco habendę ſunt: quippe quę paternę domꝰ nullam om-
nino curam pre ſe ferant. Puella ne an virgo ducēda tibi ſit. an grā
dior ac vidua: facile eſt conſilium Quattuor ea ſunt quę in vxore de
ſiderantur probitas. venuſtas. nobilitas. opes. Hęc tibi diſcrimen
faciant vt malis pudicam viduam quam impudicam virginem.
Quod ſi eadem in vtraqz concurrant. virginem viduę puellamqz
grandiuſculę pręferendam cenſeo vt lacernę vetuſtati ve obtritę in
tegram veſtem ac nouam. Quod eo magis tibi faciendum eſt quo
facilius intactam et puellam moribus tuis affingas q̄z natu gran-
dem ac thori conſciam. Malimqz hac in re ſequi Romanos q̄z La
cedęmonios. Nam hi quoniam rei bellicę equeſtriqz ſtudebāt vxo
res ducebant triginta natas annos atqz etiam grandiores. Puta-
bant enim robuſtiores partus gigni ex huiuſmodi mulieribus. At
Romaniqz: qui nulla re Lacedęmonijs fuerunt inferiores: quę
duodecim compleſſet annos: nubilem eſſe ducebant: ętatem ſcilicet
admodum facilem. quę viri ingenio ac moribus accommodaretur
Partus enim robuſtitatem in nutrimento ⁊ intima vi naturę pro
horoſcopij quod aſtronomi vocant ſideris influxu non in gignenti-
um annis poſitam eſſe. Quam ego ſecutus ſententiam quas habui
deinceps vxores alteram: vt noſti: Cōſtantinopolitanam. alteram
Mediolanenſem virgines ⁊ puellas non grandioris viduas ve ſe-
legi. Et ſi tercium mihi nubendum eſſet eodem vterer inſtituto:
Nec deterrerer: quod annum iam ſextum et quinquageſimum
agens: Natus enim ſum a Natali Chriſtiano Milleſimo tre-

centeſimo nonageſimo octauo. ⁊ id quidē octauo kal. auguſtas. mi
nus ꝙ̄ꝫ puella vellet. anhelarem. Nā ne robuſtior quidem etas pre-
ſtare id queat. Procreatio filioꝝ non expleri non obrui potu expetit
ſed leui irrigatione ſed perinde atqꝫ libatione cōtenta eſt. Quare om
nium primum tibi ſtudendū arbitror. vt puellam pudicam duas ꝓ
biſqꝫ parentibꝰ natam. Hec em̄ nihil plꝰ norit. nihil plus valet. ꝙꝫ
ipſe prebueris. Quod ſi alia quedam vel fortune vel temporis ra-
tio te vidue ducēde aſciuerit: modo ſobriam ⁊ prudentem inuenias
amorem viri mortui nolim pertimeſcas. Nam memor ille matris
Acidalie paulatim abolere ſycheum incipit. ⁊ viuo pre tēptat ver-
tere amore. Hec ſunt que tibi in ſummis occupationibꝰ meis reſpō
dere potui. Reliqua tu vt es vir ingenio ⁊ prudentia ſingulari: non
difficile cōſiderabis. Te vehemēter etiam atqꝫ etiaꝫ rogo. vt ad me
ꝙ̄ꝫ diligētiſſime perſcribas rem omnem Cōſtantinopolitane capti-
uitatis. Nam aliȷ̇ aliter narrāt. Et an vniuerſus populꝰ ſit actꝰ in
ſeruitutem: tātaqꝫ cedes facta. quātam vulgo tradūt Preterea quo
in ſtatu eſt Galatas. ac finitimi reliqui Chriſtiani populi. qui Tur
corum apparatus. Nam ꝙ mari ſint Italiam inuaſuri. nihil eſt.
quod minꝰ credam Per cōtinentem illis eſt iter ⁊ per Dalmatiam
Pannoniamve. Hec em̄ conſiderāti mihi potior viſa eſt Tu velim
quid ſentias peto intelligē. Uale. ⁊ me facito certiorē an ſint res ve
ſtre cum Alphonſo rege compoſite. Bellum ne vobis aduerſus il-
lum an pax futura ſit. Ex Mediolano. x. kalendas Februarias.
M.cccc.liiȷ.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao Uaroni ſal.

q Ui tibi reddidit has litteras. vir eſt ⁊ bonꝰ et non indoctꝰ:
mihiqꝫ multos iam annos perfamiliaris. quem vt ⁊ diligas ⁊ com-
mendatum habeas Rogo. Uale ex Mediolano. x. kal. februarias
M.cccc.liiȷ.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio
philoſopho ac medico ſalutem

n Jhil in hāc diem acerbius ſenſi vnqꝫ in vita noue Rome ca
ptiuitate. Jd quod ſi ſecꝰ mihi accideret. iudicarem me profecto in-
gratitudine omni ingratiorem. nō ſolum quod ⁊ ſocrum mihi cha-
riſſimam Manfredinam auriam nobiliſſimā ⁊ pudiciſſimam foe-
minam ac duas eiꝰ et ſoceri mei Joānis chryſolore preſtantiſſimi
equitis aurati ⁊ eruditiſſimi viri filias meorum quattuor filioꝝ ma
terteras ī obſcuram ſeruitutē a barbaris ⁊ teterrimis Turcis actas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

audio:ſed eo magis:quod ea vrbe ⁊ matre ſum vſus ⁊ altrice educa
triceqꝫ inuētę ſtudiorumqꝫ meoꝝ. Uerum quoniā humanę res om
nes mutabilitati ſubiectę ſunt:⁊ quę principiū habuerūt:finem etiā
aliquādo habeāt:natura neceſſe ē:meipſum accuſo:quod velim fra-
gile ⁊ caducum aliq̄d ſempiternum fieri. Hac etiam ratiōe tibi quo
qꝫ luctuoſiſſimū caſum tuū ⁊ ęgritudinē omnem quā ex īmatura at
qꝫ īmiti morte filij fratris tui innocētis ⁊ optimi quidem illiꝰ iuue-
nis cōcepiſti ęquiore animo ferendam cenſeo. Nihil em̄ apud nos
fit inuito deo:qui ⁊ nouit omnia ⁊ cōſulit meliora. Reliqua vero q̄
ad me ſcripſiſti:placuerūt omnia. Faciāqꝫ ꝓpediem vt intelligas cō
ſilium apud me tuū plurimū valuiſſe. Te interim vehemēter rogo
operā des:vt ex Bernardo Juſtiniano q̄ tibi antea ſcripſi.⁊ cōſequa
ris.⁊ huic iſti tabellario ad me des. Pręterea hippocratē quoqꝫ me
um ſi ex Mattheo Peruſino philoſopho ac medico doctiſſimo aſſe
cutꝰ es:mitte ad me. Siquid aliud certi habes de Turcis ⁊ rebus
orientalibꝰ velim q̄ diligētiſſime ad me ꝑſcribas. Uale Ex Medio
lano.x.kal'. Februarias.M.cccc.liij

¶ Franciſcus Philelfus. Joanni Mario
filio ſalutem pluri. dicit.

f Aciūt occupationes mee:vt ſim ad ea reſpondendo breuior:
que proximis lrīs a me petieras. Leonardꝰ Theologus idemqꝫ ma
thematicꝰ duo non tam eloquēter q̄ ſubtiliter opera in mathema-
ticis elucubrauit annis ſuperioribꝰ: alterum in geometria:quod ar
tis metricę nomie appellauit.ob eam ſcꝫ ratione:ꝙ μετρον gre-
cum menſurā ſignificat apud noſtros:alterū in Arithmetica:qd̄ eſt
de numeris ſupputādiqꝫ ratione ἀριθμοσ em̄:vt ſcis:numerꝰ eſt
apud latinos. Siq̄s autem titulū deprauarit.vt quę de numeris ē.
inſcripſerit artē metricam.q̄ tota in dimenſione verſat̄.ipſe viderit.
Res em̄ ita habet.vt dicimꝰ. Qui ſecꝰ ſenſerit gręcę litteraturę et
ipſiꝰ diſciplinę indoctꝰ eſt. Quod autē de Marone ſcripſiſti.id to-
tum eſt fabuloſum Nā neqꝫ de Chriſto ſenſit Maro.ſed de Pollio
nis filio.ꝙ de Chriſto multo ante ſibylla afflatu diuino quodā vati
cinata eſt. De Uliſſe vero qd̄ dicis placere quibuſdā ſcribi ꝑ i.lati-
num et x ante es. Ulixes.aut ij ſunt imperiti gręcaꝝ litterarum aut
omnino negligētes Ulyſſes em̄ gręcum eſt nomē ὀλυσσεσ:o.
ſcꝫ breui mutata ī u id qd̄ in alijs pleriſqꝫ fieri cōſueuit.et d in l mo
re nō ſolum nr̄o.ſed etiā gręco. Qd̄ vero.υ.φιλον quod eſt y.te-
nue vertat̄ in i.aut duo ſſ.in x.nec grāmaticę ratio patit̄:nec vlla ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

terum auctoritas Nam quod ſcribis de. xx geminato. id non ſolum abſurdum eſt: ſed ineptum ſane ⁊ fatuū. cum eę tot cōtinuatę conſonātes. quę quattuor ſūt duę ſemiuocales ⁊ duę mutę ſimul eſſe nullo pacto poſſint. Hercules hoc eſt ἡρακλῆς cognomē eſt vel fortaſſis agnomen potiꝰ Alcidę. qui vir fortis ⁊ magnꝰ imꝑator poſt res clariſſime geſtas Junonis inuidia glorioſus Hercules dictꝰ eſt. ἥρα em̄ eſt Juno. κλέος vero fama ſeu gloria. Qua ratiōe factū videmꝰ vt nōnulli cognomiati ſint Hercules. De liberalitate ⁊ munificētia eam cenſeo fieri differētiam. q̄ [illegible] greci inter ἐλευθεριότητα et μεγαλοπρέπειαν volūt. vt liberalitas ſit inter paruos homīes ac priuatos μεγαλοπρέπεια vero hoc eſt ad verbum magnidecētia nomen apud nos inuſitatum inter magnos viros verſetur magniſq; in rebꝰ. Ut qui magna ꝓ dignitate muneret. ſit apud illos μεγαλοπρεπής. apd̄ nos vero magnidecēs vel q̄d vſitatum videmꝰ munificꝰ. Sed qui in paruis muneribꝰ liberalem ſeſe nō abſurde pręſtat. is a grecis dicit̄ ἐλευθέριος. Nec illud volo te lateat cōſueſſe quoſdam μεγαλοπρέπειαν. interꝑtari magnificētiam: errātis hos quidem. cū magnificētia vel locupletiſſimo Ciceronis teſtimonio ſit ſpecies fortitudīs. Uale Ex Mediolano. xiiij. kal. martias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Thomaſio phō ac medico ſalutem.

q Uo nihil ī vita poſt obitū illius ſummi viri Leonardi mei Juſtiniani luctuoſiꝰ aut moeſtius audiui. mihi nuꝑ eſt renunciatū Franciſcū barbarum priſcę grauitatis ⁊ eruditiōis exēplū migraſſe ex hac luce. Magna eſt noſtro ſeculo ꝓmagna eloquentię iactura iniecta. Uenetis vero omnibꝰ plane ſingularis. qui talem virū amiſerint. qualem habēt alterum neminem. De doctis atq; diſertis loquor. Nam viros grauis ⁊ ſapiētis ſcio eſſe Uenetis poene inumerabilis. Sed qui idem ⁊ gręcę eſſet ⁊ latine doctiſſime eruditꝰ. quē alterum habeatis illuſtrem audio neminem. Doleo igit̄ ⁊ veſtrum in tāto viro ⁊ noſtrę tempeſtatis naufragium Oſtēderem autē verbis pluribꝰ moerorem hūc meum: id quod ne ī pręſentia faciam: repentina profectio tabellarij impedimēto ē. Quare de hoc ſatis. Tu velim nomīe meo cum ijs verba facias. quos ille ſibi heredes īſtituit. Repetaſq; meos illos codices grecos quos barbarꝰ habuit a me mutuo. ⁊ totiēs: vt ſcis: ꝑ lrās teq; internunciū repetiuimꝰ. Uale Ex Mediolano. xiij. kal. martias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus philelfus. Joãni Mario filio ſal.

a De ea quę petieras proximis dięebus: reſpondi tibi. Qd' ſtic tibi honoratus ſit locus: gaudeo. Redibũt fortaſſis aliquan do Taurinates cum muſis in gratiam. Eſt eñ vrbs iſta ⁊ vetus et nobilis a Phoetonte: vt tradũt: cõdita. Tu velim: a Minerua ne deſciſcas Nam repugnãte natura nihil fieri recte poteſt. Itaqꝫ mal le te debes ⁊ oratorem et poetam eundemqꝫ philoſophum q̄ꝫ iuriſcõ ſultũ ⁊ rabulam mercẽnarium dici. Ne illi faueã cui me odio eſſe ⁊ ipſe dicis ⁊ ego noui: ignorare mihi videris dũ moues: ſolẽ τουσ λέγαλοψύχουσ iniurias non cõtemnere min⁹ q̄ꝫ obliuiſci Illius ſit maledicere. noſtrũ autem benefacere. Uale Ex Medio lano. ix. kal'. martias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus philelfus. Nicolao Quinto ſummo pontifici ſalutem.

ſ Tephanũ Caciam nouariẽſem iuriſcõſultum et Taurinatẽ archidiaconum tuę ſanctitatis cubicularium in ijs quę mihi expo ſuit tuo nomĩe. ⁊ ſumma cum obſeruãtia ⁊ libẽtiſſime audiui. Nec diligẽter minus q̄ꝫ fideliter geſſi omnia geroqꝫ aſſidue: quę tum lit teris tuis: tum eius nũcio tibi grata fore cognoui. Habeo autẽ bea titudini tuę gratias ĩmortalis: quod fidei meę pietatiqꝫ erga te ita fidis: vt debes Quid eñ pro te factur⁹ non ſum: cui⁹ ſingularẽ ſum iampridem beniuolẽtiam ⁊ pręcipuam modo benignitatem ĩ me ex pertus. Tantũ me tibi debere intelligo: vt ne vitam quidem ipſam ĩ mea magis q̄ꝫ in tua poteſtate poſitam eẽ velim. Itaqꝫ imperare ſit tuũ pro volũtate omnia. parere autẽ meum cũ omni integritate. ve neratiõe. induſtria. Uale pater beatiſſime. Ex Mediolão. iiij. kal'. Martias. M. cccc. liij.

¶ Franciſcus philelfus. Petro Nucetano ſal.

a Ntonio Lyttę mediolanenſi pręſbytero lrãs ad te dedi. iiij idus nouembres. Eratqꝫ cum ijs ſapphicum adonycumqꝫ. carmẽ ad ſanctitatem domini noſtri longiuſculum. Sum autem mirat⁹: quod nihil in hãc diem mihi reſponderis Nec potui nõ dubitare ne litterę tibi meę redditę fortaſſe non eſſent. Noui eñ agilitatem no ui humanitatẽ noui liberalitatem animi tui Itaqꝫ non ſine cauſa id accidiſſe arbitror. Sed cum hac de re. tum de alijs nõnullis Xeno phon filius tibi coram exponet. Tu velim me vt facis: ames Tibi qꝫ perſuadeas eum eſſe me. qui tibi omnium maxime noſtri ordinis ſim affect⁹. Cõuiuia mediolanẽſia eidem Xenophõti filio ad te dedi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Uale Ex Mediolano.iiij.kal'.martias.M.cccc.liij.

¶ Franciſcus philelfus.Malateſtę No-
uello ſalutem dicit plurimam

e T. Salbę et Othonis Cęſarum vitas ex Plutarcho ad lati
nos traduxi.tuoqꝫ nomini dedicaui.Quid autem i cauſa fuerit.qđ
eas Xenophonti filio nūc iſtac iter facienti ad te non dederim .idem
Xenophon tibi coram exponet. Poſt dies quindecim ſiquis oblatꝰ
fuerit.cui ea res tuto cōmitti queat.dabo ad te. Tu velim tibi per-
ſuadeas mihi tuo nomine nihil eſſe iucūdius. Nam dignus es pro
tuis maximis ſplendidiſſimiſqꝫ virtutibꝰ: quem omnes diligant:
ament .obſeruent.venerentur. Ego propediem fore ſpero:vt pax fa
ciat poſtliminium . tantus et barbarorum ⁊ exterarum nationum
terror impendet. Uale Ex Mediolano. iiij.kalendas Martias.
M.cccc.liij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Petro perleoni ſal.

b Inis alijs litteris tibi ſignificaui Joannem Caimum neqꝫ
feciſſe neqꝫ facturum ſani quicqꝫ de re tua. Seqꝫ dicit tibi debere ni
hil.quoniam pro te alijs ſatiſfecerit. At illi quos is prędicat. factū
id pernegant. Jtaqꝫ ſi me audis.tute Mediolanū concede. Nam
ſi ſecus feceris.nihil feceris.exteſqꝫ negligentia tua quadam amiſe-
ris. Tu rem paucis tenes. Reliqua ex Xenophonte filio coram ac-
cipies: Uale cum pudiciſſima vxore tua. Meqꝫ tuo illuſtri ꝑncipi
cōmenda. Ex Mediolano.iiij.kal'.martias.M.cccc.liij.

¶ Franciſcus philelfus. Petro barbo cardina
li Ueneto ſalutem dicit

x Enophonti filio Romam veniēti idcirco litteras ad te dedi
vt intelligeres me tanti facere beniuolētiam tuam quam mihi nu-
hi familiariꝰ tecum loqui. Num es oblitꝰ. quod Cyrum dicē ſolitū
tradūt. neminem decere imperare. qui ſubditis nō ſit melior. Quo
aīo populi eum ferāt. quem indignum pricipatu cenſuerint: Quid
eñ alios regat. qui ſeipſum neſcit: At reipublicę imperādi diſcipli/
na nō tradit̄ natura. ſed litteraꝝ libroꝝūq; monimētis. Itaq; vir
indoctus ⁊ indiſertꝰ non modo ciuitates nō bene rexerit. ſed ne ſeip
ſum quidem. Oportet eñ principem nō minꝰ eloquētem eſſe. q̄; et
ſapiētem. ⁊ iuſtum. Laudat̄ certe a viris prudentibꝰ illud Paryſa
tidis dictum. quo artaxerxen filiū monebat. vt cum orōem eſſ; ha/
biturꝰ ad populū. ꝟbis grauiſſimis ⁊ ornatiſſimis vteret̄. Et Pla/

to beatas fore illas reſp. affirmabat. quę ab ijs regerētur. qui aut ip
ſi ſaperēt. aut ſapiētię ſtuderēt. Nec em̄ parū ille ſapiētię ſit adeptꝰ
qui ſe cupit ſapiētem fieri. Bono autem ⁊ ſapiēti principe ſimulqꝫ
eloquēti nihil perfectiꝰ eſſe duco. nihil magnificētius. nihil ciuibus
vniuerſęqꝫ reip. neqꝫ foelicius nec beatius. Cura igit̄ quęſo. ne litte
raꝝ ſtudia deſerat Fredericꝰ. quibus tamdiu opera dāda eſt. quoad
ſe totum ad imitationē tui imaginemqꝫ affinxerit. Nullā iſti pul-
chriorem hęreditatē ceſſurus es. nullam meliorē. nullam diuturni
orem q̄ꝫ virtutis tuę grauitatiſqꝫ diſciplinam. Omnia certe. q̄ aut
corporis. aut fortunę dicūtur cōmoda. ſunt vel minimo animi bo-
no inferiora. hoc em̄ in noſtra eſt poteſtate poſitum. hoc immortale
atqꝫ ſempiternū. Illa vero nec noſtra ſunt ⁊ inſtabilia planeqꝫ ca-
duca. Quare fac obſecro. vt ⁊ dicēdo. ⁊ agendo ſapiētiam tuam ſem
per et eloquētiam Fredericꝰ repręſentet. Nam quod ais per te non
deſtitiſſe. quin litteratꝰ ac diſertꝰ fieret. cum eiꝰ ętas ad huiōi munꝰ
eſſet aptiſſima ſed quem ingēti mercede p̄ceptorem quęſieras. haud
potuiſſe cōſequi: velim quid iſta de re ſentiam. accipias paucis Om
nium primum quod ad p̄ceptorem attinet. id qđ tua bona venia di
ctum velim. quęrebas crepuſculo lucem noctis infundere. oblitꝰ vt
videt̄ ⁊ contraria curari cōtrarijs. ⁊ illud item omne tulit punctum
qui miſcuit vtile dulci. Triſtē Scipionis africani ſeueritatem. nā
huiōi illum facie extitiſſe perhibēt. hilaris lenitas Lelij condiebat.
Freno dicere ſolitꝰ Plato tradit̄ Ariſtoteli opus eſſe ⁊ calcaribus
Xenocrati. quippe quoꝝ alter tardiore eſſe ingenio. ſed Ariſtoteles
alacriore quā par foret. atqꝫ acriore. Medium ſane quiddam ꝓba
re Plato videbat̄. quod tanq̄ꝫ ex Ariſtotele Xenocrateqꝫ cōſtaret.
Quātum poſſum intelligere Fredericꝰ tuus eſt natura melancho-
nicꝰ. At melanchonicos omnis eſſe ingenioſos docet Ariſtoteles.
Et ne id quidem mirū. Sūt em̄ cogitationi natura dediti. Qui au
tem multū cogitat: multa quoqꝫ ex ſe inueniat neceſſe eſt: quę a ne-
mine didicerit. Ut igit̄ opera danda eſt: ne feruēs ingenium nimio
ocio defrigeſcat: ita etiam ſtudēdum ne triſtiore cōſuetudine ſe atrę
omnino bili faciat obnoxium. Is inq̄ꝫ doctor adhibendꝰ eſt Frederi
co: qui omni vita probatꝰ ſit: tum moribꝰ nō ſordidis incultiſqꝫ po
tius: q̄ꝫ lautis: ⁊ amoenis. Nam quam tādem ętatem aliam ad lit-
teraturam ⁊ humanitatis artes aptiorem iſta exiſtimemꝰ: quā fre-
dericus nūc agit: qui natus annos ſeptem ac decē iam quid ſibi agē-
dum ſit: per rationem aſſequi poſſit. Solus em̄ homo ex omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

animantibꝰ agere dicitur. ⁊ is quidem homo: qui aſſecutus iam ſit
perfectū rōnis vſum: quo quidem ipſo. ⁊ muliēs. ⁊ pueri. ⁊ qui mē-
tis cōpotes nō ſunt: carē iudicant. Nam qđ aut infantes: aut pue-
ri didicerint: id ne intelligūt quidem. Unde fit: vt neqꝫ ij boni neqꝫ
mali affirmari queāt. Sed oīs eoꝝ vel vitupatio: vel laus aut parē
tibꝰ danda ſit: aut pceptoribꝰ. ⁊ his viris: quoꝝ aut minis. aut blā-
dicijs parēt. Adoleſcētes vero ⁊ ſi ſapeiam coeperūt. abducūtur ta
men nōnulli ab animi ꝑturbationibꝰ. ⁊ ita relicta rōne rapiūtur in
deuia. vt nuſquā cōſiſtere poſſe videant. Itaqꝫ huic quoqꝫ ętati nō
minꝰ ſępe ꝗ̄ꝫ pueris fręno eſt opꝰ. Nam qđ pueri deliquerint. quia
nondū aſſecuti ſint rōnis imperiū. Idem venire vſu adoleſcentibus
ſolet qđ illud deſeruerint Quare ſi pudor ⁊ verecūdia nō tantā vim
habet. vt hūc ętatis feruorem cōpeſcat. ac leniat. alia quędā acriora
ſuut callidioraqꝫ remedia adhibēda. q̄ quidem excogitare parētum
eſt. ⁊ eoꝝ. qui in eam ętatē ius habent. Uidemꝰ eīm alios duci blan
dicijs. alios quibuſdā munuſculis. admonitionibꝰ alios. nōnullos
caſtigatiōe. increpatiōe. metu. Nō eaſdem moribꝰ omnibꝰ curatio
nes medici addere ꝯſuerunt. Pro cuiuſqꝫ ingenio ac morbo quiſqꝫ
curandꝰ atqꝫ ſanandus eſt. Illud mihi exploratiſſimū eſt oīs bona
indole adoleſcētes parentibꝰ gratificari maxime obtēperareqꝫ ſole-
re. Nec equidem ambigo ꝓnceps Lodowicę. ſi tuꝰ pręclarꝰ mode
ſtiſſimuſqꝫ filiꝰ Fredericꝰ liquido aīaduerterit ſe tibi iucūdiſſimam
rem factuꝝ. vbi litteraꝝ. ⁊ liberaliū diſciplinaꝝ ſtudijs ſe tradiderit
fore. vt nihil ſibi potiꝰ ducat. ꝗ̄ꝫ ⁊ dies. ⁊ noctis in hoc pulcherrimo
laudatiſſimoqꝫ munere cōſumere. Nec eīm grauiſſimos iſti cū vo-
lueris: eruditiſſimoſqꝫ doctores defuturos: a quibꝰ honeſte queat. ⁊
liberaliter ad ea omnia inſtitui: quę ad bene beateqꝫ viuēdum req̊-
runt in principe. Id autē eo magis tibi curandū eſt: quo cęteris oī
bus italię principibꝰ es lrīs. ⁊ doctrina ſuperior. Nō eīm paſſurus
ſis: vt in hac tam illuſtri hęreditate: tāqꝫ tibi atqꝫ tuis ꝓpria dege-
neraſſe Fredericū a patrita. ⁊ auita gloria vlli inſimulēt. Hęc ego ꝑ
mea erga te pietate cōfidentius fortaſſe ꝗ̄ꝫ deceret: ſcripſi: quę tu ve-
lim clęmēter: vt ſoles omnia: ac benigne interp̄teris: vel eo vſus grę
corum prouerbio: quo iubetur quę amicorum ſunt: cōmunia duci
oportere: id quod non minus in liberis ꝗ̄ꝫ in pecunia tenendum at
qꝫ ſeruādum puto. et eo fortaſſis in liberis maxime: quo meliꝰ hiſce
atqꝫ pręclarius conſultum cupimus ꝗ̄ꝫ ſuppellectili ⁊ pecudibus.
Uale princeps optime ac munificentiſſime. Meqꝫ vt facis ama.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Ex Mediolano. vi. Id⁹ decẽbres. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Nicodemo Tran-
chedino ſalutem plu. di.

l Ittere tuę fuerũt mihi iocũdiſſimę tum tua cauſa quem in-
tellexerim bene valere cũ vniuerſa familia: tum etiam ob Franciſcũ
patricium: quem e mortuo viuũ factum acceperim. Triſtis enĩ de
homĩe amiciſſimo nunci⁹ perlatus ad nos fuerat: cum eſſet: q̇ aſſe-
reret vel ſe p̄ſente ſuppliciũ eſſe de eo ſumptũ. Itaq͡ʒ indolueram ei⁹
vicem: ob idq͡ʒ omnem popularẽ ſtatum: qui ſine ſeditione eſſe vix
vnq̄ʒ cõſueuit vehemẽtiſſime execrabar. Quanq̄ʒ Frãciſco familia-
ri noſtro nihil magis arbitror obfuiſſe: quã inuidiam: qua viri prę-
ſtãtes nunq̄ʒ caruerũt Letor igiꝫ plurimum: q̄d pręter opinionem
ac luctum nobis acciderit. Tibiq͡ʒ habeo ingẽtes grãs quod iſti⁹ di
gnitati ſtudeas. Id q̄d vt aſſidue facias: te etiam atq͡ʒ etiam maio-
rem in modum rogo. Q̄d vero de re altera cõſilium ceperis. probo.
et gaudeo. Miror autem q̇d viro illi in mentem venerit. vt cũ iam
ad calcem p̱uenerit. a decurſo iam olympię ſpacio auertaꝫ. atq͡ʒ vi-
ctorię palmam renuat. Num forſan cum ętate animi quoq͡ʒ vigor
cõſenuit: Uerum tu hebeſcẽti iam ſanguini flãmas adijce rationis
Cõcaleſcet fortaſſe: priorẽq͡ʒ vim accẽſus reſumet Nos omnes va
lem⁹ recte. Uale etiam tu atq͡ʒ tui oẽs vel noſtri poti⁹. Patricium
q͡ʒ hortare. vt forti animo ingẽtiq͡ʒ ſit. memineritq͡ʒ ſapiẽti nihil ob
eſſe poſſe. ⁊ fortunã omnem vel minima v̄tute eſſe inferiorem. Ex
Mediolano p̄die kal'. Januarias. M. cccc. lvi.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Donato actiolo ſal.

v Idi ac legi ſuauiſſimas tuas lrãs ad Jacobum actiolũ tuum
quid in quã tuũ: imo noſtrũ. Nam amicoꝝ quę ſunt. ea p̄ua-
ta his eſſe nõ oportet. ſed perinde ſane atq͡ʒ cõmunia. Mirat⁹ autẽ
ſum. quid tibi in mẽtem venerit. q̄d ethruſco malueris maternoq͡ʒ
vti ſermone. q̄ʒ latino. ⁊ litterato. Nam facũdum eſſe te planeq͡ʒ di
ſertum ignorat nemo. At Jacobum noſtrũ tantũ in dicẽdo valere
experti ſum⁹. vt ſuę ętatis nemini cõcedat. Num fortaſſis oſtẽdere
voluiſti nõ omnino te grecum factũ. quoniam apud eruditiſſimuʒ
eloquentiſſimũq͡ʒ virum Joãnem argyropulum grecis diſciplinis
ſtudeas: quaſi greca oratio latinę aduerſeꝫ. vt nõ ſimillima ſit poti⁹
et ei maximũ afferat ornamẽtum: At ne quippiã quideʒ ſcripſeras
q̄d in hominũ manus venturũ nolles. Fit enĩ ſępe: vt quę videntur
ineptiora. idcirco ſcribam⁹ materna lingua: quoniã exſcribi a quo-

piam nolimꝰ. Nam que ornatiꝰ ſcripta fuerint. ea perſepe vel inui-
tis nobis ⁊ excribūtur. ⁊ ſeruātur diutiꝰ. Itaqꝫ non intelligo. ꝙ ita
ſcripſeris. niſi forſitan factꝰ ſis ad lrās auidior. nolueriſqꝫ alios or-
natiſſime tue dictionis imitatores effici. Qua in re magis mihi ꝓ-
batur Jacobꝰ. qui quottidie aliq̄d ſcribit minerua. ⁊ eloquentia ſua
dignū. Id quod ſi tu etiam feceris. tum pro officio facies. tum no-
bis omnibus. qui tui certe ſumus. Voluptatem permagnam affe-
res. Vale cum tuis omnibus. Ex Mediolano. nonis Januarijs.
M.cccc.lvi.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Petro perleoni ſal.

q Vod ad venetos te recepis viros plane optimatis. non ſo-
lum probo. ſed etiam letor. Facile em̄ futurum ſpera . vt do-
ctrine virtutiqꝫ tue paria premia referant. Idqꝫ propediē. I em̄
ſunt veneti. vt nunꝙ ſe beneficio vinci patiātur. ſꝫ officium ſemper
officio cumulēt. ⁊ maximo ope promereri ſtudeāt. Gratulor igitur
foelicitati tue. qui in eo ſis loco tādem collocatꝰ. vbi ⁊ emolumenta
ſis non vulgaria. ⁊ laudem item maximā breui aſſecuturꝰ. Inſtitue
igit̄. vt coepiſti. patricios iſtos adoleſcētes non morū minus ꝙ do-
ctrine eloquētieqꝫ preſtātia. Foecūda nactus es feraciſſimaqꝫ inge
nia. que quod laudis ſemē acceperint. ad maturam frugem miro i-
cremēto ſint ꝓductura. Unde etiam tu tanꝙ diligentiſſimꝰ quidā
fortunatiſſimuſqꝫ excultor cum vberrimos percipies fructus. tum
me ingēti afficies voluptate. qui tuā laudem omnem ꝑmagne mi-
hi laudi eſſe duco. Nam q̄d ais de inſectatiōe inuidentiū. id tibi quo
qꝫ iucūdum eſſe oportet. cum intelligas excellētiam omnem inuidie
eſſe velut obnoxiam. Nam q̇d malis: vtrū excellere. an excellētiam
pati: Itaqꝫ animo cōſtanti excelſoqꝫ ſis Tibiqꝫ perſuade obnixeqꝫ
tuere omnia eſſe ꝩtute inferiora. cui quo magis inuidet. eos eſſe ma
gis gloria facit ⁊ addit ſe comitem. Quare tibi opa danda ē: ita eru
ditione. ⁊ dicēdi elegātia ſplēdoreqꝫ augeſcas. vt vbi nemo propter
aſſequēdi deſperationē inuidere audeat. Paribꝰ em̄. aut aliquāto ſu
perioribꝰ inuidet. Preſtātie autē nimietas hoc morbo vacat. Va
le Ex Mediolano. iiij. idꝰ Januarias. M.cccc.lvi

¶ Franciſcus philelfus. Nicodemo Tran-
chedino ſalutem plu. di.

r Em mihi facies nō minus gratam ꝙ neceſſariam. ſi q̄d die-
bus ꝓximis ad te ſcripſi. ⁊ ꝙprimum. ⁊ ex ſentētia mea curaueris.
Scio quātum prudētia vales. quantū etiam gr̄a. Itaqꝫ nihil du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

bito propediē fore. vt conficiat. quod cupimꝰ. modo aduigilare vo
lueris. Tuo autē erga me aīo certiꝰ habeo nihil. Matura igitur. ſi
me amas. ꝛ quod volumꝰ. effice. Uale. Ex Mediolano. iiij. idꝰ ia
nuarias. M. cccc. lvi.

¶ Frāciſcꝰ philelfus. Aeneę cardiali Senēſi ſal.

b Jnas lrās tuas: quas nō eodem tempore ad me dederas. eo
dem accepi die. Fuerūt vtręqꝫ mihi nō iucundę minus. q̄ꝫ
optatę. Quid em̄ non iis erat per lenū humanitatis ac benignita
tis tuę? Itaqꝫ vt mihi plurimū ſum lętatꝰ. quod intellexerim apud
veterem amicum meę in ſe pietatis memoriam nulla eſſe īterceptā
neqꝫ tempoꝛ nec fortunę varietate. ita maiorem in modum tibi pa
tri ampliſſimo gratuloꝛ. qđ omnia ſis ſumma in hāc diem tua ſum
ma cum dignitate adeptꝰ. ꝛ id ſane nō modo non petēs. ſed ne cupi
ens quidem. Quo fit. vt ſatis perſpicue cognoſcē cuiqꝫ liceat. q̄ꝫ ac
ceptꝰ immortali deo caruſqꝫ ſis. Non em̄ ſine diuino quodam cōſi
lio ac mēte huiuſmodi bona cōtingūt hominibꝰ. Sed cuiꝰ ęterna
prouidētia inferioꝛa hęc omnia ſupernaqꝫ gubernātur: illiꝰ quoqꝫ
volūtate ac iuſſu cuiqꝫ ꝓ meritis reddit. Uixiſti ſemper innocēter.
et pie. Nec aliud quicqꝫ in bonis ducere vnq̄ꝫ conſueſti: q̄ꝫ Chriſtū
optimum maximū. Quare idem Chriſtꝰ et omnipotēs deus. et dei
omnipotētis filius qui centū pro vno reddere ſemꝑ eſt ſolitꝰ: tua ob
ſeruātia. cultu. bonitate delectatus: ſuis te in dies magis magiſqꝫ bo
nis auget: honoꝛibꝰ amplificat: fœlicitate cumulat. Tu autē vt es
animo maximo ſplēdidiſſimoqꝫ ingenio: vt ducis omnia ꝟtute infe
rioꝛa: vt iudicas nihil habēdum eſſe ſine deo in bonis: diuinam quo
qꝫ bonitatem atqꝫ ſapiētiam imitaris. Nihil ſupra hominem vel ꝓ
fiteris: vel audes. Pręſtas in omnes te facilem: humanū. manſue
tum. Nihil tibi aut ad rem: aut ad dignitatem additum putas: qđ
ab deo nō ſit. Quamobrem ſempiterni dei: tanq̄ꝫ vel negociatoꝛ: vel
prębitoꝛ aliquis te in cunctos ea geris benignitate: qua ſemꝑ antea
mirifice claruiſti. Hinc etiam me nō minoꝛe nūc dilectione comple
cteris: q̄ꝫ vſqꝫ a ꝓmis annis quibꝰ tibi ſum cognitꝰ mirifice dilige
bas. Et ne id quidem mirādum. Nam cum ſola virtꝰ eſſet: quę me
tibi cōciliabat: eo fit: vt eadem duce idem ſit tuꝰ erga me amoꝛ. Mea
enim erga te obſeruātia tanta eſt: quāta vel fuit vnq̄ꝫ vel maioꝛ eſſe
poſſit. Et hac de re ſatis. Cętere quę ſcripſiſti: ītellexi. Tibiqꝫ habeo
gratias īmoꝛtalis quod quātum in te fuit: deſiderio meo ſatis cumu
latiſſime feciſti. Siquis autem vnꝰ ſit: qui de meo illo codice aliq̄d

certi habeat Beſſarionem cardinalem nicoenū hūc eſſe puto: quip-
pe qui ꝛ vtriuſqꝫ eloquiȷ̄ atqꝫ diſciplinę doctiſſimus ſit: vt noſti: ꝛ q̄
ri apud Calliſtum pontificem ſolitū. accipio: quod Nicolai quinti
ornatiſſimam librorꝫ ſupellectilem tam temere diſſipare pateretur.
Itaqꝫ ad hūc etiā hac de re lrās dedi. Quid futurū ſit: neſcio. Unū
certe ſcio nihil me omiſſurū ad codicem vendicādum. Qua in re ſi
mihi auxilio fueris: tāto me afficies beneficio: vt maiore alio nullo
poſſis. Uale pater ampliſſime. Ex Mediolano idibus Januarijs
M.cccc.lvi.

¶ Franciſc⁹ philelfus. Xenophōti filio ſal.

q Uod Ulyſſem imitari inſtitueris: nō vitupero: modo non
naufrag⁹: ſed prudentior ad nos redeas. Preterea vix vllos
ſapiētia claros legim⁹: qui Ulyſſis quodāmodo ęmuli nō fuerint:
hoc eſt: qui ad ſapiētiam vendicādam nō varias ac diuerſas orbis
terrarꝫ regiones inuiſere ſtuduerint. Utere ſemp ratione atqꝫ ꝟtu-
te duce: quod ſi feceris: facile ſpero oīa tibi ſecūda fore. Da q̄ꝫ epiſſi-
me ad nos lrās: quib⁹ certior fiam de omni tua fortuna: quam tibi
fautricem ac benignam futurā opto ꝛ eam quidem fortunā: quę dei
volūtate definit: nō hominū ſtulticia. Cura etiā libros q̄ꝫ plurimos
et q̄ꝫ optimos tibi cōpares: qua vna ſupellectili nullā ſis pulchriorē
habitur⁹ nullam vtiliorē. Uale Ex Mediolano. xiiij. kal. februa-
rias. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Pallanti Strozę
equiti aurato ſalutem plu. di.

Uoniā meum erga te animū noſti perſpicue iampridem: ni-
hil eſt: quod tecum in pręſentia ſim lōgior. Quod nemini vn
q̄ꝫ latinorꝫ contigit: inſtitui nullū eſſe orōnis genus: quod intēpta-
tum reliquerim. Quare cum plęraqꝫ ꝛ verſu. ꝛ proſa latine ſcripſe-
rim nō oratorio. ꝛ poetico more dūtaxat ſed etiā philoſophico: idem
nūc gręce facere animū induxi: quib⁹ quidem in reb⁹ quantum aut
valuerim: aut valeam neſcio. Unū certe ſcio me non magis vno ge
nere q̄ꝫ alio atqꝫ alio delectari. Uidem⁹ Uirgilium oratiōe pedeſtri
minime valuiſſe verſu vero claruiſſe plurimum. Cōtra Cicero ſolu-
ta oratiōe fuit illuſtris. At verſu fuiſſe indocto ſimillimū. ꝛ legim⁹
et iudicam⁹: quorum neutrum tamē audim⁹ gręcis verſib⁹ in ſcri-
bendo delectatum. Ego autem cum latine vtraqꝫ oratiōe ꝛ delector
et vtor. tum nup aggreſſus ſum gręce ſcribere nōnulla elegia: vt eti
am gręci intelligant audere latinum hominem: quod ipſi negligūt:

non grece minus canere: ꝙ latine. Nam quãtum etiam in dicẽdo apud grecos aut poſſim: aut nõ poſſim: iampridem cognoſcẽ tibi licuit. Et quoniã in alijs ſcriptis meis nomẽ tuũ: vt par eſt honeſtaui ſemp̱: volui hoc quoqꝫ tp̱e aliquid ad te ſcribere in hoc dictionis genere: quo oẽs intelligãt ⁊ preſentes. ⁊ poſteri amiciciã noſtrã nõ fuiſſe vulgarẽ. Uale cũ Honofrio meo. Ex Mediolano. xiiij. kal' februarias. M.cccc.lvi

¶ Franciſcus philelfus. Nicodemo Tranchedino ſalutem dicit.

f Acis omnia cauſa mea ⁊ diligẽter. ⁊ amice. Quare non poſſum nõ libentiſſime fateri me tibi debere plurimũ: quod ſis in faciendo tam accurat⁹: tam induſtrius: tã ſtrenu⁹ Quãto autem me abs te beneficio affectum iudicabo: ſi videro tua opera effectum oĩno qđ tam libenter facis: Incũbe igiť ⁊ remis. ⁊ velis. vt emerſam nauim opportune in portũ agas. Que vero de meo frãciſco patricio ad me ſcripſiſti: iucũdiſſime audiui: quem tibi virũ tantop̱e cõmendo: vt itelligas te nihil mihi poſſe hoc tp̱e gratius facere: ꝙ ſi hũc rebus oĩbus ꝙcumulatiſſime iuueris: atqꝫ ornaueris. Uale Ex Mediolano. vi. kal'. februarias. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Gregorio arrigio iuriſconſulto ſalutem.

m E tue littere mirũ in modum delectarũt: quib⁹ liquido p̱ſpexi. quãta beniuolẽtia priſtinã illam nrãm inueteratã ꝙ amiciciã proſeq̃ris. Facis autem oĩa ꝓ officio: qui neqꝫ ſcribẽdo neqꝫ amãdo cedere homini amiciſſimo volueris. Reliquũ eſt: vt certatim huiõi humanitatis iuſticieqꝫ mun⁹ inuicem foueam⁹ quo vinci ſimul et vincere eſt pulcherrimũ. Quid de libris illis ſperãduꝫ ſit. ex tuis litteris intellexi. Siquid noui decernetur: facito vt ſciam: Item ſiqui iſtic librarij ſunt: qui mercede excriberẽt: que vellem⁹: idqꝫ tã grece: ꝙ latine. Qđ ad ea que de Antonio regino ſcripſerã: nihil reſpõderis: ſum mirat⁹. Reſponde igitur ꝙprimũ. Te cũ vniuerſa familia perbelle valere opto. Ornatiſſimo equiti aurato viroqꝫ grauiſſimo Petro nucetano vt meis ꝟbis plurimã dicas ſalutem: vehemẽter cupio. Uale Ex Mediolano nonis februarijs. M.cccc.lvi.

¶ Frãciſc⁹ philel. Aenee cardinali ſenẽſi ſal.

q Uas kalẽdis ianuarijs lrãs ad me dederas. eas ad quintũdecimũ kalẽdas martias accepi. Fuerũt mihi que ſcripſiſti gratiſſima omnia. Habeoqꝫ dignationi tue ſempiternas grãs: qđ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nihil tibi negligēdum velis: qđ mea intereſſe cognoris. Qđ de Xe-
nophōte filio ſcripſiſti: nō ſolum probo ſed etiam gaudeo: quod om-
ni i re dignitatis meę rōez habeas. Reliquū eſt. vt Cardinalis Ni
cęni ſentētiam mea de re intelligas: q̄zq̄z audio codicem illum etiam
poſt obitum ſummi pontificis Nicolai quīti viſum eſſe apud cardi
nalem Rhutenū. Modo qđ in re verū ſit non ignorem⁹: facile fu-
tuꝝ ſpero: vt nobiliſſimus codex ille ad dominū redeat aut pace: aut
bello: q̄zuis bello pacē longiſſime anteponā. Ut q̄z belliſſime valeas
vehemēter opto cū tua: tum etiam tuoꝝ oīm cauſa: e quoꝝ numero
me nequaq̄z vltimū eſſe arbitror. Uale Ex Mediolano. xiiij. kal'.
Martias. M. cccc. lvi.

Franciſcus philelfus. Beſſarioni Cardi
nali Nicoeno ſalutem.

a D quartū decimū kal'. Januarias ſcripſerā ad te gręce: q̄ mi-
hi op⁹ fuerat per id tpis ſcribere. Nūc etſi nouū argumētum ſe nul
lum obtulerat: potiuſq̄z iam tuas de mea re lrās ſperarē adfuturas:
tn̄ cum ad Aeneā cardinalē lrās darem: nolui eas ſolas: planeq̄z pe
regrinas vrbem petere. Itaq̄z alteras ad te dedi: quaꝝ eę comitatu
fretę ſeſe ad iter pręſtarēt alacrioris. Qđ aūt latine ad te ſcripſerim
idcirco factū eſt: qđ illę gręce nō intelligerēt. Nec eſt aliud quicq̄z:
qđ tantope in pn̄tia abs te cupiā: q̄z vt me facias certiorem: quid de
codice meo ſentias: num ſpei quicq̄z ſit reliquū: an perierit oīno. Im
mortali me affeceris bn̄ficio: ſi hac in re mihi morem geſſeris. Uale
Ex Mediolano. xiiij. kal'. martias. M. cccc. lvi.

Franciſcus philelfus. Beſſarioni Cardi
nali Nicoeno ſalutem plu. dicit

n Udiuſſext⁹ lrās ad te dedi: quib⁹ idem latine petij: qđ pau-
loante gręce fecerā. Deinde redditę mihi ſunt hodierno hoc
die perhumanę atq̄z perbenignę litterę tuę: quib⁹ quod ſcire deſidera
bam: nō obſcure intellexi. Itaq̄z habeo tibi grās immortalis: qđ vel
in ſummis occupationib⁹ tuis nihil qđ mea intereſſet negligē volu
iſti. Reliquū eſt: vt mihi q̇đ ea in re faciūdum ſit cōſulas: vel epiſto
la: vel nūcio. Nuncium vero alium velim neminem q̄z prudentiſſi-
mū iuriſcōſultum Othonem carretū qui iſtic hui⁹ principis nomi
ne oratorem gerit. Is em̄ quod abs te acceperit: mihi q̄z primum ſi-
gnificabit. Pręteā ſiquid certi⁹ habendū iudicas: id qđ mihi quoq̄z
videri debet: habes archidiaconū datariū: qui quoniā τῆ βιβλιο-
θήκῃ pręeſt: vt audio: rem omnem poterit q̄z primum optimeq̄z in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

quirere. Et hęc hactenus. Quod me tam miris laudibꝰ ornaris: fa
cis id tu quidem pro quadam in me charitatis tuę amoriſq; abun-
dantia: qui etiam parua quę ſunt: maxima eſſe cupis. Faciat deꝰ: vt
tua mihi cõſuetudine aliquando: idq; propediē vti liceat. Facile em̄
futurũ ſperem: vt tua pręſentia perinde atq; diuino afflatu quodam
vel adiutꝰ. vel excitatus aliquid audeam quod vulgo nõ liceat. Ad
hęc ſcire admodum velim quot ſint tibi libri Diodori ſiculi. Nam
mihi pręter prima quinq; volumina aliud ex eiꝰ homīs hiſtoria eſt
nihil. Habere autem cupio: quod reliquũ inuenitur. Modo iſtic li
brariꝰ vllus extet: qui huiõi munꝰ ſit obiturus. pręterea περὶ πο
σοτητος συλλαβῆς nihil dignũ repperi apud gręcos. Si
quid habes inq̄; huiõi facito: vt intelligã. Uale ex Mediolano kal'
Martijs. M.cccc.lvi.

Fracīſcꝰ philelfus Bernardo iuſtiniano ſal.

p Etrus perleo tibi quędã nomīe meo exponet. Quę quidem
ipſa ex animi mei ſentētia manãt omnia Itaq;: vt quę petie
rit: facias magnope abs te peto. Uale Ex Mediolano. viij. kalen.
martias. M.cccc.lvi

Fracīſcꝰ philelfus. Lodowico caſellę ſal.

e Xiſtimo te in admirationē incidiſſe. qd in proximo illo meo
ad illuſtrem adoleſcētem Triſtanum Sphortiam epigram
mata te nomē Jeſu a me ſcriptum legeris: quod aſpirationem habe
ret inter i vocalem et e idq; nõ temere me feciſſe: ſed lapſu fortaſſe fe
ſtinãtis arundīs: cum neq; apud gręcos: neq; apud hebręos: a qui
bus id nomen eſſe accepimꝰ. eam aſpirationē admittat. At vt rem
teneas: neq; imprudentiꝰ nobis id actum eſt: neq; nolentibꝰ Sed
vt ita ſcriberemꝰ: cum antiquitatis auctoritas nõ eſt hortata: tum
quędã ratio nõ vulgaris Extãt in hanc vrbe vetuſtiſſimi atq; emē
datiſſimi quidam codices ⁊ noui. ⁊ veteris teſtamēti: in quibꝰ om-
nibꝰ Jeſus ſcriptum reperit cum aſpiratiõe h inter i et e id quod vi-
detur nõ ab re cũ ſentētia Quintiliani cõuenire: qui ait cõſueſſe pri-
ſcos nõnunq̄; inter duas vocales aſpirationē ſcribere: qd nõ Johã
nes modo nomē proprium oſtēdit: ſed et ahenum. ⁊ mihi idem aũt
obſeruari priſcos voluiſſe in Jeſus nõ ſolum ea ratione inductos pu
to: vt apd latinos quoq; triſyllabũ nomen id eſſe vellēt: quod vim
diuinę trinitatis repſentaret: ſed etiam quia aſpiratio ſonantiorem
ſyllabam reddit ac valētiorem Et hac de re ſatis. Ego tuas litteras
quottidie expectabam. ⁊ eas quidem talis: quales ab homīe amiciſſi

mo optimoqꝫ viro dari coſueruut. Uale Ex Mediolano ṗdie kal᷑
Martias. M.cccc.lvi.

¶ Frāciſcꝰ philelfus. Antonio panhormitę ſal.

q Ui tibi reddidit litteras meas eſt mihi vetere familiaritate beniuolētiaqꝫ coiunctus. Hūc tibi vnice cōmendatum volo: quippe qui ⁊ doctꝰ eſt et modeſtiſſimus plane vir amiciciaqꝫ tua minime indignus. Uale Ex Mediolano pridie kal᷑. Martias. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Pallanti Strozę
equiti aurato ſalutem.

t Antam mihi voluptatē tuę litterę attulerūt vt ne vlla res q̆dem maiorem hoc tp̄e potuiſſet afferre. Nam in ijs legēdis te coram videre ſum viſus priſtinoſqꝫ ſermones mirifica tua illa ſuauitate cōditos nō ſecus audire: q̄ꝫ ſi pn̄s eſſes ac mecum familiarit᷑ loquereris. Quod autem me tāto ſtudio laudaueris: factum id eſſe intelligo ꝓ humaniſſimo tuo ingenio: proqꝫ ſingulari tua erga me charitate. Non em̄ tam prȩclare de me ſentio. Habeo prȩterea tibi grās: atqꝫ ago maximas: qd̄ περὶ ἀρταξέρξου βασιλέως morem mihi q̄ꝫprimum geſſeris. Quę vero tuo nomīe principi noſtro expoſuimꝰ: audiuit is omnia plibenter ⁊ ita de te honorifice eſt locutꝰ: vt plane oſtenderet te ſibi eſſe chariſſimū. Quare ſi q̄d eſt qd̄ ab eo velis: video te nihil fruſtra petituꝝ. Scripſiſti ꝑterea grȩcum eſſe apud te eundē puto: qui τὸν ἀρταξέρξου βίον ἐξέγραψε. Mihi greco librario opꝰ eſt. Quamobrē ſi vel iſtum cū iſtinc te nō inuito abire inſtituerit: vel aliū quempiā ire ad me curaueris: accipiā eum honeſta cōditione. Reliquū eſt vt manibꝰ pedibuſqꝫ ad ſeruandā bonā valitudinē cōnitamur. nō longe em̄ futuꝝ ſpero: vt q̄ꝫ iucūdiſſime vna eſſe poſſimꝰ. Uale Ex Mediolano kal᷑. martijs. M:cccc.lvi.

¶ Frāciſcꝰ phi. Nicodemo trāchedino ſal.

q Uottidie te mihi officioſiorem prȩſtas ac iucūdiorem Nihil em̄ prȩtermittis: qd̄ ad meā laudē acceſſuꝝ putes. Itaqꝫ nō poſſum nō lȩtari plurimū: qd̄ oībꝰ in rebꝰ in amore mihi rn̄deas Nā q̄ꝫ ego te amē ⁊ quāti faciā amorē tuū: nemo oīm meliꝰ nouit: q̄ꝫ ipſe debes: cui de me nihil occultū ē Reliquū eſt. vt amare me ꝑſeueres. Nunq̄ꝫ em̄ patiar vinci abs te ī hoc tā nobili: tāqꝫ laudatiſſimo hūanitatis officio. Quid de nr̄o patricio actū ſit: cupio intelligere. Nos hic noui habemꝰ nihil. Tu ſiquid apud vos eſt: qd̄ au-

ditiōe noſtra nō indignum exiſtimes:cura vt ex tuis ſuauiſſimis lit
teris accipiam. Uale Ex Mediolano.quarto. Nonas Martias.
M.cccc.lvi.

¶ Frāciſc⁹ philel. Lodowico caſellę ſal

q Ua fuerim adduct⁹ ratione:vt Jheſus cum h aſpiratione i
ter i et e ſcripſerim pręter cōmunem hui⁹ tempeſtatis cōſue
tudinem:potuiſti ex primis litteris cognoſcere. Nūc autem vt ad
te ſcriberem:aliud nihil erat in cauſa:niſi vt abs te peterem :id cura-
res:vt litterę tuis incluſę q̄ꝫ diligentiſſime reddantur. Jd erit mi-
hi perq̄ꝫ gratiſſimum. Uale Ex Mediolano.viij.idus Martias.
M.cccc.lvi.

¶ Frāciſc⁹ philelfus: Albertho parrhiſio ſal.

q Uę amicis communia eſſe debent :ea quenq̄ꝫ iuri ſuo aſcribe
re:vt nihil habeat cū amico cōmune:non iniuſtū duci nō po
teſt. At vitas Galbę.et Othonis:quas e gręco traduxeram ⁊ tibi
poſcēti cōmodaram in mēſem:iam annū ita poſſides:vt quod ęqui
tas:q̄d officium poſtulet.omnino videaris oblit⁹. Jtaqꝫ rogo te:vt
memineris eas ad te iſſe commodato:non dono. Proinde facies.vt
te decet:ſi curaueris:vt iamtādem ad nos redeāt. Alberthum meū
zancarium Enochi filiū bene valere opto . Uale Ex Mediolano.
vi.idus martias.M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Pallanti Strozę
equiti aurato ſalutem plu.di.

q Uanta voluptate me priuarit diuturnū ſilentiū noſtꝝ ex bi
nis lr̄is tuis.quas nuper ad me dediſti:plane intellexi. Js em̄ mihi ni
hil potuiſſet eſſe iucūdius. De⁹ malefaciat tempoꝝ calamitati:ne di
cam hoīm pfidię:qua factū eſt:vt nō modo ſimul eſſe nequeam⁹:ſꝫ
ne mutuo quidē ſcribēdi officio vti antehac licuerit. At lōgiuſculū
ſilentiū noſtrum crebritate litteraꝝ facile ſarciam⁹ Q̄d reliquū eſt.
de⁹ aliquādo pręſtabit. Ut aūt ad rem veniā. τὸν ἀρταξέρξου
κατὰ πλούταρχον βίον.et accępi dieb⁹ ſuperiorib⁹.⁊ ac-
cepiſſe me:feci te meis lr̄is certiorem quas ad Marcheſiū variſinū
tibi reddēdas miſi Uenetias kal'.martijs . Eas vero qm̄ accepiſſe
iam debes:nō repetam alti⁹. Duo ſunt:quę vehemēter cupiam Ar
rhiani hiſtoria de Alexādro rege et Diodori ſiculi libri: ſiqui plures
apud vos ſunt q̄ꝫ ipſe habeā. Habeo em̄ quinqꝫ p̄ma volumia Q̄d
autē tantope et Arrhianū deſiderē.⁊ Diodoꝝ:cauſa eſt:q̄d duo illa
nobiliſſima imperia ⁊ perſarum.⁊ macedonum vel mea hiſtoria lati

vis cognita eſſe velim. Si huiõi igiẗ codices aut apud te: aut Ve-
netijs eſſe cognoro: excriptũ iri curabo: modo vel patauij vel Vene-
tijs librariũ grecũ aliquẽ inueniri accepero Vale q̃ȝ diutiſſime cum
Honofrio meo. Ex Mediolano. v. id⁹ martias. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Beſſarioni Cardina
li Nicoeno ſalutem.

c Um mihi eſſet renũciatum ꝑrimos meos ad te ꝟſus nõ eſſe
eadem miſſos via: qua meç antea ꝑſepe lr̃ę conſuerũt idcirco
eoſdem ſecundũ ad te dedi: vt intelligẽs: ꝛ q̃d cupiam de tua ampli-
tudĩe. ꝛ quid nõ temere breui futuꝝ ſperem. Q̃d autem huiõi vtar
ſcribẽdi genere: cũ ob alias cauſas factũ eſt: tum etiã aut minus: vt
noſtri quidem hoĩes: qui grecaꝝ lr̃aꝝ indocti. ꝛ latinaꝝ non admo-
dum periti q̃ grecos ꝟſus incõcinnitatis accuſant. ſonoroſq̃ȝ eẽ ne-
gãt. vel ex hoĩe latino animaduertant. q̃ȝ ſe ſua fallat opinio. Nam
quid habem⁹ memoratu dignũ. q̃d a grecis nõ acceperim⁹: Verſu
autem cum grecis cõtendere eque ſtulti eſt. atq̃ȝ arrogãtis. Tu ve-
lim cures ad me dare ſiquid habes: q̃d probes. de quãtitate ſyllaba-
rũ. Nã has oĩs exemplis diſquirere apud grecos ꝑdifficile eſt. Et
huiõi ſane peritia perutilis eſt. ac maxima neceſſaria nõ ſolũ ad ꝟſu
um ſtructurã. ſed cũ ad cognitionẽ accentuũ. tum etiam ad vniuer
ſam ꝑpe litteraturã Vale pater clemẽtiſſime. Et q̃ multis lr̃is abs
te petij. mihi vt gratificeris te etiã atq̃ȝ etiam rogo. Ex Mediolão
vi. kal'. Aprilles. M.cccc.lvi.

¶ Franciſc⁹ philel. Hieronymo caſtello medico ſal.

q Vod grecis verſib⁹ ad te ſcripſerim: nihil aliud fuit in cau-
ſa. niſi vt vel greci ipſi cognoſcerẽt amiciciam nr̃am eſſe non
vulgarem. Nuper em̃ hoc quoq̃ȝ ſcribẽdi gen⁹ ſum aggreſſus: q̃d
vellem mihi cum multis eſſet cõmune. De latinis loquor noſtriſq̃ȝ
homib⁹. Non de grecis: qui in huiõi campo lõge vberi⁹ ac facilius
q̃ȝ latini verſari poſſent. ſi vellẽt. tanq̃ȝ in patrita eſt auita poſſeſſiõe
ac plane ſua. Sed vtrũq̃ȝ res habet. nũc apud grecos neminem vi
deo qui verſib⁹ delecteẗ. Latini vero nõ modo nũc nulli ſunt. hac tẽ
peſtate. q̃ grecos verſus ſcribant. ſed ne vllos quidem de priſcis acci
pimus ex his qui adhuc apud nos extant. ꝛ habenẗ in p̃cio. quos ea
laude claruiſſe audiam⁹. Ego autem cũ alia pleraq̃ȝ ſcripſerim gre-
ce ſoluta oratiõe. volui etiam temptare hoc tp̃e. ſiquid poſſem in hu
iuſmodi numeroſo ꝛ artiore dictiõis genere. quo ceteri vel meo inui
tati exemplo ſuis ſe monimẽtis poſteritatis immortalitati cõmen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

dent. Nec id vna epiſtola quapiam ſum facturꝰ. ſed libellis. vt ſpe-
ro compluribꝰ. Qua de re nō ingratum mihi fuerit tuū quoqꝫ iudi
cium audiſſe. id quod ⁊ pergraue futurū intelligo. ⁊ ab optimo erga
me animo emanaturū. Nam qui gręci in pñtia ⁊ habentur. ⁊ ſunt
diſertiſſimi. hoc meum inſtitutū atqꝫ ſtudium laudibus efferunt:
ſiue id animi iudicio faciāt. ſiue forſitan quod ſuſpicent̄ mihi gratifi
cari. At ego nō delector aſſentatiōe. ſed veritate. Uale Ex Medio
lano. vij. Idus apriles. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Lodowico caſellę ſal.

c Upio te ꝑ ſumma nr̄a beniuolētia tuę meęqꝫ rei diligentiꝰ
ſtudere. Nam ⁊ quāti me facias. ⁊ quantum poſſis. ꝑſpicue
noui. At ego nō delector aſſentatiōe. ſꝫ veritate. Uale Ex Medio
lano. iij. nonas maias. M.cccc.lvi.

¶ Frāciſcꝰ philelfus. Jacobo actiolo ſal.

Ulta hinc abiēs mihi es pollicitꝰ. quoꝝ in hāc diem effeciſti
nihil. Itaqꝫ tui eſſe muneris arbitror. vt ꝑ mutua animoꝝ in
ter nos charitate aliq̄d tandem facē incipias. Illudqꝫ in p̄mis. q̄d a
patre tuo viro clariſſimo tantope petieram. Quā vereor ne recētis
aliquos amores ad priſtinos addideris. quibꝰ impeditꝰ animus ne
qꝫ noſtri. neqꝫ ſui reminiſcat̄. Q̄d ſi memorię volueris repetē meum
in te officiū. nō modo noſtri nō obliuiſcaris. ſed potius q̄ꝫprimū ęs
mecū tibi cōflatum diſſoluere incipias. Noſti: q̄d velim. Uale Ex
Mediolano nonis Maijs. M.cccc.lvi.

¶ Frāciſcꝰ philelfus. Nicodemo trāchedino ſal.

Uid tibi impedimēto fuerit. quo minꝰ ad meas mihi proxi-
mas lrās reſpōderis: neſcio: niſi fortaſſis abfueris a Florentia
ad Senēſes tuos. Fac igit̄: vt q̄ꝫprimū tuę mihi lrę reddātur. quę
me faciāt omni de re certiorē. quam nr̄a putaris intereſſe. in primiſqꝫ
reddiderisne meū ꝓximū carmen argyropolo nr̄o. Noli obſecro pa
ti: diutiꝰ expectem optatiſſimā ep̄lam tuam. Uale Ex Mediola-
no. xi. kal̄. Junias. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Pacino mercato ſanitatē

a Udio pacine te ſomno excitatū iactitare neſcio quas nugas
Ego tibi dari cupio ſaniorem mentē. Nā quantū videre vi-
deor. nō intelligis haſce meas ędes. quibꝰ tantopē inſidiaris tribus
iā fatalis fuiſſe ⁊ patruis duobꝰ ⁊ patri tuo. Miſerēt me tui. Nec
eſt muſarum domus. non foederis. Uale pro meritis. Es eñ vnus
omnium ingratiſſimus. Mediolani ex ędibus noſtris Idibus Ju

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nijs.M.cccc.lvi.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Franciſco Cremenſi iuriſconſulto ſalutem plu.di.

De ea quę intelligere a me cupis. paucis reſpondeo. Nã et res nõ eſt admodum difficilis. ⁊ ego ĩ pręſentia ſum occupatiſſimꝰ. Inter ęternũ: ſempiternum, ac perpetuũ nullam oĩno priſci perdoctiq́ʒ latini differẽtiam eſſe voluerũt. Illud quod ex. M. Tull. Ciceronis libris. ⁊ quos de natura deorꝝ. ⁊ quos de finibꝰ bonorꝝ ⁊ malorũ. et quos de queſtionibꝰ tuſculanis elucubratiſſime ſcripſit: nõ obſcure intueri licet. etſi ꝑpetuũ etiam continuũ ſignificat. Unde ꝑpetuã orationẽ dicimꝰ: hoc eſt cõtinuam ac perennẽ. et. P. Ouidiꝰ Naſo. Primaq́ʒ ab origine mũdi. Ad mea ꝑpetuũ deducite tempꝛa carmẽ. Huiꝰ vero tempeſtatis philoſophi nõnulli itemq́ʒ theologi nõ tam vim verborꝝ: q̃ʒ Ariſtotelis ſentẽtiam ſecuti ea inter ſe nomina differre volũt: vt ꝑpetuũ ſit. cui ⁊ principium datur. ⁊ finis. vt exteriorem hoĩem. vt vniuerſum dicimꝰ mundum. Sempiternũ vero quod ex ſemꝑ ⁊ ęternum componitᷣ: id volũt intelligi: quod principium quidem habet.: at finẽ habiturũ nequaq́ʒ ſit: huiõi autem eſſe dicũt tum angelos ipſos ⁊ dęmones: tum etiam interiorem hominem Sed ęternum aliud nihil eſſe q̃ʒ deum: cuius neq́ʒ principium fuerit: nec item finis futurus ſit. Uale Ex Mediolano. vij. kalen. Auguſtas. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Beſſarioni Cardinali Nicoeno ſalutem plu.di.

P Ridie idus auguſtas renunciatũ eſt Mediolani calliſtum eccleſię Romanę pontificem ad octauũ Idus ſextiles aĩam tandem efflaſſe in maxima omnium lęticia Itaq́ʒ licet iam plane iudicare vel ꝑ ſolonis ſentẽtia eũ foeliciter admodũ atq́ʒ perbeate diẽ obijſſe: cuiꝰ mortem tãto omnes cum gaudio nõ inſipientes modo. ſed etiam ſapiẽtes ꝓſequantᷣ. Dederit deꝰ omnipotens. vt cum hoĩs ſomnolẽtia ſomnꝰ etiam ipſe interierit: ne tui collegę iſti rurſus obdormitaſſe iudicentᷣ. Et quoniam in pręſentia non licuit pluribꝰ tecum agere: te rogo: vt quę antea pluribꝰ ⁊ lrĩs. ⁊ carminibꝰ ſcripſeram dignationi tuę: nõ fruſtra me ſcripſiſſe re ipſa oſtendas. ⁊ quod ad Plutarchũ attinet: diligẽter cures. Uale Ex Mediolano Idibus Auguſtas. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Aenee Cardinali Senenſi ſalutem plu.di.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Uod iampridem affatu quodā poetico me tibi memi prędi-
xiſſe. re ipſa de obitu Calliſti pontificis cōfirmatū eſt. dij bene
cœpta ſecūdent. id quod futuꝝ non ſolū vehementer opto. ſed certo
etiam ⁊ ſpero. ⁊ volo. Tu velim memineris Philelfi tui. qui tuam
amplitudinē. vt ſcis. ⁊ colit. ⁊ obſeruat vnice. Nuncij feſtinatio fe-
cit. vt eſſem breuior. q̄ꝫ volebā. Fac obſecro. lrīs tuis ītelligā ꝓpediē
quid mihi agendū ſit. ⁊ qd̄ de Plutarcho meo ſępiſſime ad te ſcripſi
vt memineris etiā atqꝫ etiā te rogo. Uale Ex Mediolano Idibus
ſextilibꝰ. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Angelo Actiolo
equiti aurato ſalutem dicit

e T qd̄ ipſe maxime oīm cupiā. ⁊ quantū liceat tibi in tuę rep.
cū antea ſemꝑ. tum hoc potiſſimū tꝑe. nō ſum neſciꝰ. Quare te plu-
rimū rogo. atqꝫ oro. vt qd̄ mihi coram v̄bo aliqn̄ recepis te oppor-
tune curatuꝝ. id in p̄ntia certa re cōprobes. Hoc erit mihi adeo gra
tum. vt gratiꝰ aliud facere nihil poſſis. Uale Ex Mediolano. xix.
kal'. ſeptēbres. M.cccc.lvi.

¶ Frāciſcꝰ philelfus Nicodemo trāchedino ſal.

ſ I vt placet aſtronomis corꝑa hęc inferiora ⁊ nr̄a ita parent
ſuperioꝝ corpoꝝ ꝓtāti atqꝫ imperio. vt etiā hoīm volūtates
pro ſyderū vi neceſſitateqꝫ mutent̄. ⁊ non ſint eędem ſemꝑ. haud mi
hi rem moleſtā. aut intempeſtiuā facturꝰ videaris mi Nicodeme. ſi
quod ſępenumero fruſtra abs te antea temptatū eſt: hoc etiā tꝑe nō
omittas. Qd̄ eo libentiꝰ: quoniā ad aſtroꝝ motum atqꝫ influxum
accedit etiā ipſa ratio. q̄ nullis aſtroꝝ viribꝰ eſt inferior. Rem tenes
Uale cum vniuerſa familia. patricioqꝫ nr̄o Ex Mediolano. xviij.
kal'. ſeptēbres. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Pio ſecundo eccleſię
Romanę ſummo pontifici ſal.

Uod nihil vnqꝫ in vita mihi neqꝫ iucūdius cōtigit. neqꝫ op-
tabilius quicq̄ꝫ. Accepi nunc te ad. xxviij. kal'. Septembres
diuina benignitate ad ſummum eccleſię Romanę pontificatum aſ
ſumptum eſſe cum maximo cardinaliū omniū cōſenſu incredibiliqꝫ
totius Romanę reipublicę. vel vniuerſi potiꝰ. vt ita loquar. orbis
terrarū lęticia atqꝫ gaudio. Quid em̄ in pręſentia tuę gratuler ſan-
ctitati. cui nihilo plus dignitatis ſummus iſte pontificatus attule-
rit. q̄ꝫ tuipſe ob innumerabiles tuas diuinaſqꝫ virtutes pōtificatui.
Accedit ad rem. quod tibi coram ꝓpediem ſingularem ac pœne in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

auditam mei animi iucūditatem ſum expoſitur⁹. ſi ita ſcʒ apud te ꝓ
batum iri intellexero. Nam mētem meam oēm atqʒ deſiderium ex
ſuperiorib⁹ pleriſqʒ meis lrīs potuiſti nō obſcure intelligere Unum
illud dūtaxat beatitudini exploratum eſſe cupio me tāta nunc affici
animi voluptate. vel ex ſolo ipſo tuę creatiōis fœliciſſimo nūcio: vt
exiſtimem vitā mihi beatam cōtigiſſe: ſiquidem in ea voluptate ſum
mū bonum cōſtituendū eſt: quę nihil habet cum beluaꝝ voluptate
cōmune: ſed tota eſt homis. tota rōnis tota abſolutę mereqʒ virtu-
tis. Reliquū eſt: vt ſiquis adhuc loc⁹ apud te muſis relictus eſt: id
quod eſſe ꝛ magnificētius quidem eſſe nulla ex parte dubito: me fa-
cere digneris per tuas lrās certiorem: probes ne meum ad te aduē-
tum. Uale pater beatiſſime. Ex Mediolano. x. kal'. Septembres
M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Beſſarioni cardi-
nali nicœno ſalutem.

a D decimū kal'. ſeptembres dedi ad te lrās vnas. ꝛ ſimul cum
tuis alteras ad Pontificē Pium. Eas autē vtraſqʒ tibi red
ditas ab Othone Carreto iuriſcōſulto: qui iſtic ꝓ meo hoc principe
Frāciſco Sphortia legati fungit' munere: nō dubito. Itaqʒ miror:
qd in hāc diem nihil ad me ꝑuenit: quod reſpōderis. Et id certe fa-
ctum exiſtimo ſummis occupationib⁹ tuis. A quib⁹ rogo tantum
tꝑis ſubducas: dum χειρογραφόν τι ad me des: per qd intelli
gam: qd mihi faciūdum cōſulas: hoc eſt eam ne iſtuc an min⁹ eam.
Reliqua tu vel me reticēte ꝓ tua incredibili ſapiētia liquido cogno
ſcis. Nā ego ſum eo iportunior: qd te declaratū audio a Pio ponti
fice: qui Bononiēſi legatiōi pręſis. Uale pat' ampliſſime. Ex Me
diolano ꝑdie idus ſeptēbres. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Ioāni paleologo Mar
chioni Montiſferrati ſal. plu. di.

e Tſi te noui iampꝛidem q̄ʒ reb⁹ egregie doctis atqʒ grauib⁹ de-
lectaris: idqʒ vel ex meis de exilio libris: quos diutius tuo vti hoſpi-
cio voluiſti: clari⁹ intellexi: nolui tamē non aliqd ad te mittere: qd ꝛ
grauitati ipſi ſuauitatē haberet admixtā. ꝛ nō doctis ſolum ſed etiā
omnib⁹ poſſʒ eſſe cōmune. Itaqʒ libros ad te dedi: quos modo de io
cis ꝛ ſeriis inſcriptos ędiderā. Sic em̄ in reb⁹ ſeuerioribus lectitan
dis neceſſe fuerit: vt riſui aliquā do auris patefacias. ꝛ non lęticia ſo
lum. ſed hilaritate aliqua ꝑfundaris. Nā quoniā te quaſi lōgo poſt
liminio viſere inſtitui: mihi hac via paratū iri aditum volui: quo te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

nõ facilem minus: q̃ꝫ beneficũ offenderẽt Uale Ex Mediolano. xij kal'. octobres. M. cccc. lvi.

¶ Frãciſc⁹ philelfus. Nicodemo trãchedino ſal.

d Elicatioꝛ fact⁹ es: qui nihil respondeas: nolo enim ſuperbię crimẽ tibi homini amiciſſimo obijcere: quod ijs ſolem⁹: qui ſępi⁹ litteris inuitati nihil reſpondere conſuerunt. Scio ſane te eſſe occupatiſſimũ his pręſertim temporib⁹. Sꝫ erit humanitatis tuę vt tp̃is aliquid ſurripias tantillũ. qd' amicicię cõdones officio Ego inſtitui ad pium pontificẽ ſalutatum accedere. Itaqꝫ rogo te. omni ope operaqꝫ cures. vt iſtac mihi liceat iter facere. Quid op⁹ ſit: noſti. Uale. et q̇d de noſtro patricio factũ ſit. cura. vt ſciam. Ex Mediolano. xi. kal'. octobres. M. cccc. lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Beſſarioni cardinali nicęno ſalutem plu. di.

b Inas ad te nup̱ lr̃as dedi. alteras ad decimũ kal'. ſeptẽbres. alteras nõ multo poſt. hoc eſt p̃die idus ſeptẽbres quas Otho carretus qui Romę ꝓ hoc p̃ncipe Frãciſco Sphortia negocia gerit: p̱ diligẽter tibi reddidiſſe lr̃is ſuis teſtat⁹ eſt. ꝗ autem nihil reſponderis. nõ poſſum non mirari. Itaqꝫ rogo te. vt me facias certiorẽ acceperiſne meas epl'as. an min⁹ acceperis. Uale ex Mediolano. vi. Idus octobres. M. cccc. lvi.

¶ Frãciſc⁹ philelfus Beſſarioni cardĩali nicęno ſal.

e Tſi de tua in me ſingulari manſuetudĩe atqꝫ beniuolẽtia nũq̃ꝫ dubitaui. eam tamẽ ita ꝑprimę tuę litterę quas pridie nonas octobres ex vrbe Roma ad me dederas. mihi perſpicue declararũt. vt aliud nihil certi⁹ vnq̃ꝫ habuerim. Sumqꝫ lõge illa tua dicẽdi elegantia atqꝫ maieſtate ita delectat⁹. vt ipſe mihi afflat⁹ aliquis pręvoluptatis magnitudĩe in lectitãda epiſtola viderer. Incredibilis habeo tibi gr̃as pater clementiſſime. quod nihil vnq̃ꝫ omittis de me vel oꝛnãdo. vel amplificãdo. Faciat ĩmoꝛtalis de⁹. vt meis de te putatis. id quod certo futurum ſpero. aliquãdo foꝛtuna reſpõdeat. Nam cui omniũ malim ἀδεὶ ν ὁ ὅμηρος ἡσοι οὐκ ἀχιλλεῖ οὐκ ὀδισ τεῖ ἀλλά καὶ τουτοιν ἀμφοτέροιν τολλῶ μεὶξονι την τε ἀρετην καὶ την ἀληθέστα την σοφίαν. Ut autem ad rem veniam. vix dici queat. q̃ꝫ gratus mihi quanq̃ꝫ periucund⁹ fuerit nunci⁹ tuus de recuperato Plutarcho. quẽ quoniã amiſeram. me a ſummo pontifice Pio ſecundo tua interuẽtu dono accipe in nõ mediocrem foelicitatis partem mi

hi aſcribo: Non eñ paruę mihi iacturę fuerat amiſſio talis ac tanti
codicis. Neqꝫ volo tibi vnꝙ perſuadeas alio nobis codicem iſtum
aberraſſe: ꝙ ea: quę tibi primis litteris meis declarata eſt. Hunc au
tem mihi dono dari a ſanctitate Pij pontificis tāti facio: vt vix ali
ud pluris queam. Nam qd ego dicaꝫ de mirifica illa benignitate ac
munificētia in annua vitę ſubſidia: qua ī me vltro verus Chriſti vi
cariꝰ pontifex Pius vtitur: Decreuit mihi vt humaniſſime ſcribis
eius beatitudo in ſingulos annos aureos ducatos ducētos vel agē
ti mediolani. Addiſqꝫ futuꝝ: vt maiorem indies ⁊ dignitatē. ⁊ vti
litatem aſſequar. Ad hęc ego paucis reſpondeo. Quāuis ego me ſa
ne cognorim neqꝫ de illiꝰ ſanctitatis beneficentia: neqꝫ de alacri tua
beniuolētiſſimaqꝫ opera quicꝙ magnum promeruiſſe. operam ta
mē pro viribus daturum polliceor. ne ſaltem volūtate ⁊ obſeruan
tia indignꝰ cenſear tam ęgregia. tamqꝫ tēpeſtiua magnitudine Re
liqua qd te velle intelligo ſcribam ad Pium pontificē. Uale pater
ampliſſime. Ex Mediolano kal' nouēbribꝰ. M. cccc. lvi.

Franciſcꝰ philelfus Pio ſecundo eccleſię
Romanę pontifici maximo ſal. plu. di.

b Eſſario reuerendiſſimus in Chriſto Jeſu ac idem ſapientiſ
ſimus cardinalis nicoenus fecit me nomine ſanctitatis tuę
per litteras certiorem. ꝙ de me perhumaniter beniuolentiſſimeqꝫ
ſentires. ⁊ quanta cum charitatę de me honoratiſſima verba feceris
quibus me pręterea tua ſponte donis ornaris. Facis tu quidem piē
tiſſime omnia ſumme pontifex Pie. qui Chriſtum optimum ma
ximum imitatꝰ nihil tibi potius ducas ꝙ benefacere cum omnibꝰ:
tum ijs in primis: quos noris iampridem innumerabiliū tuarum
incredibiliumqꝫ virtutum obſeruātiſſimos extitiſſe. Meminiſti ſa
ne pater beatiſſime: ꝙ ego te ſemper omni ſtudio coluerim. ⁊ quāta
ſemper cum veneratiōe diuinam ſapiētiam tuam: qua inter omnis
mortales mirifice vnus excellueris: atqꝫ excellas: aſſidue fuerim ꝓ
ſecutus. Neqꝫ fieri poſſe iudicaſti. vt ſine diuino quodam nutu at
qꝫ voluntate tantus eſſet meus ⁊ tamdiu erga te amor. tāta pietas
tanta fides. Neqꝫ videri voluiſti oblitus: quod viuo adhuc ⁊ omni
ex parte incolumi Calliſto pontifice afflatu illo. vel poetico. vel di
uino fore prędixerim ⁊ id quidem hoc ipſo pręſenti anno. vt et Cal
liſtus ex hac luce migraret. et ipſe tu quod omnium votis fortu
natiſſime contigit: tantis chriſtianę religionis tenebris: lucem eſ
ſes per optatiſſimum tuum pontificatum allaturus. Et illuxiſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

tu profecto bonis atqȝ doctis omnibꝰ. quaſi ſol oriēs teterrima tene
braꝝ caligine obductis. Actum omnino erat de clariſſimaꝝ artium
ſtudijs. laudatiſſimiſqȝ ꝟtutibꝰ. niſi apportune tu diuinitꝰ datus
eſſes ad illas inſtaurādas. tuendas illuſtrādas. Itaqȝ iam muſę. q̄
penitꝰ interierāt: reuiuiſcūt. Eloquētia. quę obmutuerat. ⁊ vocem
ſimul recuſperauit. ⁊ mētem. Ingenia quę obdormierāt. excitantur
Omnes ad honeſtas actiōes maiore q̄ȝ antea vnq̄ȝ cupiditate incē
dunt. Deſiderium Nicolai quinti ſapiētiſſimi illius pręſtātiſſimiqȝ
pontificis quo viri eruditi ⁊ eloquētes nō mediocriter torquebant.
nō leuaſti ſolum optatiſſima creatiōe ſanctiſſimi tui pontificatꝰ. ſed
in maximam ſplēdidiſſimę tuę bonitatis admirationē amorēqȝ in
flāmaſti. Non enī honoratiōe verboꝝ dūtaxat huiōi viroꝝ aīos in
pulcherrimā futurę tuę benignitatis ſpem erigis. ſed pręſentibꝰ po
tius ingētibuſqȝ muneribꝰ Nam vt alios ꝓpe infinitos breuitatis
cauſa pręteriēs de meipſo ꝟba faciam: quibꝰ ſum donis a tua beati-
tudine honeſtatꝰ: Quātam mihi quanqȝ ſingularē voluptatē attu
liſti nobiliſſimo ipſo Plutarchi codice. quo viroꝝ illuſtrium ⁊ grę‑
coꝝ. ⁊ latinoꝝ vitę gręca oratiōe erudite. ⁊ elegāter ſcriptę cōtinent
Quid q̄d ad quottidiana vitę ſubſidia ſingl'os ducenos aureos du
catos in ſingulos annos mihi in oēm ętatem apud alios etiā agen-
ti cōſtituiſti: Ita certe quod abſolutę eſt munificētię tuę. ⁊ exterio-
ri cōſulis. ⁊ interiori homī. quippe q̄ ⁊ ingenio. ⁊ corꝑi fomēta attu
leris. At ego ꝑ tantis tuis ⁊ tam īmortalibꝰ beneficijs quid tādem
ſim celaturꝰ: Nempe illud q̄d homūcio ſolet deo. cuiꝰ tu vices diui
nitus hoībꝰ repſentas. Te admirabor. te colam. te venerabor. te di-
es ac noctes tum mēte ⁊ aſſidua meditatiōe perſpiciā: tum ore: atqȝ
arundine perēniter p̄dicabo. Nec de te deſinam vnq̄ȝ benedicē quā-
doquidem ne tu quidem benefacē in vniuerſam vitam deſinere volui
ſti. Erāt pretēa ꝑmulta. q̄ ſcribēda mihi occurrebāt Sed hęc idem
clemētiſſimꝰ cardinalis Beſſario. ne ſim epl'a prolixior. q̄ȝ par eſt.
tuę ſanctitati ꝟbis meis coram exponet. Reliquū eſt pater beatiſſi-
me. vt tibi indubitato ꝑſuadeas meā me oēm foelicitatem in te vno
cōſtituiſſe. cuiꝰ vitam atqȝ incolumitatē vt omnipotēs deus q̄ȝ diu
tiſſime tueatur: etiā atqȝ etiam opto. Vale in Chriſto Ieſu. et me
commendatum habe. Ex Mediolano kalendas Nouembribus.
M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Borſio ęſtenſi Mu
tinę regijqȝ duci ſalutem plurimā dicit.

q Uo plura de te in dies dux Borſi illuſtrioreqꝫ digna laude prędicant̃. eo magis magiſqꝫ fortunatꝰ mihi videor. quod ĩ tuam beniuolẽtiam me admiſeris. Diligi enim a tali ac tãto ꝓncipe nõ mediocri foelicitati ducẽdum eſt: Nam ſi morum ſimilitudo iũ git mortalium animos charitate. diſſimilitudo autẽ in odium cõci‑ tat. quis nõ eum laudãdum arbitret̃ qui tibi charꝰ ſit. cuiꝰ mirabi‑ les ſummęqꝫ ꝟtutes tot tãtęqꝫ ſunt. vt cum omni antiq̃tate non in iuria poſſis de gloria cõtendere: Et vt cętera. quę ſunt ꝓpe infinita abſolutę ſummęqꝫ ꝟtutis documẽta incõmodius mihi tempꝰ recẽ ſenda reijciam. quis nõ iure optimo admiret̃: non obſtupeſcat: non tollat in coelum diuinis laudibꝰ illud inauditę clemẽtię ⁊ magnani mitatis genꝰ. quo nuper ad. xi. kalẽdas nouembris vſus ꝓhiberis: Nam vt grauiſſimę lr̃ę magnifici equitis aurati Bartholomęi pẽ dalię ad Nicolaum filium ducalem hũc aulicum. quę hoc die ĩ ma‑ xima procerũ ⁊ nobiliſſimoꝝ hominũ multitudine coram hoc illu‑ ſtriſſimo noſtro principe Frãciſco Sphortia inter prandendum re citatę ſunt. prudentiſſime declarãt. Johãnes peregrinꝰ cognomẽto ſimul ⁊ re ipſa abolitꝰ maximis abs te maioribuſqꝫ tuis ornatꝰ bñfi cijs. cum grauiter et iniquo animo ferret vt leuem ita iuſtiſſimam mulctam illam. qua laurentiꝰ eius filius paucis ante menſibꝰ mul‑ ctatus fuerat. nõ minus hoc delicti negati mẽdacium. q̃ꝫ ob delictũ ipſum qd circa aucupium cõtra ſui decreta ꝓncipis ꝑpetrarat Ve‑ netias dedita opa profectꝰ dicitur. Ubi cum diutius eſſet. q̃ꝫ antea vnq̃ꝫ cõſueuerat. vt erat animo ad maledicẽdum nocẽdumqꝫ vehe mentiꝰ inflãmato. quicq̃d potuit excogitare. confingere cõminiſci. quod excellẽtię tuę vel ad ꝑnicaciam. vel ad infamiam acceſſurum exiſtimaſſet. eoꝝ omnium omiſit nihil. Et tanq̃ꝫ non dicẽdi. ſꝫ ma‑ ledicẽdi peritiam a diſertiſſimo Guaryno familiari noſtro didiciſſꝫ vbicũqꝫ Venetijs inter ambulãdum aliquos offendiſſet. quos tibi aliquãdo quoquo modo nocere poſſe cõſideret. apud illos ꝑ nouas ĩ ſinuatiões inſidioſaqꝫ principia cõtinuo ferebat̃ eo oratione. vt ali‑ ud nihil habere negocij videret̃. q̃ꝫ per omne inſimulatiõis genꝰ de‑ prauare ſplẽdidiſſimas ꝟtutes tuas: vtpote q̇ nihil aliud quęreret. ſtrueret: anhęlaret: q̃ꝫ malefacere: teqꝫ ſi fieri poſſet. tollere ex homi‑ num genere. Pudet me ea memiſſe: quę ab illo maledicta memorã‑ tur. Sunt em̃ indigna auditu: ſunt obſcoena. ſunt impia. Quę qui dem ipſa huiõi eſſe viri illi patricij vt ſunt magni ⁊ ſapiẽtes: non ob ſcure oſtenderũt: quippe qui plęriqꝫ omnes: tum Johãnem peregri

num ipſum ꝟbis acerrimis coram caſtigarūt:tum per lrās te de om
ni homīs petulantia familiariter amiceqꝫ monuerūt. Quibꝰ tu per
lectis ⁊ q̄ꝫ diligētiſſime cōſideratis:reqꝫ omni ītellecta ⁊ cognita:nō
turbaris:non excandeſcis:non animū acerbiorē in partem inclinas
id quod debitę ſeueritatis fuiſſet ⁊ iuſticię potius :q̄ꝫ crudelitatis. et
vltionis:ſed vt es humanꝰ.mitis.māſuetus.cōuocatis in cōſilium
duodecim ſapiētum quod dicit:ex primoribꝰ. Ferrarię ciuibus cir-
citer ducētis:accerſi etiam iubes reum ipſum Johānem peregrinū:
cum eſſent tamē ij omnes ignari:q̄ꝫobrem eo loci cōueniſſent. Dein
de victor pauo prudentiſſimꝰ ſecretarius tuꝰ profectus in medium
exponit excellētię tuę nomine perfidiam Johānis peregrini:eamqꝫ
non vnis venetoꝝ litteris ne cōtradicēte quidem reo cōfirmat:faci
leqꝫ cōuicit nō vna morte dignū eſſe illū:ſed admodū īfinitis. ⁊ ijs
q̇dē diris ⁊ truculētis:ſiq̇dē tot mortibꝰ plecti abomīabil' atqꝫ īpiꝰ
ciuis poſſet. Quibꝰ ſane auditis liquidoqꝫ ꝑſpectis:ita ſunt cōſultā
tium animi tantę rei immanitate in reum ipſum exaſperati:vt per-
inde atqꝫ hecuba quędam quam fabulātur:in polymeſtora in illius
oculos vellēt inruere.neqꝫ oculos dūtaxat eruiſſent: ſed vitam. ſed
animam.ſed ſiquid in anima latet altiꝰ et potentius. Atqui audiat
lōge lateqꝫ pręſens hęc ętas:audiat poſteritas omnis. Audiāt om
nes:qui ſunt futuri ve ſunt:populi:gentes:nationes audiat vniuer
ſus orbis terraꝝ inauditam humanitatem.clemētiam.ſanctimoni
am magnanimi atqꝫ religioſiſſimi ducis Borſij cuiꝰ verbis itém vi
ctor ſtans in medio iratoꝝ. ⁊ tumultuātium ciuium. Tibi ait o Jo
hānes peregrine homo nefarie mitiſſimꝰ pater patrię dux Borſius
pro tuis tātis iſtis ⁊ tam perditis tāqꝫ immanibꝰ facinoribus non
vitam eripit:nō ſubſtantiam: quę quidem omnia ꝓ tuis ſceleribus
amiſiſti.quin potiꝰ tibi vltro ignoſcit:debitamqꝫ poenam liberrime
remittit. Nam nihil eſt:quod malit q̄ꝫ non modo nō degenerare in
omni ꝟtutis genere a clariſſimis principibꝰ maioribus ſuis:ſꝫ illis
vniuerſis ſi fieri poſſit:q̄ꝫ longiſſime ꝓlucere O vocem pręſtātiſſimi
principis.o mirabilem leuitatem.o animi magnitudinē inauditā.
Laudatur ille maximꝰ rex Dauid:quod placatꝰ precibus mulieris
Abigail manꝰ a nabal carmello eiꝰ viro homīe vno omniū ingratiſ
ſimo:quem interimere cum vniuerſa familia decreuerat:illico abſti-
nuerit. Laudat' Cęſar auguſtꝰ:quod vxoris Liuię cōſilio. L.cin-
nę quem perdere cogitabat:anhelati parricidij veniam dederit. At
Borſium quibꝰ nos laudibꝰ proſequemur qui ciuibꝰ omnibꝰ in Jo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

hannis peregrini irruẽtibus necem: eum nõ modo incolumem eſſe iuſſerit: ſed ab impetu conſultãtium facto ſua manu ſubduxerit: atqꝫ ſeruarit: non mulieb: i: nõ alieno illi cõſilio nullis neqꝫ precibus. nec muneribꝰ opus eſt: qui per ſeſe viget ac ſapit: qui deum ſemper ante oculos habens cũ illud ſalutare preceptum memĩt. Mihi vindictam. ⁊ ego retribuam: tum ne obliuiſci quidem vnq̃ poſſet eundem humani generis ſaluatorem nõ ſolũ ignouiſſe malefacientibus ſed patrem etiam: vt illis ignoſceret: extremis in cruciatibꝰ ſupplici commiſerabiliqꝫ voce orare nõ deſtitiſſe. Libuit nobiliſſimo duci Borſio pro animi magnitudine obliuiſci iniuriarum. Libuit quod Cato ſenior prudentiſſime vſurpabat: vti venia ĩ delinquẽtem: quo poteſtatem: quam ab deo habet: ea liceat vti ſemper libuit. Libuit in q̃ optimo principi: vt eſt lenitate incomparabili: ignoſcere Johanni peregrino: quo et ſeſe ipſe ſiui ſimilem oſtẽderet. ⁊ illum perpetrati facinoris vbi poenituiſſet: ceteris foret exemplo nullam eſſe virtutem: que vni gratitudini antecellat. Quid enim ingratitudine foedius: quid atrocius: quid exitioſius: quid immanius: Nam ſi hec vitio vacat nullo ob eam quam in ſe habet impudentiam: a quo eni flagitio abſtineat homo impudens: non obſcure patet eſſe gratitudine preſtãtius nihil Et primꝰ ille Angelus ſi gratꝰ eſſe voluiſſet: neqꝫ ſua inflatus opinione in ſuperbiam lapſus eſſet: neqꝫ a celeſti diuinoqꝫ domicilio preceps corruiſſet ĩ tenebras ſempiternas Te Johãnes peregrine grauiſſimi atqꝫ iuſtiſſimi ciues omnes qui tua cauſa in conſilium cõuenerant: mortuũ eſſe voluerunt: quem princeps clementiſſimꝰ ⁊ vite reſtituit ⁊ tanto tamqꝫ ampliſſimo patrimonio quod iuſte pieqꝫ amiſeras: frui voluit: ſecutus is quidem vt mihi videtur: non tam illud quod a Socrate dictum laudatur a viris ſapientibus: decedere principẽ ⁊ amicis benefacere. ⁊ inimicos reddere amicos: q̃ preceptum euangelicum quo iubetur inimicos etiã eſſe diligendos. quo maiore te hominem inimiciſſimũ. quo pulchriore beneficio dux Borſiꝰ afficere poterat q̃ vita donatum iubere vl locupletiſſimum opulentiſſimumqꝫ repugnare: Nonne tibi videris regnare Johannes peregrine: cum tantum ſcelus impune perpetraris: Memineris igitur memineris gratitudinis. Et quod de perſa illo araſpa tradit Xenophon: tecũ dies noctiſqꝫ voluta. Nec te deteriorem. in Borſium: ſi quando vſus fuerit: preſtato. quam ille geſſerit ſe in cyrum. Apes iracunde ſunt. ⁊ adeo pernicaces ad pugnandum: vt aculeos etiam quibꝰ natura armate ſunt: relinquant

in vulnere. At earum regem natura eſſe inermē voluit. ⁊ ita mitem
quoqꝫ. ⁊ mãſuetum. Si huiōi ſe regem erga te pręſtitit mitiſſimus
dux Borſius: noli tu queſo inhęrētem vulneri aculeum item recipe
re ad nocēdum: idqꝫ non modo: ne noceas tibi ipſe: ſed vt animi tui
gratitudīe lętius reddas humaniſſimi ꝑncipis beneficium: cui non
minore curę ſunt laudabiles ciuium actiones: q̄ꝫ ꝓpe ac ſuę. Hoc
em̄ intereſt inter tyrānum ⁊ iuſtum principem: quod ille omnia re
fert ad ꝓprias vtilitates: ſiquidem aliq̄d vtile cenſeri debet. quod ab
honeſtate abhorreat. At iuſtꝰ princeps quicq̄d agit: quicq̄d loquit̄
quicq̄d cogitat: id omne refert ad vtilitatem ⁊ decus ciuium. Si te
tibi dux Borſius reſtitutū animaduerterit: hoc eſt ſi ſanū ⁊ pruden
tem: lętabit̄ ipſe certe: quod collatum in te beneficium non amiſerit
Tūc em̄ amittit̄: cum in hominem indignū collatum id fuerit. Et
paſtor bonꝰ relictis cęteris ouibꝰ: quam vnam amiſerat diligenter
quęrit. Et cum inuenerit nō mediocrem lęticiā pręſe fert. At ſi ſe-
cus tibi: quod tua cauſa nolim: cōſuleris. malueriſqꝫ ingratitudinis
crimini obnoxiꝰ fieri. q̄ꝫ gratitudīs laudari. ego ſane grauiꝰ tibi p̄ſa
giam nihil. ſed tu velim tecum ipſe ꝯſideres qualis de te apud viros
bonos ⁊ ſapiētis exiſtimatio futura ſit. qualis fama. An ignoras q̊
negligit famā ſuam. homicidā iudicari? Primū tibi ante oculos po
ne. quāta in laude ij verſant̄. qui ſe accepti beneficij memores volue
rūt. Quis eſt. qui nō libēter audiat. ac celebri orōne proſequat̄. vel
minucij magiſtri illiꝰ equitum in. Q. fabium maximū. vel. L. Te-
rentij culleonis ciuis romani in africanū ſuperiorem gratitudinem
ſingularem. Nam qualis ſe haberi voluerint Virgiliꝰ Horatiuſqꝫ
poetę in mecœnatem. et Auguſtū. eoꝝ pulcherrima diſertiſſimaqꝫ
poemata decantāt. Cōtra vero nemo eſt ſenſus ⁊ rōnis compos. qui
cum aut Sextilij in. G. Cęſarem aut. G. Pompilij in. M. Tull.
Ciceronem maximos duos ⁊ eloquētiſſimos viros ingratitudinē
inuitꝰ mœrenſqꝫ audit. nō illos vel mortuos oderit. atqꝫ execret̄. ⁊
per omne cōuicij cōtumelięqꝫ genus inſectet̄: Sꝫ quid multis? q̄ꝫ
ſit deteſtabile abominabileqꝫ facinꝰ ingratitudo: vt triſte ita ſempi-
ternum tulit exemplū ſceleratꝰ ⁊ impius Iudas ille: qui magiſtrum
dominūqꝫ ſuū humani generis redemptorē cruciādum iudęis per
omne vitę dedecꝰ ⁊ interimēdum tradidit. Is em̄ conſcius ſibi dirę
ſuę horrēdęqꝫ feritatis. abiecta ſpe omni cōſequēdę venię prodigio
ſam vitam laqueo finiuit. Plus em̄ ponderis ad pœnā in maligni-
tate ſua. q̄ꝫ in diuina bōitate atqꝫ miſericordia ineſſe arbitratꝰ eſt ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

veniam. Pretēa iuſtus ꝓnceps nō ſemꝑ ignoſcit. Nimia eīm miſericordia ſumma eſſe iniuſticia cōſueuit. Nec minꝰ crudelis ducit̃. qui ſempꝛ dat veniam. q̃ꝫ qui nunq̃ꝫ Omnibꝰ in rebꝰ mediocritas quędam ſeruāda eſt. Qui ſe voluit leniorem. q̃ꝫ deceat. lenitudinis cuiuſpiam ⁊ ignauię nomē ſubiit. Et diſſoluta clemētia non eū modo: qui iterum deliq̃rit. ſed reliquos item reddit alacriores ad delinquēdum. Quo fit. vt ſub vmbra huiōi vel clemētię. vel ſignitię iuſticia tota pereat. Itaq̃ꝫ etiam atq̃ꝫ etiam tibi caue. Teq̃ꝫ ita inſtitue vt ⁊ clemētię ac benignitatis tuꝰ optimus princeps ab omnibꝰ laudet̃. ⁊ tu viſus nō abuſus tāto beneficio videare. Sed vt eo vnde diuertit. noſtra redeat oratio. nō potui equidem p̄ſtātiſſime dux Borſi nō mirum in modum affici leticia cum lr̃ę illę copioſę ⁊ elegātes Bartholamęi pendalię coram optimo maximoq̃ꝫ ꝓncipe meo Frāciſco Sphortia recitatę ſunt. Erāt eīm iudices ac teſtes p̄clarę tuę et eximię bonitatis. q̃ꝫ vidi cū ab audiētibꝰ oībꝰ. tū a ǵuiſſimo ipſo ꝓncipe facūdo admodū plenoq̃ꝫ ore mirifice laudari. teq̃ꝫ vnū dici. qui int̃ huiꝰ ętatis ꝓncipes ⁊ haberi debeas: ⁊ dici ꝓnceps. Quare nō minꝰ meę foelicitati lętor. qđ mō dicebā. q̃ꝫ tibi ǵtulor. qđ maximis tuis īnumerabilibuſq̃ꝫ ꝟtutibꝰ tantam iam gloriam es adeptꝰ vt nulla ſit futura poſteritas. quę de tuis diuinis laudibꝰ cōticeſcat Quis eīm te humanior. quis clemētior. quis animi maguitudīe clarior. quis iuſtior. q̇s munificētior. Nam quid ego dicam de illuſtri ſapiētia tua. qui perſpicue intelligēs inferiora hęc ⁊ temporalis omnia mutabilia eſſe planeq̃ꝫ caduca. nihil tibi antiquiꝰ ducas magiſve expetēdum fide. religiōe pietate Omnia refers ad deum qua ſemper tanq̃ꝫ p̄n̄te. vidente audiēte dirigis ac perficis tuos ſalutiferos cogitatꝰ. Itaq̃ꝫ omnia tibi ſecūda ſunt. omnia lęta ⁊ ad votum omnia. Qui te minꝰ norit. ruſticꝰ eſt cenſendus. qui te nō amat. nō colit: nō ex omni animi ſentētia venerat̃: vel flagitioſus eſt vel ſtultus Perge. vt facis pꝛiceps pręſtātiſſime. da nobis tuis quottidie egregium aliquod argumētum vel audiēdi: vel dicēdi ſcribēdiq̃ꝫ de tot tuis tātiſq̃ꝫ ꝟtutibꝰ. Uale principum decꝰ Et me cōmendatum habe: vt facis. Ex Mediolano Idibꝰ nouēbribꝰ. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Nicodemo Tranchedino ſalutem plu. dicit.

q Uod tardiores ierint meę ad te lr̃ę: id cauſę fuit qđ expectabam mihi facultatem fieri per principē noſtꝝ faciūdi itineris Non eīm viuimus noſtro. ſed alieno arbitrio. Et iuſtꝰ princeps

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

pro iuſta lege ducẽdus eſt. At viri omnes boni ſubiecti ſunt legibꝰ. Idcirco Socrates cum poſſet: noluit e carcere ſe in libertatem vin dindicare. Breui igitur hinc cõcedam Lucam. Ibiq̃ tamdiu expectabo: donec mihi fiat: quod amici nomĩe ſignificaſti. Nam eius mihi fide eſſe tutius nihil poteſt. At ne ſecurius quidem. Erunt etiam mecum filij duo Marius: ac Xenophon. Cum vna erimus: cętera inter nos cõmentabimur. Uale Ex Mediolano. ix. kal'. Decembres. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Thomę ſenecę ſal.

b Ertholla noſter qui ad te venit: faciet de omni ſtatu meo te cumulatiſſime certiorẽ. Qua vero in re tua mihi opera opꝰ ſit: ex eodem ꝯgnoſces. Itaq̃ tuum eſt id pręſtare: ne fruſtra hoc itineris ab eo ſuſceptum videri poſſit. Non enim ſum neſcius. ⁊ quantum poſſis auctoritate. ⁊ gratia. ⁊ quantum etiam mea cauſa velle debeas: ſed rudis plane ⁊ dicendus ſum ⁊ iudicandus: qui ita ad te ſcribam: quaſi videar dubitare de ſingulari tua perſpectaq̃ charitate Quare nihil aliud abs te peto: niſi vt cures: ne iſtic diutiꝰ Bertholla noſter expectet. Uale Ex Mediolano. iiij. Nonas Decembres M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Beſſarioni epiſcopo tuſculano cardinali Niceno ſalutem

c Um ego quottidie tuas litteras expectarem pater clementiſſime: quibus certior fierem de ijs: quę ad kal'. nouembris tuę amplitudini ſcripſeram vna cum litteris ad ſanctiſſimum pontificem Pium: neq̃ aliud noui quicq̃ acciperem: eſſetq̃ iam mihi tandem iter ad vos permiſſum: cœpi non inuitus aggredi hoc laboris iſtuc proficiſcendi: etſi cupiẽti labor eſſe nullꝰ ſane poteſt. Itaq̃ ſum in via. Neq̃ ad multos dies futurum ſpero: vt ſanctiſſimi domini noſtri exoptiſſimam faciem tuamq̃ mihi coram cõtueri liceat Interea vero loci te maiorem in modum rogo: vt quod antea ad te ſcripſeram ⁊ de plutarchi codice. ⁊ de ducẽtis illis aureis ita ex ſentẽtia tua meaq̃ cõficiatur: vt mihi ijs de rebꝰ cum iſtuc venero: nihil curãdum ſit. Uale Reuerẽdiſſime pater ⁊ domine. Ex Mantua die Natalis chriſtiani. Mcccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Ciccho calabro ducali ſecretario ſalutem.

n Olo: mireris: ſi in hoc meo ad Pium pontificem itinere inceſſu vti videor teſtudineo. Id eñ fit partim malignitate

hyemis:quę vias omnis vitreas reddidit:partim benignitate prīn
cipum:qpi me nō nulli remorati ſunt. Jn primis autem Sigiſmū
dus Pandulphꝰ malateſta:vt eſt animo ingēti. ⁊ perhumano me
honorificētiſſime liberaliſſimeqꝫ excepit ⁊ omnibꝰ eſt officijs ꝓſecu
tus:quem ego cum ob eiꝰ maximas īnumerabilíſqꝫ ꝩtutes maximi
facio:tum eo pluris:qđ principis noſtri amātiſſimū eſſe obſeruātiſ/
ſimumqꝫ cognoui. Jdqꝫ vt iſtiꝰ excellētię referas:volo. Sum ego
hinc poſtridie abiturꝰ. Utarqꝫ:quātum in me fuerit:maturiore iti
nere. Te interea etiam atqꝫ etiā rogo:vt memineris mei:nec minꝰ
Laurę noſtrę quā tibi vnice cōmendo. Reliquū eſt:vt cōmuni pn
cipi etiā atqꝫ etiam me cōmendes. Uale Ex Arimino Nonis Ja/
nuarijs. M.cccc.lvi.

¶ Frācīſcꝰ philelfus. Ciccho calabro ducali ſecretario ſal.

d EDi ad te. nudiuſtertiꝰ litteras ex Arimino:quibos certior
factꝰ eſſes de ijs :quę tempꝰ obtulerat Heſterno veſperi cū ad forū
ſemproniū veniſſem:offendi Jacobum peruſinū cognomēto picini
nū corpe ſane Tydeum. ſꝫ animi robore ac prudētia alcidem aliquē
Hic mihi viſus eſt tāta eſſe :in principem noſtꝝ ⁊ fide. ⁊ pietate .vt
dignꝰ ſane ſit:quem Sphortiani oēs mirifice diligamꝰ. amemuſqꝫ
Singularē is mihi beniuolētiam oſtēdit. omiſitqꝫ nihil:quod vel
humanitatis. vel benignitatis officiū ſaperet. Spero hūc principi
noſtro maxime aliquādo voluptati fore. ⁊ fortaſſis etiā vſui Cū hęc
ad te ſcripſi:eram hinc cōtinuo abiturꝰ:quippe qui audirē pontifi/
cē Pium ex vrbe Roma iam deceſſiſſe petereqꝫ peruſiam. Tu me
interim ama:vt ſoles. Uale Ex foroſempronio. vij. idus Januari
as. M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Gaſpari mercato Ua/
lentię comiti ſalutem.

ſ J gaſparem mercatum meū de omni meo in vrbem Romā
itinere minꝰ facerem certiorem:quem aliū ſum facturꝰ:haud ſatis ī/
tel'igo. Jtaqꝫ rem omnem paucis accipe. Poſteaq̄ꝫ ad quartūdeci/
mum kalēdas Januarias e Mediolano deceſſiſſem:veni poſtridie
Mantuam:quę quidem vrbs me plurimū delectauit cum ſua ma/
gnificētia et Maronis noſtri memoria:tum etiam cumulatiꝰ prę
ſentia ⁊ humanitate pręſtantiſſimi principis Lodowici : qui me
vidit perlibēter:excepitqꝫ lautiſſime. Et quoniam natalis chriſti/
anus propediem aduētabat:voluit ne ante inde diſcederem:q̄ꝫ eſſet
a me Natalis ipſa apud ſe celebratus. Quo quidem facto po/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſtridie eius diei Reuerum veni: vbi vidi pulcherrimas ędes illas: quas ingēti animo princeps eo in oppido nuper edificauit nō trito et vſitato quodam vulgariqꝫ artificio: ſed ad imaginem potius atqꝫ dignitatem laudatiſſimę illiꝰ et perbeatę antiquitatis. Unde cū ferrariam poſtero die cōceſſiſſem: ducem Borſium offendi principem ſane dignum: quem nulla neqꝫ natio. nec poſteritas cōticeſcat Eſt em̄ omni ꝟtute prędituꝰ in primiſqꝫ magnitudine animi ac munificētia: quę ipſę ducę claris principibꝰ peculiares ſemper eſſe debēt Et quod mihi fuit iucūdiſſimum auditu: diuinum principem noſtrum nō minore laude: q̃ꝫ beniuolētia ꝓſequi ſtudebat. Ab hoc ego egregie donatus pridie kal. Januarias verſus Bononiam ꝓfectus perpetuo itinere intra quatriduū Cęſenam veni: vbi ab humaniſſimo Regulo malateſta nouello nō regie minus q̃ꝫ philoſophice ſum acceptus. Eodemqꝫ modo poſt biduū a Sigiſmundo pandulpho huiꝰ fratre: cuiꝰ ego fortunam non potui non miſere dolere: quippe quem videam breui periturꝫ. niſi a clementiſſimo noſtro principe: a quo quidem vno is vltimam ſalutem ſperat: opem: auxiliumqꝫ inuenerit. Unde cum primum illuxiſſet: abiens forum ſempronium petij. Hic Jacobꝰ picininus acerrimꝰ belli dux hibernans vbi me eo aduenisſe cognouit: ſuū neceſſarium quendam ad cauponulā miſit: qui me ſuo nomine ſalutaret: atqꝫ omnia polliceret: quę humanitatis ſunt beneficētięqꝫ officia. Hunc ego deinde mane cum adijſſem: multaqꝫ citro vltroqꝫ familiariter ⁊ amice habita verba eſſent vnum id viſus mihi ſum de illius animo intelligere ſibi principe noſtro nihil eſſe charius: nihil venerabiliꝰ: cum ſeſe huiꝰ ſemper nō ſeruū minus: q̃ꝫ filium aſſereret: diceretqꝫ nihil ſibi cōtingere poſſe optabilius: q̃ꝫ aliquam occaſionem offerri declarādę ſuę in talem ac tātum patrem ⁊ dominum obſeruātię fidei pietatis. Quid multis eſt opus:Ꝫ Eſt plane Jacobꝰ picininus in principem noſtrum tanta beniuolētia atqꝫ fide: vt addi nihil poſſit ad cumulum. Sum autem ab illo ita tractatꝰ: vt eum decet: qui ⁊ vetus amicꝰ ſit ⁊ principi noſtro chariſſimus. Eodem etiam die inde diſceſſi. ⁊ per montuoſa illa aſperrima itinera poſt ſextum diem perueni ad vrbem Romā. Et ne ſim longior: q̃ꝫ oportꝫ. Summꝰ pontifex Pius tāta me humanitate excepit: vt vix quicq̃ꝫ dici poſſit humanius. Spero me omnia ex ſentētia mea aſſecuturum. ⁊ ad paucos dies ſecūdis nauibus reditur ad vos Interim velim: vt memineris mei tibiqꝫ ꝑſuadeas te mihi neminem poſt clementiſſimū principem noſtrū eſſe chario

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

rem:neq3 iucūdiorem. Tu vale cum tua frigidiſſima frigida. Nā
hic niuium nihil eſt. Ex vrbe Roma. xiiij. kalendas Februarias.
M.cccc.lvi.

¶ Franciſcus philelfus. Borſio eſtenſi Mu-
tinę regijq3 duci ſalutem

q Uod mihi ex vrbe Ferraria recedenti mandaſti pręſtantiſſi
me dux Borſi:id ego Pio eccleſię Romanę pontifici fideli
ter diligētiſſimeq3 expoſui. ⁊ ea pręterea addidi: quę mea intereſſe
pro maximis tuis in me beneficijs addēda exiſtimaui. Audiuit cer
te omnia ſumm⁹ pontifex perlibenter. oſtēditq3 ſe viſurum in tem-
pore: quod tam liberaliter atq3 perbenigne obtuliſti. deinde in lon-
giuſculum ſermonem de tuis diuinis laudib⁹ et audiēdo ⁊ dicendo
prouect⁹ eſt. Et cum alia permulta de te mirifice probauit: tum in
primis delectat⁹ eſt: quod nihil pluris q̄3 religionem ⁊ cultum diui
num faceres. Dicebat eñ ſibi plurimū videri laudādum: qui in tan
ta rerum licētia ita ſe gereret: vt omnia referret ad deum. Abſolutę
q3 eſſe ꝟtutis: qui in maxima fortuna ſe cōtineat: cum fieri vix poſ-
ſit: vt impunitate ꝑpoſita voluptas vitioꝝ omnium parēs cōtem-
nitur. Et ideo te ſibi videri magis admirādum: qui in pulcherrimo
et pacatiſſimo principatu in maxima bonarū rerum omniū affluen
tia. ⁊ varietate. ⁊ copia nunq̄3 ſecedas ab honeſtis actionib⁹: nunq̄3
ab officio. nunq̄3 a deo. ſemperq3 tui ſimilis ſis: hoc eſt dei metuens
planeq3 perfect⁹. Nunq̄3 enim te potuiſſe in illa Johānis peregri-
ni aduerſus dignitatem tuam impia cōtumelia: niſi deum ſemꝑ an
te oculos haberes. Itaq3 iſtiuſmodi clemētiam tuam pleniore quo
dam ore hilariq3 vultu laudabat. Et ne ſi lōgioꝝ fuero: videar aſſen
tationi obnoxius vel in re perſpicua omninoq3 veriſſima: ea fuit di
cendi clauſula: ſi talis fuerint reliqui chriſtiani principes: qualem te
eſſe in deum audiret: nō admodum ſibi in ſua hac perfectiōe laboran
dum fore aduerſus turcos. Hic ad m rtium iſtac iter facturus eſt.
Quare ex eo ipſe coram animaduertes: quam de te habet pręſtantē
opinionem eamq3 veriſſimam. Cętera tibi propediē pręſens expo-
nam. Summ⁹ pontifex hoc mane Romam egreditur Peruſiam
verſus iter facturus: vbi dies quinq3 ad ſummū acturus eſt. Uale
mi prīceps illuſtriſſime. ⁊ me cōmendatum habe. Ex vrbe Roma
xi. kal'. Februarias. M.cccc.lvi.

¶ Sequitur Liber Decimuſquintus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſci philelfi Epiſtolarum Liber Decimus-
quintus.

¶ Franciſcus philelfus. Sigiſmundo Pandulpho Malateſtę. Salutem plurimam dicit.

Cum primū veniſſem in vrbem Romam Sigiſmunde Pandulphe: rem: quam ꝓficiſcēti mihi ꝓ tua ī me precipua dilectiōe mandaras: curaui apud pontificem Pium nō minore fide: quā diligētia. Quid autē is rn̄derit in cauſam tuā: id ego omne filio tuo excellēti indole adoleſcēti Robertho: quem te apud Mediolanū abſente, rediēs ſani offenderam: vt actum erat: expoſui. Feciſti autem ⁊ prudent͛: ⁊ recte: quod ſoceri tui Frāciſci Sphortię charitatem atqȝ ſapiētiam fucatę aliorum ſpei doloſiſqȝ pollicitis: vt es aīo ingēti acerrimoqȝ ingenio: ꝑtuliſti. Non eīn mihi crede: tua te fallet opinio. Eſt eīn hic pͥnceps vt ſcis: cum alijs ꝑmultis ac maximis v̈tutibus prędıtus: tum clęmētia atqȝ benignitate plane oīm prim⁹. Quę quidem ipſę tuę virtutes mirifica beniuolētia quadā mortaliū aīos ad ſe trahūt. Nam vt crudelitas eſt immanium proprie belluarum: ita nihil eſſe duco: quod magis attingat hominū bonitatem. q̄ȝ humanitatem. facilitatem. māſuetudinem. Liberalitas vero ac beneficētia q̄ȝ vehemēter alliciāt omnis in amorem ſui: quis ē: qui neſciat: Quātum v̈o prudentia. ⁊ reꝝ gerendaꝝ peritia calleat idem Franciſc⁹ Sphortia eorumqȝ nō paruarum: aut vulgarium. cum alia ꝓpe infinita periculoſiſſima clariſſimaqȝ facinora. tum nobiliſſim⁹ hic principat⁹ facile demōſtrat. quem nullis fere virib⁹: auxilijſue fortunę. aduerſus omnes italię. atqȝ galliaꝝ. hiſpaniarūqȝ potentat⁹ adept⁹ eſt cum īmortali ſui nomis gloria. At hui⁹ fide obſeruationeqȝ ꝓmiſſoꝝ q̄d inueniri liceat aut certi⁹. aut ſanctius: Itaqȝ tibi plurimū gratulor cui video ꝓpediem lętiorem fore fortunā. teqȝ nō modo liberatum iri omni belloꝝ mole. ſed incremētum etiam firmiſſimū vni⁹ huius ſoceri tui cōſilio atqȝ adiumēto tuis reb⁹ pręſentib⁹ allatuꝝ. Reliquū eſt. vt ꝓ tua dignitate atqȝ animi magnitudīe vt beneceptis iſiſtas. omnibuſqȝ declares cū te Sigiſmūdum eſſe ⁊ indies magis magiſqȝ futuꝝ. qui cōſilij rationem omni caſus temeritati anteponendā iudices. Uale Ex Mediolano. ix. kal. Martias. Anno a Natali chriſtiano. M. cccc. lvij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcꝰ philelfus Karolo fortibracio ſal.

q Uam mihi gratū ⁊ ꝑiucūdum fuerit lautiſſimū tuū munꝰ Seneca noſter cenſor egregiꝰ idemqꝫ veriſſimꝰ ſplēdidiſſimi tui noīs ꝑdicator tibi corā exponet. Facis tu autē nihil alienū a paterna gloria tuoqꝫ ſplēdore. Nihil em̄ decet paruū abs te donari qui ex maximo imꝑatore ſis natꝰ ⁊ ipſe maximꝰ. Quod autem ad me attinet. licet ipſi tibi. vel me reticēte nō obſcure intelligē. qualis ſit meꝰ erga te animꝰ. Nam ſi nullis beneficijs ꝓuocatꝰ eram. tibi antea vehemēter affectꝰ ob eximias tuas īnumerabiliſqꝫ virtutes qualem futuꝝ ſperes. quē tam elegāti munere decoraris: Tuū igit̄ fuerit bonas actiones tuas bonis aſſidue actionibꝰ cumulare. Nō em̄ nos minoris in dicēdo de te bene cognoſces. q̄ꝫ nos de te in bene agēdo audierimꝰ. Reliqua ex Seneca ipo accipies Uale Ex Mediolano. vi. idus Apriles. M. cccc. lvij.

¶ Frāciſcꝰ philelfus. Thomę ſenecę ſal.

ſ Atis ſuperqꝫ expectare domi te poterā. cui darē lrās. quas ꝑ dixeram. ad illuſtrem Karolū fortibraciū cum interim nū- ciat̄ abeſſe te ab vrbe Mediolano ꝑmulta millia paſſuū. Feciſti au- tem ſeuerius. ne dixerim inhumaniꝰ. quod nō vale ſaltem ꝑus dixe- ris. q̄ꝫ a nobis abieris: ꝑſertim cū ſcires tua mihi adhuc opa opꝰ eſſe Nam qua in re id certe ſcire non poteras. niſi ab me ante audiſſes. Habes tu cum hiſce lrās: quas tecū laturus fueras ad inclytū iſtuꝫ Karolum. Intelliges etiam. quid abs te velim Itaqꝫ facito: cures omnia ex ſententia mea. Uale Ex Mediolano. v. Idus Apriles. M. cccc. lvij.

¶ Frāciſcꝰ philelfus. Nicodemo trāchedino ſal.

d Edi Petro galerę ad te lrās: ex q̇bꝰ intelligere potuiſti: q̇d fieri abs te velim. Itaqꝫ ſi me amas. vt certe facis. da operā vt et q̄ꝫ primū ex ſentētia mea mihi morem geras. Scio em̄ ⁊ quā- tum poſſis. ⁊ quātum mea cauſa velis. Quare ne infinitę occupa- tiones tuę tibi impedimēto ſint quo minus quod cupimꝰ. aſſequa mur. tuę prudentię fuerit ꝓuidere. Uale Ex Mediolano. v. Idus Apriles. M. cccc. lvij.

¶ Frāciſcꝰ philelfus. Amareto Mānello ſal.

Non abſurde mihi videt̄ plato ſenſiſſe eo ī libro q̇ de rectitudīe noīm īſcribit̄. noīa q̇bꝰ vtimur. nō eſſe īdita caſu q̄piā. vt vulgo exi ſtimāt. ſꝫ ita potiꝰ īducēte acꝰ veluti de īduſtria dictāte natꝰa. q mul to ān̄ ꝓuidēs. q̇d cuiqꝫ ſit euētuꝝ. ⁊ qual' q̇ſqꝫ futurꝰ ſit. ita nomē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

imponat. Jd autem cum in alijs multis ⁊ rebus. ⁊ homibꝰ probari
poteſt. tum in Alcides. et Priamus perſpicuū eſt. Alcides em̄ ro-
buſtum fortemqꝫ ſignificat. qualem illum legimꝰ extitiſſe qui hercu
les poſtea cognominatꝰ eſt. quaſi fama gloriaqꝫ iunonis. que a gre
cis vocatur hera. Priamus vero a verbo priame. qđ emo ſignificat. de
duci manifeſtum eſt. At illum ab Alcide captum troianos poſtea
emiſſe ⁊ grece. ⁊ latine tradūt hiſtorie. Nam de viribꝰ ⁊ fortitudie
Herculis quid attinet predicare? Et hec quidem duo quemadmo
dum alia permulta. quibꝰ totꝰ ille liber refertꝰ eſt. ſecūdum rectam
analogiam dicta reperiātur. Uidemꝰ etiam ⁊ apud grecos ⁊ apud
latinos pleraqꝫ eſſe nomia. que ſecꝰ interp̄temur. q̄ꝫ voces ipſe ſigni
ficēt. Nam ⁊ lucum dicimꝰ: quod ob nimiam arbor̄ denſitatem lu
ce quodāmodo careat. ⁊ parce. quod certe minime parcāt. Sic itē
apud Platonem Cratylus cauillatur in hermogenem eum nō recte
dici hermogenem. hoc eſt mercurio genitum: quod doctrine ſcꝫ at-
qꝫ eloquētie nihil ſapiat. Unde hec noſtra reperitur oratio: vt intelli
gāt ceteri: qui te me amare experti nō ſunt. nomen tuū contrario eē
ſignificato accipiēdum: q̄ꝫ vox ipſa videatur oſtendere. Nam nō mo-
do nihil in te habes amaritudinis: ſed es certe plane dulcis ac pſua-
uis: id quod nō ſolum omni tuo ſermone declaras. ſed etiam vniuer
ſa vita. Sed de his malo apud alios q̄ꝫ apud teipſum verba facere.
Dediſti ad me binas litteras. quar̄ vnas eodem accepi die. quo erā
ad vrbem Romam profecturꝰ. Jtaqꝫ nihil tunc ocij datum eſt re-
ſpondendi ad te. Altere autem ſimul cum duobꝰ faſciculis aſpara-
gorum ſunt hoc tēpore mihi reddite. quo me febrecula quedam ca-
qꝫ tertiana corripuit. Quare nolim. mireris. ſi minꝰ hilares he mee
littere ad te ierint. Uix enim iacenti in lectulo atqꝫ febrienti mihi
vel ineptiora hec dictare licuit. cum laboris etiam partem tuus ac
meus bonus accurſius piſanus in ſcribendo ſibi vltro aſſumpſerit.
Unum autem non omittam me non minore admiratione pſequi
q̄ꝫ delectatione orationem: qua in litteris vteris Et ſcribis tu certe
nō modo apte ſed etiam pulchre. Jtaqꝫ pro noſtra ſingulari ac mu
tua beniuolentia te etiam atqꝫ etiam hortor. vt qua cœpiſti. diligē
tia incumbas ſtudijs litterarum. ex quibus crede mihi: longe maio
rem fructum ac diuturniorem conſequere. q̄ꝫ ex omni tua queſtuo-
ſiſſima mercatura. Meum Catonem ſaccum iuriſconſultorum ho
merum ſaluere plurimum iube. Preterea velim meo nomine mo-
neas Marium filium. vt cum Baldaſſare Raxino ſe quā mode-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

ſtiſſime gerat operamqꝫ det. vt amiciciam cum illo viro q̄ꝫ inimicici
as maluiſſe intelligatur. Uale Ex Mediolano. vij. kal'. Maias.
M.cccc.lvij.

¶ Franciſcus philelfus. Amareto mānello ſalu.

f Acis tu quidem mi Amarete peramice. quod febrienti mihi
omnibꝰ humanitatis officijs opituleris. Et aſparagos accę
pi. ⁊ mala punica. Fuerūt ſane mihi vtraqꝫ pergrata. Faciat deꝰ. vt
propediē: quod ſpero. optoqꝫ. iucūdiora nobis tua ſint munuſcula.
Nam animo tuo iucūdius certe eſſe nihil poteſt. Qđ autem ad tu
um attinet nomē. non facile ſentētiam mutare cōſueui: ꝑſertim eā:
quam diligentiꝰ ante cōſiderarim. Preterea an ignoras nimis om
ne vicij loco duci: Si ita ⁊ moribꝰ es dulciſſimꝰ: ea ſimulata noīs
amaritudo tātuʒ affert temperamēti: vt omnia illa quaſi nimia dul
cedo ad mediocritatē quandam redigat: quod vel merę ꝟtutis eſt:
vel laudabilis habitꝰ. Ad hęc nōne vides Pigellum tuū non idcir-
co ita eſſe nomiatum: quod vlla ex ꝑte ſit piger: quippe q̇ in rebꝰ ge
rendis ſit vnus omnium ſtrenuꝰ maxime. Tu vt ante ad te ſcripſi:
velim: omni opera atqꝫ diligentia litteris ſtudeas. Hęc em̄ vna res
cum multa tibi adiumēta allatura ſit: tum erit aliquando non me-
diocre leuamētum ſenectutis.. Uale Ex Mediolano. v. kal'. Ma
ias. M.cccc.lvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Johanni et Guidoni.
Antonio arcimboldo ſalutem.

c Upiēti mihi acerbiſſimū luctuoſiſſimūqꝫ moerorem: quem
ex obitu Nicolai patris ſapiētiſſimi iurecōſulti. ⁊ grauiſſimi
ſenatoris cōcepiſtis: aliqua ſaltem ex parte leuatum ire: duę ſane res
ita aduerſant: vt vnde exorditurꝰ ſim: neſciam ⁊ moleſtiſſima hęc fe
bris: qua nō mediocriter langueo a incredibilis quędā in optimum
virum illum beniuolētia: qua fit: vt cōſolandꝰ ipſe non minꝰ ſim: q̄ꝫ
vos: quos cōſolaturꝰ accedo. Faciam tamē: vt potero: operāqꝫ da-
bo: vt quibꝰ in hac mea animi moleſtia remedijs vtor: ijs etiaʒ vos
ſi aptioribꝰ nō licuerit: vti mecum vna poſſitis. Nō equidem nega
bo magnam eſſe iacturam nrām in obitu tāti atqꝫ talis viri ingenſ-
qꝫ naufragiū. Non em̄ morte nobis ſublatꝰ eſt vir vnꝰ ex pluribꝰ:
ſed is ꝓfecto: quo alium neminē vniuerſa hęc gallia Ciſalpina neqꝫ
incētiorem habuit. nec doctiorem: nec omni ꝟtutis genere meliorē.
Liceat intueri fortaſſe nōnullos: qui ſingulari aliqua vel īgenij. vel
doctrinę. vel ꝟtutis pręſtātia inter cęteros ſint illuſtres: ſed q̇ vnus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

omnem ſimul laudem ſit complexꝰ:preter vnū Nicolaum arcim-
boldum:inueniamꝰ certe neminem. Hic publicis:hic priuatis ī re-
bus et domi:⁊ foris ita ceteris huiꝰ tempeſtatis hominibus preſta
bat:vt nō minꝰ venerandꝰ colenduſqꝫ eſſet:q̄ꝫ et diligendꝰ.⁊ amā-
dus.Offendebat neminē:proderat omnibꝰ Nihil ſibi ducebat po-
tius q̄ꝫ iuſticiam atqꝫ pietatem.Omnia ad officium boni viri:om-
nia referebat ad deum:quo perinde ac preſente ⁊ intuente omnia:re
cte ſemper ⁊ ſapiēter:tum loquebatur:tum agebat:quicquid ei aut
agendum.aut dicēdum eſſet. Illudqꝫ Platonis atqꝫ ſtoicoꝝ non
re minus.q̄ꝫ verbo vſurpabat nō ſibi ſoli ſe natum eſſe.ſed bonis om
nibꝰ.ſed vniuerſo humano generi. Itaqꝫ alioꝝ etiam cauſas ac liti-
gia ea animi grauitate integritateqꝫ penſitabat.acſi eſſent propria.
Hinc factum eſt.vt chariſſimꝰ eſſet omnibꝰ.preſtantiſſimo autem
noſtro principi ita gratꝰ ⁊ periucūdus.vt alius magis nemo.Qua
re in omnibꝰ rebus maximis illiſqꝫ difficillimis:que ī tam locuple
tiſſimo.⁊ potētiſſimo principatu q̄ꝫplurime ac varie quottidie oc-
currūt.vnum hūc Nicolaum arcimboldum nō intereſſe ſolum.ſed
ita preeſſe ſemper inſtituerat.vt ſine eo nihil innocēter.nihil ex ani-
mi ſui ſentētia fieri poſſe iudicaret.Et ne ſim dicēdo longior.q̄ꝫ vel
res ipſa.vel tempꝰ.vel preſens mea corporis imbecillitas poſtulat.
quemadmodum vniuerſa quondam grecia in dubijs ſuis ac maxi-
mis cauſis ad Ariopagum ſe referebat.ita nō modo totum hoc p̄n
cipis noſtri latiſſimū regnum.ſed omnis etiam hec gallia Ciſalpina
vnius illiꝰ viri edes cōtinuo petebat:⁊ aſſidue frequētabat.quo ali-
quid inde aut cōſilij.aut auxilij iuſte pieqꝫ aſſequeret̃.Et nemo cer-
te vnq̄ꝫ inuentꝰ eſt.qui quod cōſilium ille protuliſſet.nō tanq̄ꝫ a ſo
lone aliquo.aut ex ſacratiſſimo quodam iuſticie ⁊ totiꝰ virtutis ora
culo prolatū eſſe cenſeret.Quis igit̃ non iure doleat.atqꝫ animo ve
hemētiſſime crucietur in eiꝰ viri obitu.cuius vita ſaluti vt ita dixe-
rim.erat omnibꝰ:Quid tamē faciūdum nobis ſit.qui ea ſumꝰ na-
ti neceſſitate.vt omnibꝰ ſit tandem moriēdum:Quicquid autem
fit lege nature.id certe etſi acerbum videri ſolet ob infirmitatem hu
mani generis.profecto non modo in malis ducēdum non eſt.ſed in
bonis potiꝰ.Nec eīm mors eſt interitus.quo corpꝰ ſimul animuſqꝫ
diſſipat̃ atqꝫ deletur.ſed quedā ſeparatio ipſiꝰ animi a corpe.hoc eſt
immortalis nature a natura mortali. Interit ſane hō exterior mor
te.nō interior.qui quo ſolutior ē vinclis moleqꝫ corporea.eo liberi-
or reddit̃.eo ſui ſimilior.eoqꝫ magis ac magis ⁊ viget ⁊ ſapit.Qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

re ſi recte volumus rem ipſam nobiſcum animo volutare. nõ eſt no
bis morte ſublatꝰ Nicolaus arcimboldus qui ex his tenebris into-
lerabilibuſqꝫ erumnis humanę vitę in cęleſte regnum ad vitã ſem-
piternam eamqꝫ et lucidam. ⁊ perſpicuã omniqꝫ gaudio abundan
tem euolauit. Recępit iam premia bene actę vitę fruitur cõſpectu
omnipotẽtis dei. Nulla re eget. nullis laboribꝰ eſt obnoxius. Nũc
lętatur. gaudet exultat. quod id bonum tãdem eſt cõſecutus. quo ali
ud nullum neqꝫ dici poteſt. neqꝫ cogitari aut foelicius. aut beatius
Illiꝰ autem gloria ⁊ ſempiterno gaudio nos animi torq̃ri nõ aman
tis eſt. ſed inuidentis ⁊ ad ſuũ cõmodum omnia referẽtis. Quo cer
te nihil eſſe arbitror magis alienũ ab aĩo ingenuo ac magno. Quã-
obrem ſi mihi audieritis doctori olim veſtro nobiliſſimi adoleſcen-
tes. feretis ęquo aĩo ac modice obitũ Nicolai patris. quin potiꝰ ope
ram dabitis vt omni induſtria atqꝫ diligẽtia illiꝰ per omnis pręſtã
tię genus q̃ꝫſimillimi ⁊ dicamini. ⁊ ſitis. Quod vna re facile vobis
cõtigerit. ſi ꝟtutem paternam ſemꝑ per omnem vitę curſum ſequi
imitariqꝫ ſtudueritis. Id autem eo faciliꝰ factu eſt. quod relictum
ab eo vobis eſſe intelligitis locupletiſſimũ. ⁊ honoratiſſimum patri
monium. per quod omnem vim impetumqꝫ fortunę ſitis ꝓpulſa-
turi. Et quod inq̃ꝫ patrimonium: Num prędia ac fundos Et hęc
ſane nõ mediocriter. ſed aliud lõge maius. lõge pulchrius. lõge diu
turnius. eruditionem bonaꝝ artium quę nulli motui. nulli fortunę
ſubiecta eſt. Nam alterũ veſtrum vrbanis. alteꝝ bellicis laudibus
erudiẽdum ſtuduit. Quibꝰ vtriſqꝫ tota humana vita quam dupli
cem eſſe natura cognoſcimꝰ contẽplatiuam atqꝫ actiuam. ⁊ cõſtat.
et habetur in laude. Nam quid ego dicam de pulcherrima ſupelle-
ctili amicoꝝ quos tot vobis tantoſqꝫ reliquit. quot eiꝰ admirabilis
ac ſumma grauitas per incredibilem magnitudinẽ meritoꝝ quotti
die q̃ꝫdiu vixit. ſibi cõciliauit: Nec enĩ minor vobis cura habẽda ẽ.
vt amicorum hęreditatẽ non deſeratis. q̃ꝫ vt reliquam rem omnem
pecuniam tueamini. Valete Mediolani ex ędibus meis. v. Idus
Maias. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcus philelfus. Jacobo Lucenſi Apo
ſtolico ſecretario ſalutem plu. di.

f Ranciſcus foſſatus vir nobilis ⁊ humanꝰ idemqꝫ ſplẽdidiſ-
ſimꝰ eques auratus eſt mecũ ſumma familiaritate cõiunctꝰ
hũc ego tibi ꝓ noſtra ſingulari beniuolẽtia maiorem in modũ ꝯmẽ
do. Facies tu mihi ſane rem admodũ gratã. ſi curaueris. Frãciſcus

meus intelligat meas apud te cõmendatiões ſibi fuiſſe non medio-
cri adiumẽto. Quod vt facias. tanto ſtudio abs te peto. vt maiore
aliud nihil poſſim. Scio te omnia cupere mea cauſa. nihilq; omiſ-
ſurum quod huic viro vel ad rem. vel ad dignitatẽ ꝓfuturꝫ intelli-
gas. Quare ne tuę ꝑmultę ac maximę occupatiões tibi impedimẽ-
to ſint. quo tardius quod facto opꝰ fuerit: effectum reddas. te etiã
atq; etiam rogo. Vale. Et me ſanctiſſimo domino nr̃o q̃ꝫ diligẽtiſſi
me cõmenda. Cui qđ nihil adhuc obſtrepuerim poſt reditũ meum
ab vrbe Roma: tertiana febris fuit ĩ cauſa: qua quoniam diuina be
nignitate iam ſum plane liberatꝰ: quod p̃termiſſum eſt, ꝓpediem re
ſartiam. Gregoriũ Senẽſem iurecõſultum collegam tuũ bene va-
lere plurimum opto. Vale iterum Ex Medolano. xi. kal'. Junias
M. cccc. lvij.

Franciſcus philelfus. Amareto Man
nello ſalutem plu. di.

b Js deinceps poſteaq̃ꝫ tertiana febre ſum liberatus. tui ad me
ierũt pulcherrimi aſparagi. quibꝰ etſi delectatꝰ ſum plurimũ
q̃m ab homĩe amiciſſimo miſſi eſſent. lõge me tamẽ magis magiſq;
delectaſſent. ſi litterarꝫ tuarum ſuauiſſimo comitatu vti voluiſſent.
Jd quod nõ preſtitiſſe te. niſi mihi memorię occurrerẽt occupatio-
nes tuę tum p̃uatę: tum publicę. ęquo aĩo haud ferrem. Erit tamẽ
humanitatis tuę. ſi cũ quid ocij nactus fueris. aliq̃d mihi ſcripſeris
Vale Ex Mediolano. viij. kal'. Junias. M. cccc. lvij.

Franciſcus philelfus. Johãni palęologo mon
tiſferrati marchioni ſalutem

n On secꝰ nos omnes qui eloquẽtię ſtudium ꝓfitemur illibe
ralitatis accuſandi ſumꝰ. ſi per lr̃as amicos cõmendare ne-
glexerimus. q̃ꝫ vos p̃ncipes. dum viros familiaris ac beneuolos iu
uare pecunia detractatis. Jn quã vicij labem ne ipſe inciderem apđ
te: qui ſoles vnꝰ omnium eſſe liberaliſſimꝰ. non potui tui nõ cõmen
datum facere Demetrium palęologũ iſtum. qui tuę excellẽtię reddi
dit meas lr̃as. Eſt eñ vir nobilis ⁊ modeſtus. idemq; plane dignꝰ
cui in tãta ſua calamitate opem feras ꝑbenigne. vt ijs omnibꝰ con-
ſueſti: quos ex reliquijs illiꝰ conſtantinopolitani naufragij fortuna
ſeruauit. Ego de hoĩs dignitate verbũ ideo nullũ facio quod ſecũ ip-
ſe locupletiſſimũ teſtimoniũ affert. Reliquũ eſt. vt bonę Valitudi
ni operam des q̃ꝫ diligẽtiſſimam. quo tua humanitate q̃ꝫ diutiſſime
vti poſſimꝰ. Vale Ex Mediola. iiij. nonas iunias. M. cccc. lvij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Franciſcꝰ philelfus. Xenophōti filio ſal.

q Uod tibi antea q̄z iſtuc eſſes ꝑfecturus: cōſilium dedi. idqꝫ
vt faceres. iuſſi idem repetam per lrās. Inſtituiſti medicinę
operam dare: quod eiꝰ rei nō modo non reprehēdo. ſed vehemēter
laudo: quādoquidem ⁊ medicina poſt magicā atqꝫ poeticam eſt om
niū laudatiſſimaꝝ artium vetuſtiſſima eaqꝫ humano generi admo-
dum neceſſaria. ⁊ tu ad iſtiuſmodi ſciētiam videris natura inclina-
tus. Unum autem moneo: ac volo: ne te ante ad medicinę ſtudiuꝫ
cōferas: q̄z dialecticen ac phyſicē omnem itemqꝫ mathematicas di
ſciplinas q̄z diligētiſſime didiceris. Quibꝰ quidem ipſis in ſtudijs q̄
bus pręceptoribꝰ vti debeas: id quod te etiam coram monui: cōſule
hominem mihi amiciſſimū eruditiſſimūqꝫ philoſophū ac medicum
Johānem Marlianū quo etiam aliquādo doctore vſurꝰ es. Noui
em̄ hominum cōſuetudinem in iſtiuſmodi ſcholis: quāta circūcur-
ſatio ſit: quātę amicoꝝ preces ad auditores alliciēdos Itaqꝫ volo te
nō beniuolis hac in re: ſed tibi ipſi mihiqꝫ īſeruire. Paucis tenes ſen
tētiam meam. de re pecuniaria ita curabo: ſi ītellexero te admonitis
iuſſiſqꝫ paternis nuſquā receſſiſſe. Uale Ex Mediolano. viij. Idꝰ
Junias. M.cccc.lvij.

Franciſcus philelfus. Othoni carreto Iu
reconſulto. ſalutem dicit.

c Um tuis iſtis binas a me lrās verſibus accepiſti: quarū alte
rę dantur ad Pōtificem Pium: alterę ad Beſſarionem meū. Car
dinalem Nicoenum. Utraſqꝫ tamen vt ipſi cardinali q̄z primum
reddas: velim. Ignoſce breuitati epiſtolę meę. tuarum longitudi-
nem litterarū vt obliuiſcaris: rogo. Uale Ex Mediolano Idibus
Junijs. M.cccc.lvij.

Franciſcꝰ philelfus. Xenophōti filio ſal.

d Edi famulo quem miſiſti pecunias: quas petebas: non eas
fortaſſe: quas expectabas: ſed quę mihi per id tēporis ſe ob-
tulerāt. Noſti em̄ mores meos. Nunq̄z diutius apud me nummi
hoſpitari cōſueruut. Tu incumbe in id ſtudioꝝ genus quod es ag-
greſſus. Id autem eo debes facere libentiꝰ: quod nō temere: ſed con
ſulto ad eam te laudem cōtuliſti. Itaqꝫ facito: ne fruſtra ſit diutur-
na tua cogitatio. ⁊ deliberatio diligens. Uale Ex Mediolano Idi
bus Junijs. M.cccc.lvij.

Franciſcus philelfus. Beſſarioni cardina-
li Nicoeno ſalutem plu. dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

d Edi ꝓximis ad te dieb⁹ pater clemẽtiſſime ⁊ litteras vnas
et cum ijs carmẽ ſapphicum ⁊ adonicum: vt intelligeres id
quod tibi eſſe debet ꝑmultis argumẽtis exploratiſſimũ: apud me ni
hil eſſe antiquius: nihil venerabili⁹ tuo nomĩe. Nũc vero cum me-
cum aĩo repeterem: quãta in me humanitate benignitateqꝫ vſus eſt
Reuerẽdiſſim⁹ pater Proſper columna diacon⁹ cardinalis: dign⁹
ſane viſus eſt: quem aliquo veluti munuſculo reuiſerem Itaqꝫ cum
aliud nihil ꝑ id tp̃is opportuni⁹ mihi occurrẽt: meos carminum li-
bros idcirco ad eum dedi: vt breui aliqua ſaltem coniectura cogno-
ſceret ſe nequaq̃ꝫ in hoĩe omnino ingrato ſuũ beneficium collocaſſe.
Quare tuam mãſuetudinem vehemẽter rogo: vt hoſce ei libros ꝑ
tuũ aliquem nunciũ reddendos cures. Uale Ex Mediolano kal.
Julijs. M.cccc.lvij.

Franciſcus philelfus. Proſpero Columne
diacono Cardinali ſalutem.

c Um ad proximum menſem Januarium veniſſem Romam
ſalutandi ſummi pontificis Pij gratia: tu mihi pater reueren
diſſime ſingularem beniuolẽtiam oſtẽdiſti: nihilqꝫ eſt abs te preter
miſſum: quod ad me ſummopere ornandum pertineret. Itaqꝫ dici
vix poſſet: quãto me beneficio exiſtimem amplitudini tue obſtrictũ
eſſe. Ut igitur aliquo animi grati indicio cognoſceres quãti faciam
benignitatem tuã: miſi tibi dono meos carminũ libros ingenij mu-
nuſculũ non fortune. Siquid mihi per hoc temporis ſe pulchrius
obtuliſſet. id longe libẽtius ad te dediſſem. Uerũ tu vt es animo ꝑ-
magno ⁊ liberali: non tam rem ipſam: que exigua eſt: q̃ꝫ donãtis vo
lũtatẽ penſitabis. Uale Ex Mediolano kal. Julijs. M.cccc.lvij

Franciſcus philelfus. Nicolao canali iu
riſcõſulto equiti aurato ac bryſianorum pre
fecto ſalutem plurimã dicit

q Uanti ego ſemꝑ fecerim ac faciã florẽtiſſimũ venetoꝝ ſena-
tum. etſi ipſe optim⁹ teſtis es: volui tamẽ: vt etiã aliquo meo carmi
ne id ceteris omnib⁹ eſſet cognitũ. Itaqꝫ videas: volo: q̃ ad inclytũ
ducẽ veſtrũ Paſchalem malipperiũ dieb⁹ proximis cecini. Ea ve-
ro ſi ꝑſpicue intellexero veſtro ꝓncipi reliquiſqꝫ patricijs grata exti
tiſſe. reddar deinceps quoqꝫ ad ſcribendũ alacrior. Uale Ex Me-
diolano. v. Idus Julias. M.cccc.lvij.

Franciſcus philelfus. Aloyſio burre philo
ſopho ac medico ſalutem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

q Ui amicorum in ſe officia euẽtu potiuſquã ratione. ⁊ ꝯſilio metiũtur: nõ poſſum eos nõ rerum imperitos iudicare Nã cum nullum animal. vt philoſophis placet: agere dicamꝰ pręter hominẽ eum. in quo perfectꝰ inſit rõnis vſus. ob idqꝫ ⁊ muliẽs. ⁊ pueri ęque atqꝫ mentecapti huiuſcemodi excellẽtię inopes eſſe exiſtimẽtur: quicq̃d ſecũdum rationẽ ⁊ cõſulto agit̃: recte agit̃. etiam ſi caſu aliquo aut fortunę vitio ad effectum ſuũ ꝑduci nequeat. Itaqꝫ ego me tibi mi Aloyſi debere plurimũ fateor quippe quẽ intelligã nihil oĩno p̄termiſiſſe: quod mea putaueris intereſſe. Quare tuum fuerit omnibꝰ in rebꝰ ita me vti vt ijs ſoles: quos habes amiciſſimos. Nihil enĩ poſſit accidere neqꝫ paruũ. neqꝫ magnũ: quod nõ ſim tua cauſa q̃ ſtudioſiſſime ſuſcepturꝰ. Uale Ex Mediolano. xi. kal. Septembres. M. cccclvij.

¶ Frãciſcꝰ philelfus. Phoebo capellę ſalu.

q Uę ad te ſcripſit magnificꝰ vir patricꝰ clariſſimuſqꝫ philoſophꝰ. atqꝫ iurecõſultus Nicolaus canalis orator veſter de grȩcis libris illis vȩnalibꝰ ea vt q̃ diligẽtiſſime cures. tanto abs te peto ſtudio: vt maiore aliud nihil. Solebas tu peregregiam quandam humanitatẽ benignitatẽqꝫ pre te ferre. Nũc neſcio quomodo elatiore animo actꝰ es minuſqꝫ liberalis. Num fortaſſe ſimul cum rei elatione animꝰ quoqꝫ elatior eſt redditꝰ. ⁊ auarus: At malim te pauperem bonum: q̃ malum diuitem. Uale Ex Mediolano. xvij kal. Nouẽbres. M. cccc. lvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Nicolao varoni ſal.

ſ Cio te non mirari: quod tamdiu nihil ad te ſcripſerim: idqꝫ non tam ex occupationibꝰ meis: quibꝰ publice priuatimqꝫ obruor: q̃ ex nimio tuo otio. cui quãtum videre videor libenter deditus mihi ſępenumero frequẽtiſſimis meis lrĩs inuitatꝰ non ioco ſolum: ſed etiam ſerio nunq̃ es reſpondere ſolitꝰ. At nũc cum tua opa vti inſtituiſſem. viſus es admonẽdus nec otio te apud me excuſatũ iri: vbi nihil reſponderis: nec ob meas mihi vllas occupationes ignoſcendũ: ſi de tuo officio quicq̃ dubitaro. Quid eſt igitur: quod abs te velim: nempe hoc tempore aliud nihil. niſi vt virum chariſſimuz Lodowicum caſellam adeas meis verbis. eumqꝫ roges: vt q̃ mea cauſa eſt curaturus. ea quanto poteſt: perducat ad calcem. Nã ſemper in ſtadio tempus terere laborioſum eſt. ⁊ minus laudis parit. Nec illud Terẽtianũ obliuiſcat̃. Si non poteſt fieri: qđ vis: id velis: qđ poſſit. Plura quottidie ab deo petimꝰ. Sed qđ dat: accipi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

mus.eiqꝫ gratiam vel referimꝰ:vel agimus: ſi minus quam debe-
mus ſaltem quam poſſumus. Tu interim vale:ac reſponde :ſi non
omnino es ocioſus. Ex Mediolano.xviij.kalendas Nouembres
M.cccc.lvij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Lodowico caſellę ſal.

c Um indies magis magiſqꝫ tuas lr̄as expectarem meqꝫ mo
ra ipſa prope cōficeret:viſus es admonēdus:ne patiaris diu
tius me pendere. Nam ambiguo aio vix eſt moleſtiꝰ quicq̄ꝫ. Et q̄ꝫ-
q̄ꝫ mihi ambigēdum videbat̄ nihil:tamen longior tua taciturnitas
quādam prę ſe ferebat ſollicitudinē:qua vt me leues q̄ꝫprimum:te
etiā atqꝫ etiā rogo. Id ſi feceris.tāto me tibi beneficio reddes obſtri
ctum:vt ad ſummū nihil ſit acceſſuꝝ. Et quid poſſis:ītelligo.ꝛ quā
to me amore ꝓſequeris:nō ſum neſciꝰ. Vale Ex Mediolano.xvij
kal'. Nouembres.M.cccc.lvij.

¶ Franciſcus philelfus. Pio ſecundo pontifi
ci maximo ſalutem plu.di.

a Beunti mihi nuꝑ ex vrbe Mantua quo vna cum principe
meo Frāciſco Sphortia ad diē a tua ſanctitate cōſtitutum :ob orā
di officium veneram:renūciauit Gregoriꝰ Lollius tuo nomine ad
paucos vſqꝫ dies ſe mihi ſignificaturum per lr̄as: quam potiſſimū
rem tibi eſſem gratificaturꝰ. Expectaui igit̄ permagno cum deſide-
rio ac item expecto:quid mihi iuſſurus ſis. Atqꝫ nihil ꝑfecto neqꝫ
optatiꝰ mihi:nec iucūdius cōtingere poſſit.q̄ꝫ aliqd̓ mihi argumen
tum oblatum iri:quo meam erga te fidem atqꝫ pietatem liquido di
lucideqꝫ perſpicias. Itaqꝫ tuam beatitudinē ꝛ oro.et obſecro maio
cuniā nō ſubminiſtrare: Num licitationibꝰ factis: num ſi licitatus
ſit: dixiſſet Cicero: idem eſſe ſignificatum: Sed hec hactenꝰ multa.
Nō eñ dubito te ꝓ magnitudīe ingenij tui egregiaqꝫ doctrina itu
rum in ſentētiam meā. ⁊ eundē eſſe licitatorē conceſſurꝫ: quē etiam
proxenetam nūc vulgo veſtri iure cōſulti nomināt. Dicebas ſecūdo
loco mirari te Ciceronem atqꝫ arbitrari illū in dialecticis parꝫ fuiſſe
exercitatū. Nam ſi ſecus eſſet: eum nunq̄ꝫ fuiſſe dicturꝫ in p̄ma que
ſtione tuſculana ſi malū: ergo miſerū: cum eſſet ꝓpoſitum vel aſſum
ptū potiꝰ: malum mihi videt̃ eſſe mors. Non eñ qd̓ malum eſt. id
cōtinuo miſeriā afferre: cū multiplicia mala ſint ⁊ animi. ⁊ corporis
et fortune. Nec eſſe tñ cōſentaneū qui in pluribꝰ maximiſqꝫ totiꝰ
homis atqꝫ fortune bonis. cū eculeum amiſerit quempiā aut catu-
lū: idcirco eū affirmare miſerꝫ: qm̄ ea equi caniſue amiſſio ī malis ha
benda ſit ſcd̓m peripateticos. Jndocte igit̃ Ciceronē eam cōplectio
nē ad id adieciſſe: qd̓ erat aſſumptū Cōcederem tibi ꝑfecto qd̓ Cice
roni obijcis. ſi peripateticū ſe eo in loco is: q̄ꝫ ſtoicum maluiſſet. At
ſtoici nihil in malis ducūt: niſi qd̓ turpe ſit: nec itē in bonis quicq̄ꝫ.
qd̓ honeſtū nō ſit Honeſtate bonū ſtoici. ⁊ turpitudīe malū defini-
unt. Preteā neqꝫ in bonis. nec itē in malis aut plꝰ eſſe iudicāt aut
minꝰ. qui qd̓ honeſtū ſit. id eſſe putāt omni ex ꝑte bonū. qnēadmo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

dum id eſſe volũt omnino malũ. quod a turpitudĩe ꝓficiſcit. Qua re ſi mors habenda foret in malis. qđ certe non eſt recte a Cicerone reſpõſum eſſet. id eſſe mi erũ. Nec em̃ pꝛeterire te exiſtimo. quę aut coꝛpis ſunt aut fortunę tributa: ea ſtoicis neqꝫ bona. neqꝫ mala cen ſeri. ſed indifferẽtia. et a pleriſqꝫ cõmoda ⁊ incõmoda. q̃ etiã aliȷ̃ pla ta reiectaqꝫ nominãt. perinde atqꝫ talia ſint. in quibꝰ ſelectio locũ habeat: Utrꝫ tibi grauiſſimo ⁊ eruditiſſimo viro ſatiſfecerim: neſcio Mihi certe feci ſatis. Ex Mediola. kal'. ſeptẽbribꝰ M.cccc.lviij.

Franciſcus philelfus. Johanni aloyſio Guido bono ſalutem.

f Uere nõnulli veneti q̃ a me p lrãs meos carminũ libꝛos ex‑ cribẽdos petierũt. Quibꝰ ego ſigillatim geſſiſſem q̃ꝫpꝛimũ moꝛem: ſi tot mihi eiꝰ operis fuiſſent exẽpla. Sed cũ nullum mihi oĩno re‑ lictũ ſit p̃ter id vnũ. qđ initio ſcripſeram. exiſtimaui hoc pacto ſatis ab me iri oĩbꝰ factum: ſi tibi huiõi ꝓuinciã pro nr̃a beniuolẽtia dele garem. Jtaqꝫ dedi ad te eũ ipſum carminũ codicẽ manꝰ meę vt vi‑ des feſtina exaratũ arundine. Cuiꝰ tu ita ꝓ tua pꝛudẽtia feceris oĩ‑ bus copiã vt intra ſextũ mẽſem codex ad dñm redeat. Uale Et pa‑ trem tuũ grauiſſimũ virꝫ verbis meis ſaluere plurimũ iube. Ex me diolano Jdibꝰ ſeptẽbꝛibꝰ. M.cccc.lviij.

Franciſcus philelfus. Angelo veterbino iureconſulto ſalutem plu. di.

a Ccuſarem te mẽdaciȷ̃. ſi ſcirem te huiõi accuſationem magni facere. Sꝫ noui ingenium tuũ. qui non minꝰ ſurdus eſt. cum id ti bi expedire putas. q̃ꝫ mutus. Uerum hac in re te tua fefellit opinio Nam me pꝛimo apud quem eras coenaturꝰ. liberaſti homine eda‑ ciſſimo. Deinde tibi fortaſſe nõ parum incõmodaſti. qui filiam po‑ tuiſſes. vbi ea tibi voluntas eſſet, indotatam etiã viro tradere. Ami cus em̃ quidam vir ſane bonus ac minime cõtemnendꝰ mihi obla‑ tus eſt. qui cupit vxoꝛem ducere. quę ⁊ honeſtis ſit nata parentibꝰ et pulchꝛa et ex ethꝛuria. Jtaqꝫ id ego audiẽs. illico in te animum adieci. Rem tenes. Cum pꝛimum veneris Mediolanum. fac me q̃ꝫpꝛimum adeas. Uale Ex Mediolano. xvi. kalendas octobꝛes. M.cccc.lviij.

Frãciſcꝰ philelfus. Xenophõti filio ſal:

e T anulũ quẽ miſiſti mihi ⁊ gẽmã μετα τῆσ ἀθηνᾶσ ꝑlibẽt accepi Et feciſti ſane. vt te decet. mõ illiꝰ mẽoꝛia aſſidue tecũ ſit Senioꝛ nr̃ hiſpanꝰ mihi expoſuit te mediolanũ vehemẽter cupe

Id equidem nō improbo. modo cōſtitutū iſtic tempꝰ ⁊ cōſtanter et
innocēter abſoluas: qđ vt facias. te non ſolū hortor. ſed etiā volo. ac
iubeo. Pręteā ſum miratꝰ. quod in tāta opportunitate ΤΗΝ ὕπο
Χειρίαν minꝰ ire ad me curaueris. nihilqꝫ ad ea tam multa rn̄de
ris. quę nō vnis lrīs tibi ſcripſerā. Ad hęc tuū quoqꝫ officiū erit. vt
aliq̄d lrāꝝ ad ꝑncipē ſępe des. hoc facē prudentiꝰ nihil potes. Nos
hic valemꝰ oēs. Uale ex Mediola. vi. idꝰ octobres. M. cccc. lviij.

¶ Franciſcꝰ philelfus. Lazaro arretino ſal.

e Tſi certo ſcio mea oīa tibi negocia ꝓ vetere nr̄a ac ſumma be/
niuolentia cordi eſſe. nō eſt tn̄ ab officio meo viſum alienū. ſi
ex meis quoqꝫ lrīs intelligeres me mei nō eſſe oblitū: qui duo iſtinc
abiens tibi curāda cōmendarim. q̄ quanq̄ꝫ diſſimili ſunt rōne. talia
tamē ſunt. vt eoꝝ neutrū negligi abs te velim. Nā officioſi amici ē
ęque parua amici gratia non cōtemnere vt magna plęraqꝫ facinora
non minꝰ adire alacriter: q̄ꝫ appetere vęhemēter. Quę reliqua ſūt.
tecum ipſe cōſiderabis. Uale Ex Mediolano. x. kal'. Decembres.
M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus philelfus. Hermolao barbaro
epiſcopo Ueronenſi ſalutem

q Uam ꝓ Lazaro ſcarampo comenſi epiſcopo orōnem habui
idcirco in pn̄tia ad te dedi. qđ vererer. ne quā librariꝰ tuꝰ tumultua
rie ſcripſerat nō eſſet admodū emendate ſcripta. Pręteā cum vellē
aliq̄d ad te ſcribere. nihil noui acciderat poſt diſceſſum tuū. quo vte/
rer argumēto. Nec em̄ dubito ea tibi oīa cordi eſſe. q̄ a nobis in cō/
mentariolo acceperas. p̄ſertim id vnū: quod mihi cū tuo Antonio
becharia viro diſerto ⁊ ꝑhumano trāſigendum eſt. Neqꝫ ſane aliud
quicq̄ꝫ eſt. cuiꝰ morā moleſtiorem ferā. Nam eiuſmodi codice diu/
tius carere nullo pacto poſſum. Itaqꝫ rogo te. vt currenti ſis calcar
Fieri em̄ poſſit. Ut ſerius Ueronam repetas. At mihi in eiuſmodi
codice celeritate plurima opus eſt. Hac vna re mihi gratiꝰ hoc tem
pore facē nihil potes: nec qđ magis antonij interſit officij: quem ip
ſum ſcio tibi eſſe chariſſimū. Reliqua tu opportune ꝓuidebis. Uale
Ex Mediolano. vij. kal'. Decēbres: M. cccc. lviij.

¶ Franciſcus philelfus. Lazaro ſcarampo
comenſi epiſcopo ſalutem

e Am quam ꝓ te apud, comenſes ad. xvi. kal'. decembres ora/
tionem habueram: idcirco ad te miſi vt quod tecum antea ſum locu
tus. eam cures per fratem reddi Hermolao barbaro ep̄o veronenſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Reliqua tu puto meminiſſe. Preterea que iſtinc diſceſſur⁹ tecum ſum comentat⁹, ne obliuiſcaris. te etiam atq; etiam rogo. Hoc vno mihi aliud hac tempeſtate grati⁹ preſtare officium nullum potes. Uale. et bone valitudinis rationem habe. Ex Mediolano. vij. kal' Decembres. M.cccc.lviij.

¶ Franciſcus philelfus. Donato actiolo ſalu.

n On poſſum nō probare tuā tam longā taciturnitatē. cū exiſtimem te vti voluiſſe me magiſtro qui dum ſtudeo eam ad te dare orōnem. quā ⁊ ipſe habuerā apud ſummū pontificē Pium Mantue. ⁊ ipſe deſiderare videbaris. diuti⁹ ſim cunctat⁹. q̄ tu fortaſſe velles. At ſuperas ꝑfecto oēm meam huiōi in ſcribēdo tarditatem adeo. vt iam verear te eſſe oīno vna cum nr̄o Argyropulo oblitum mei. Et facis tu quidem nequaq̄ vel amice vel recte. qui nihil ad ea reſpōdeas: que tibi ꝓ noſtra ſumma beniuolētia cōmendarā. Sed eo fero moderati⁹ negligētiam tuā: qui: diligētiam volui dicere: qd' vtriq; arundini. ⁊ Nimphe. ⁊ muſe ſimul ſtudere nō potes. Uerū ſi me amas: ſurripe aliq̄d tp̄is τὴν ἀφροδίτην qd' amicicie cōdones. Ego ad te nonā dedi orationē. Uale Ex Mediolano. iij. kal'. Decembres. M.cccc.lviij.

¶ Frāciſc⁹ philel. Pallāti ſtroze equiti aurato ſal.

Nſtituēti mihi ꝓ vetere noſtra ſummaq; amicicia ſcribere ad te aliquid hic tēpeſtiue nunci⁹ eſt oblat⁹: qui iſtac iter factur⁹. redit in peloponeſum. Oīm primū certior fieri cupio q̄ bene valeas corpore. Quid em̄ interrogē aio: cum vir ſapiētiſſim⁹ nō ignoras vel nullis hoīm cōſilijs τὸ εἱμαρμένον ἥξειν Itaq; ſi me amas: ſicuti certe facis: cura: vt tuis optatiſſimis lr̄is intelligā: quanta tibi cum ſenecta ſit quies. Nā de animi tranquillitate nihil eſt: qd' dubitem Qd' ſi de me doceri ex me vis: valeo equidē perbelle. Nec me climateric⁹ annus: quē chaldei nominār: vlla ex p̄te fecit ſua īclinatiōe deteriorē. Nā qui nat⁹ ſum octauo kal'. auguſtas anno a natali chriſtiano milleſimo trecēteſimo nonageſimo octauo ago iā terciū ⁊ ſexageſimū etatis annū. Qd' ipſum tp̄is cū ob ſeptenariū numerū: tum ob penultimū cōmunis etatis hoīm flexū pythagorici putāt eſſe periculoſum. At ego ſeptenariū numerū in vtrāq; fortunā vehementē exiſtimo. Quare iu ſecundā nobis ⁊ malo ⁊ opto. Qd' me ſecūdo loco ad ſcribendū hortat̄: eſt q̄rundā librorū deſiderīū. Agit em̄ iſtic apud vos Andronic⁹ calliſtus nr̄ vir diſert⁹ ⁊ doctus. Iſti aūt eſſe audio τὸν τε παλαίφατον περὶ παλαιῶν ἱστοριῶν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

καὶ τὸν ῥωμαῖον κορνοῦτον περὶ ἀλληγοριῶν
ἔτι δὲ καὶ τὸν συγκελον γραμματικόν. Peto igitur
abs te maiorē in modū: vt eos libros aut nobis excribi cures mea i/
pēſa: aut ad nos ire: q̇ hic excribant redituri ad dn̄m q̄zprimū. Ua/
le cū Honofrio meo atqȝ nr̄is oībus. Ex Mediolano. kal. Janua
rijs. Anno a natali chriſtiano. M.cccc.lviij.

Frāciſc⁹ philelfus. Xenophōti filio ſalu.

p Oſt eas lrās quib⁹ mihi ꝛ de annulo quē hiſpano ſeniori de
deras. ꝛ pecunia quam ſocr⁹ a Theologo timotheo petierat:
ſignificabas alias nullas iam mēſis duos abs te accepi. Utꝝ id vel
tua vel alioꝝ negligētia factū ſit: neſcio. Qđ hic cupis a me curari:
fiet in tpe diligēter. Uelim tn̄ interea neq̇d iſtic patiaris de te deſide
rari: περὶ δὲ τῆς ἐμῆς πενθερᾶς nullā impēſam volo ſu/
ſcipias. Susceperis em̄ fruſtra. Nam nōnulli mihi grȩci renūcia/
rūt illam ꝟba dare. ꝛ qđ vitȩ inſtitutum cepit: id nunqȝ dimiſſura.
Cura: vt bene valeas. Nos hic valem⁹ oēs. Ex Mediolano. kal.
Januarijs. M.cccc.lviij.

Franciſc⁹ philelfus. Leonardo ſabbatino ſal.

c Olella auerſan⁹ dixit mihi ꝟbis tuis eſſe tibi nōnullis codi/
ces ꝛ latinos ꝛ grȩcos: quos vendere inſtitueris Quare ſi vel
lem aliquos ex ijs emere licere mihi ꝑ te: habeo tibi Leonarde mi ḡ/
tias nō vulgaris: qđ eaꝝ mihi reꝝ optionem dederis: quaꝝ me amā
tiſſimū noſti. At vellem ꝓfecto: tibi cū tuo maxio ꝛ honore ꝛ emo/
lumēto ſublata facultas eſſꝫ alienā dȩ ſuppellectilis tam p̄clarȩ tam
prȩcioſȩ. Jd qđ per vitā illi⁹ mei amiciſſimi Auriſpȩ: viri optimi ꝛ
grauiſſimi facile factū eſſet: ſi eum apud nos deus qȝ apud ſe agere
maluiſſet. Sed qm̄ ea lege nati oēs ſum⁹: vt naturȩ tādem ſit cōce/
dendum: ȩquo aīo neceſſitatē feram⁹: oportet Te autem hortari nō
deſinam: vt cui⁹ viri gener ſimul ꝛ hȩres relict⁹ es: eius quoqȝ ꝟtu/
tem ſingularēqȝ doctrinā hȩreditario quodā ꝛ aſſiduo ſtudio imitȩ
ris. Qđ eius rei qm̄ non ambigo ſtrenue te diligēterqȝ curaturum:
nō ero in pn̄tia tecū longior. De libris autē qđ ſignificas: paucis re
ſpondeo. Opus eſt: vt libroꝝ titulos mittas ꝛ qualitatē ꝛ precium
Jd cum didicero: ſi libri placuerint: aut ipſe veniā: aut preciū mittā
Uale cum ſponſa ꝛ patre. Ex Mediolano. iiij. nonas Januarias.
M.cccc.lviij.

Franciſcus philelfus. Nicodemo Tran/
chedino ſalutem plu. dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

g Audeo equidē vehemēter ita res tibi ſecūdas eſſe. vt ne amiciſſimi quidem homīs recorderis: q̄ꝫq̄ꝫ non parua eſt fœlicitatis pars vir amicꝰ. Amicicia em̄ ſiue ī animi: qđ philoſophis placet: ſiue in extrarijs bonis ponēda ſit: nō minimū tenet in humana fœlicitate locum. Quare vt te aliqn̄ colligas: volo ⁊ Memineriſqꝫ ī omni fortunę ſtatu vel cōmodo vel iucūditati amicū eſſe poſſe Id ſi feceris: dabis ad me quādoqꝫ lrās: quo me ſaltem tuę letitię participem facias. Tu vero ne me cōtra exiſtimes tui oblitū: accipies vnā a me orationē: quam nuꝑ habui ad comēſes de dignitate epiſcopali et de illoꝝ epiſcopo Lazaro ſcarampo. Et ꝓ rei argumēto. ⁊ ꝓ hoīb⁹ habenda fuit oratio. Tu mihi feceris rem gratiſſimā: ſiquid noui ſignificaris: qđ vel gratū ſit: vel noſtra īterſit audire. Vale Ex Mediolano ꝑdie Idus ianuarias. M.cccc.lviij.

❡ Franciſcus philelfus. Pallanti Strozę equiti aurato ſalutem.

n Ihil mihi potuiſſet hoc tp̄e iucūdius cōtingere tuis lrīs quibus priſtinam illam tuam ſermonis ac morum ſuauitatē: qua mecum ſępe dum Florētię agerem⁹: familiariſſime vtebaris: nō ſecus inſpicere viſus ſum: atqꝫ ea quę coram videri oculis ſolent. Qui em̄ me tua omnia nō delectēt: quem certo ſciam non modo abſolutę cuiuſdam ac totius virtutis ſpeculum ſed etiam de me ſemꝑ q̄ꝫ optime meritum: Itaqꝫ rogo te: vt ſiquid poteſt accedere ad cōſeruandę bonę valitudinis diligētiam: vel meiipſius gratia: quem noui tibi eſſe chariſſimū: aliquid addas. Nam quis adeo alienus ſit ab omni humanitate: qui optare nō debeat te immortalem fore cui⁹ vita eſt omni humanitate humanior ⁊ cum toti⁹ honeſtatis plena: tum nulli⁹ elegātię: nullius doctrinę inops: Quod autem ita ꝓ tua mirabili ſapiētia te cōpoſueris. vt nullis medicoꝝ remedijs vtare. nō poſſum equidem nō ꝓbare. Quid em̄ cōtinētiſſimo viro eidemqꝫ prudētiſſimo ꝓdeſſe medic⁹ queat vllis curatiōib⁹ ſuis. q̄ ſibiipſi nō didicit: Nam quot⁹ quiſqꝫ eſt medicus. qui abditā penituſqꝫ reconditam ęgrotationē recte iudicet: Duo in ꝑmis ſunt. ex quib⁹ hui⁹ tempeſtatis medici aduerſę valitudinis vim cauſamqꝫ cōiectant. vrina ⁊ venarū motus. Sed vrina quoꝝ nobis alioꝝ locorum argumentum pręſtet in corꝑe. q̄ꝫ iecoris. renum. ac veſicę: Omitto em̄ quot poſſint quantaqꝫ accidere. quib⁹ vrina deprauata iudiciū fallat. De venaꝝ aūt motu q̄d certi afferre q̄s audeat ea cōuenientia ignorata. quā muſici armoniā vocāt: At quot medicos licet īuenire. qui aut

muſicā aut vllam diſciplinā mathematicā teneāt: cum nō phyſica
modo. ſꝫ quicq̄d vel ad numerū. vel ad menſurā. vel ad muſicā ratio
nem. vel ad aſtronomiam ꝑtinet: ſi medic⁹ ignorarit: neqꝫ iudicare
quicq̄ꝫ vere nec mederi ſalubrit̄ queat. Itaqꝫ facis tu quidē vt ſoles
oīa ſapiēter. qui tibi tum ꝓ temperamēti corporis tui ⁊ ętatis cōditio
nē: tum ꝓ vitę ac vict⁹ continētiam medearis. Id qđ itidem in me
ipſo quantū licet: obſeruo. Qua ex re factū puto. vt nulla ſit mihi cū
medicis cōſuetudo aut cōſeruādę ſcꝫ aut recuperādę valitudis grā.
Et qm̄ de te pauca ſum locut⁹: eadem breuitate de me vtar: neceſſe ē
Sum equidē mi pallas tua laudatiōe plurimū delectat⁹: nō quod
ita de me ipſo ſentiā: vt tu p̄dicas: ſed qm̄ iſtiuſmodi de me teſtimo-
niū ſit in mentib⁹ hoīm ꝑmagnū pondus habiturū. Nec em̄ vereor
apud te fateri ingeniū meum fortaſſe leuiuſculū. Malo ſane de me
optime ſentiēdo viri oēs optimi iidemqꝫ doctiſſimi fallātur: q̄ꝫ ſi ſe-
cus ſenſerint: ſoluti mēdacio iudicent̄. Siquid boni in me eſt: illud
certe eſſe intelligo nihil ſeruari apud aīm meum diligenti⁹ gratitu-
die ⁊ officio: quo fit: vt tibi ſemꝑ optem ſecūda oīa nec tui ſplēdidiſ
ſimi noīs memoria apud me ſit quicq̄ꝫ antiqui⁹. Nam qđ ad do
ctrinam ⁊ eruditionē attinet: ſi ſcire me dicerē nihil ſcire: impuden-
tię poſſem argui: qđ mihi ſciētię laudem vendicarē. Itaqꝫ ſolū illud
auſim affirmare me ſciēdi cupiditate p̄ter ipſium te vnū aliį cuiq̄ꝫ ce
dere nemini. Et hac de re ſatis. Nicolao monacho religioſiſſimo ḡ-
uiſſimi equitis aurati Rainaldi albiziį illi⁹ nepoti ex hormano filio
dicito ꝟbis meis qđ ei de fratre ſuo Bartholomęo reſponderam: ve
riſſimū fuiſſe. Nam neqꝫ ab Angelo actiolo ornatiſſimo equite au
rato neqꝫ ab alio prorſus vllo aduerſus Bartholomęū apud hūa-
niſſimū principem hūc meū ſermo quiſpiā habit⁹ eſt. Quin potius
princeps me⁹ eam rem moleſtiſſime tulit: ſubdiditqꝫ licere ęque oī-
bus florentinis agere nō min⁹ audacter in ſuis quibuſqꝫ vrbib⁹: q̄ꝫ
p̄nt ꝓpriį legitimiqꝫ ciues. Crede mihi mi Pallas hūc eſſe principē
plane optimū ac vni tibi ita affectum q̄ꝫ cui maxime De libris quid
reſpōderit Andronic⁹ calliſtus ex tuis lrīs didici. Velim ex eo cer-
tior fias: apud quem eiuſmodi libri hoſpitentur ἐν τῷ κανδάκι
apud laurum ne quirinum an apud alium quēdam. Ad hęc audio
Andronico iſſi eſſe Apolloniū grāmaticū περὶ συντάξεως
ῥημάτων. Quoad ei⁹ fieri licet: rem mihi gratiſſimā nauabis: ſi
dederis operā: vt codex ille exſcribēdus eat Mediolanū eueſtigio re-
diturus ad vos. Qđ ſi id min⁹: ſaltem velim eam cura m ſuſcipias

vt iſtic apud vos excribat. Nam qđ impenderis. dabo ad te q̄ꝫ pri-
mum. Uale Mediolano. v. kal'. februarias. M.cccc.lviij
¶ Franciſcus philelfus. Pio ſecundo ſummo
pontiſici ſalutem plu. di.
q Uanq̄ꝫ omne beneficium pergratum eē debet pater beatiſſi
me. illud tamē multo gratia longeqꝫ iucūdius videri ſolet: qđ quis
nullis ſuaſionibꝰ: nullis p̄cibꝰ: nullis deniqꝫ officijs ꝓuocatꝰ in aliū
cōtulerit. Nam ſiqua p̄ceſſerint merita: nō relata minus q̄ꝫ inita g̃
tia ducit. Quę mea ſemꝑ ab ineūte vſqꝫ iuuēta beniuolētia erga te:
quę obſeruātia fuerit: vnde magis q̄ꝫ a tua ſanctitate teſtimoniū eſt
petendū: Sed vbi te ꝓ incredibili tua ꝛ eruditiōe ꝛ eloquētia ſum-
maqꝫ v̄tute ad pulcherrios deinceps dignitatis gradꝰ cum epiſco
patꝰ ꝛ tergeſtini ꝛ ſenēſis: tum etiā cardinalatꝰ omnipotens deꝰ ex
tulit: nunq̄ꝫ deſtitiſti vel corā ſermone ornatiſſimo: vel ꝑ humaniſſi
mas lr̄as abſens oſtēdere: quāti me facēs. et q̄ꝫ ea tibi fides accepta
eſſet ꝛ cara in p̄mis. Uoluit tādem ſanctiſſimoꝝ operum retributor
deus: vt in ſup̄mo chriſtianę religiōis ſolio ſacerdos maximꝰ conſti
tutꝰ vicem Chriſti in terris gereres. Qua certe vna re diu a me an-
tea nō minꝰ: vt ſcis: p̄dicta ſępe q̄ꝫ expectata nihil vnq̄ꝫ audiui ī vni
uerſa vita neqꝫ optatiꝰ nec iucūdius. Idqꝫ nō minus eruditoꝝ om
niū ꝛ diſertoꝝ hominum cauſa q̄ꝫ vlla p̄cipua ſpe meoꝝ cōmodoꝝ.
Quos ſane cogitatꝰ meos nō obſcuro quodā infirmoqꝫ documēto
q̄ꝫ primū cōfirmaſti. Nam nō modo me nō petēte: ſed ne cogitante
quidem ſingulos annos mihi ꝑ oēm vitam dono datū iri ex ꝓprijs
pecunijs ſimul atqꝫ creatꝰ es ſummus pontifex: cōtinuo decreuiſti.
Quis hac tua animi benignitate. q̇đ hac munificētia q̇đ hoc locu-
pletiſſimo paternę erga me charitatis teſtimonio aut honorabilius
mihi aut p̄cioſius duci debet: Qđ autem v̄bo decreuiſti: id etiam re
propediē effectum reddidiſti. Itaqꝫ ſim plane obnoxiꝰ ingratitudi
ni: ſi te tāta māſuetudine. tāta humanitate. tāta beneficētia patrem
minꝰ indies magis magiſqꝫ īſtar numinis obſeruabo: colam venera
bor: id qđ neqꝫ deſtiti antehac facere neqꝫ deſiſtam vnq̄ꝫ: modo intel
lexero: qua tibi re magis ſim gratificaturꝰ. Nam qđ meopte īgenio
ipſe aſſequor: id neqꝫ occulte: neqꝫ diſſimulāter prę me fero. Quare
tuę beatitudīs munꝰ erit: vt qđ gratiꝰ tibi gratitudīs genꝰ fuerit:
mihi imperes: Tuū em̄ omne imperiū immortalis bn̄ficij loco du-
cā. Ego autē qđ ad rem meā attinet: nihil eſt aliud: qđ a tua ſc̄itate
petam: q̄ꝫ quod ipſe tu ſponte iuſſiſti: quo tempore Mantuę nuper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

publico chriſtianę cōſultationis aduerſus turcos officio te contine-
bas: dedit mihi tuo noīe ex cōſtituta pecunia grauiſſimꝰ iureconſul
tus Gregoriꝰ lollius aureos ducētos. Subdiditqꝫ futurū. vt reliq̄
centū aurei mihi ſoluerent ad anni illiꝰ exitum. Id aūt actum ē an
no a natali chriſtiano milleſimo quadringēteſimo quinquageſimo
nono circit nonas octobres. Preteriȷ̄t annꝰ ille. ⁊ item alt. agimuſ
qꝫ iam terciū Intēa vero tpis idcirco nihil petiȷ̄: qđ importunior iu
dicari nollē. ⁊ ſi mihi ſemꝑ pecunia opꝰ eſt. Nullum em̄ apud me
locū habet auaricia. Aut liberalitatē amplector ſtudioſiꝰ: aut ſiquā
do fortaſſe fuerit a medio declinandū: difficillimū em̄ eſt circuli pū-
ctum aſſequi: in ꝓdigalitatē labor q̄ eo eſt q̄ꝫ auaricia dignior venia:
quo minꝰ diſtat a laude. Itaqꝫ altitudis animi tui fuerit iubere: vt
ea mihi pecunia hoc ē ducati trecenti in pn̄tia numerent: qđ vt faci
as te etiā atqꝫ etiā rogo: oro: obſecro. Nā his ē mihi vehement opꝰ
Vale pr̄ beatiſſime. Ex Mediolano ka. februarias. M. cccc. lviiȷ̄

Franciſcus philelfus. Iſidoro cardinali
Rhuteno ſalutem plu. dicit.

r Eddite mihi ſunt pater clementiſſime tuę amplitudis lr̄ę:
quas mea ſumma cū voluptate lectitaui. Erāt em̄ ꝑhumanę ac pla
ne indices tuę erga me charitatis. Ac facis tu quidē ꝑbenigne. vt
eū plurimū diligas: q̄ dignationē tuam mirifice venerat. Qđ autē
ad rem tuā attinet: quas ſummi pontificis breues lrās ad me dede-
ras vna cū tuis: reddidi accurate ꝓ iuſſu tuo Iacobo turrino muti
nēſi epo: quas ille vt primū legit: miti vultu ⁊ hilari facie rn̄dit ſe ti
bi penſionē quam petis: nunqꝫ deſtitiſſe ſoluere: cū debebat. Nūc au
tem p̄ter amorē ⁊ obſeruantiā aliud tibi debere nihil. Nam ex quo
tpe cor cyriēſi archiepātu donatꝰ es a pontifice Pio ſe oīno libera-
tum eſſe omni pēſionis onere: quam tibi antea debuiſſet. Collatum
em̄ eſſe ꝑ cōtributionē archiepiſcopatꝰ illius plꝰ duplo: q̄ꝫ ex ea pen
ſione acciperes. ⁊ ita ſe mātuę nuꝑ pontifici maximo reſpōdiſſe. Ad
diditqꝫ ſe qm̄ ita vis: paratū eſſe de iure tibi reſpondere: ob eamqꝫ rē
daturū q̄ꝫprimū lrās ad ſanctiſſimū dn̄m nr̄m: curaturūqꝫ: vt anto
nius beltrandus iurecōſultꝰ qui ꝓ duce Borſio oratorē gerit in ro-
mana curia: hanc oēm cauſam ꝓcuratorio nomīe ꝓ ſe agat. Et hac
de re ſatis. Eſt mihi pater humaniſſime tua opa vehementer opus.
Nam cum eſſem ex vrbe Mātua anno iam ſecūdo reditur ꝰ Me-
diolanū vir grauiſſimꝰ Gregorius lolliꝰ ſecretariꝰ et affinis ſummi
pontificis dedit mihi eiꝰ beatitudis noīe aureos ducētos; ſubdidit-

q̄ꝫ futurum. vt reliqui centū qui deerāt ad plenam ſolutionem anni vniꝰ ac dimidij: mihi numerarent ad anni illiꝰ exitum Summus enī pontifex cum primū in eo ſolio cōſtitutꝰ eſt: continuo mihi non modo non petēti: ſꝫ ne cogitāti quidem cōſtituit annuatim aureos ducenos. Itaqꝫ ⁊ abijt ille annus ⁊ item alter vniuerſus. iamqꝫ igitur terciꝰ: cum īterea tp̄is nihil eſt a me petitum. Sunt igitur vna cum hac ad te ep̄la alterę item meę hac de re litterę ad. S. D. N. quibꝰ peto eos trecētos aureos ꝓ ſolutione vnius ac dimidij anni. Quare tuę humanitatis fuerit ita operam dare: ne vlla ex parte deſideraturꝰ videar ſtudium tuū. Eſt enī mihi puella nubilis. Cuiꝰ rei gratia factum eſt: vt ante hāc diem nihil pecuniaꝝ petierim: perinde atqꝫ tutiꝰ res omnis mea pecuniaria ſeruaret in ęrario pontificis pientiſſimi Pij q̄ꝫ apud ipſum me: qui nūmis parcere nunq̄ꝫ didici Nūc vero ijs vtendum eſt nō abutēdum. Vale Ex Mediolano. pridie Idus februarias. M. cccc. lviij.

Franciſcus philelfus. Ciccho calabro ducali ſecretario ſalutem.

[M]ultoꝝ infinitum eſſe numerū in ſacris litteris ſcriptum legimꝰ. Quę quidem ſentētia etſi mihi nunq̄ꝫ dubitanda eſt viſa: quippe quę ex ore ſapiētiſſimi viri: ſiue Iheſus Syrachi filiꝰ: ſiue is aliꝰ fuerit: emanaſſe perhibet: eam tamē vnius Petri candidi huiꝰ noſtri decembris litterę plurimū cōfirmarūt: qui modeſtiſſime a me perbenigneqꝫ admonitꝰ: vt ea corrigeret: quę in eulogio quod pro inclita ſanctiſſima foemina Lucia magnanimi principis noſtri matre tanto labore elucubrarat. incautius fortaſſis erraſſet. ſe talem eſſe intrinſecus oſtendit: qualis apparet extrinſecus. Itaqꝫ non abſurde ij ſenſiſſe iudicandi ſunt. qui dixerunt monſtrum in corpore monſtrum in animo. Quis humani īgenij paulo peritior. cum oculos Petri candidi faciemqꝫ inſpexerit: non iſtiuſmodi hominem expreſſum quoddam ac perſpicuum inuidētię ſimulacrum exiſtimabit: Et apte profecto et erudite poeta ille deſcripſit inuidiam cū ita cecinit. Pallor in ore ſedet. macies in corpore toto Nuſquam recta acies. liuent rubigine dentes. Pectora felle virent. lingua eſt ſuffuſa veneno. Riſus abeſt. niſi quem viſi facere dolores. Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis. Sed videt ingratos: intabeſcitqꝫ videndo Succeſſus hominū. carpitqꝫ. ⁊ carpit vna. Vides ne mi Cicche: q̄ꝫ pulchre Ouidiꝰ naſo candidū decembrem effinxerit: Idqꝫ tamdiu antea: q̄ꝫ ſcire poſſet futurū aliquādo petrum candidum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

neſcio quem. Et nos icreduli nō ſatis mirari poſſum⁹ ſolere poetas
bonos diuinit⁹ afflari venturaqꝫ p̄dicere. Cōuerte obſecro: in leucū
ipſum corpis oculos: atqꝫ mentis lumina. Intuere colorē muſteli-
nū: intuere macilētiam. Que quidem duo nō ab optimarꝫ artiū ſtu
dio: a quo vehemēter eū abhorrē ipſarꝫ rerū docet inſcitia: ſed ab im
mani quadā animi egritudie manare neceſſe eſt. Nā dirus ⁊ effera
tos oculorꝫ intuit⁹ ꝓdigioſiſſimi monſtri cuiuſpiā eſt ſimillim⁹. Et
ne oīa ſigillat in pſequar: q̄d ei⁹ lingua venenoſi⁹: quid fœtulētius:
quid abominabilius. Itaqꝫ recte dum viros honeſtos atqꝫ doctos
carpit maledicēdo: ipſe interi⁹ carpit liuoris aculeis: fitqꝫ plane ta-
bid⁹. Nam vt elegāter monet Ariſtoteles ὁ φθόνοσ ἐγικάρι
σον, ἔχε δέτι καλόν ἐν ἀυ τῶ τήκει γάρ φθονέ-
ρῶν ὀμματα κάι κραδίην. Inuidētia inq̄t eſt q̄d peſſimū
ſed hꝫ quiddā in ſe bonū. Nā oculos corqꝫ inuidorꝫ facit intabeſce-
re. Verꝫ quid miremur eū hoīem inuidētie v̄berib⁹ cruciari: qui ſit
vn⁹ oīm ſupbiſſim⁹: Q̄d flagitij genus ſiquis fortaſſis ignorat: ſu
ſpicio hoīs ceruicem erectā ſemp ac rigidam ⁊ obſtipā cameli inſtar
Nā ipſa vis lexqꝫ nature ex huiōi etiam habitu ceruicis ſuperbum
nobis oſtētat Quare cū auguſt⁹ Ceſar Clau. Tiberiū qui innatam
diramqꝫ ſupbiam ceruice huiōi ſignificaret: excuſandū vellet: dice-
re ſolit⁹ tradit: id illi natura eſſe non more: quaſi q̄ natura inſunt vi
tia equius cenſeri oporteat: q̄ꝫ que fuerint moribus comparata. Et
Euxebi⁹ hieronym⁹ vir doctiſſim⁹ idēqꝫ ſanctiſſim⁹ de ſe loquēs ī
epl'a ad hiſpanū Abigaum ita ſcribit. Nihil ita a puericia vitare co
nat⁹ ſum q̄ꝫ tumentē aīm ⁊ erectam ceruicē dei cōtra ſe odia ꝓuocā
tem. Norat em̄ vir ſapiētiſſim⁹ dixiſſe humani generis redempto-
rem cū adhuc eſſet in viuis: diſcite a me: qꝛ mitis ſum ⁊ humil' cor-
de. At elatio candidana arrogātiſſimaqꝫ ſupbia cū ad nature vitiū
morꝫ quoqꝫ flagitiū addidiſſet: nulla ne mīma quidem iniuria laceſ
ſit⁹: ita in me inuehit: vt in eos oīs cōſueuit ſemp: quos ſui diſſimil
limos norit. Exiſtimat em̄ homo ſtultiſſim⁹ ſe hac via apud indo
ctam multitudinē nomīs quippiā venaturꝫ: q̄d cum viris preſtan-
tib⁹ quaſi cū parib⁹ de laude certamē ineat: tanq̄ꝫ noīs claritudo vel
in eorꝫ ſita ſit teſtimonio: quib⁹ omnia fere cum pecudib⁹ ſunt com-
munia: vel maledicēdo potius q̄ꝫ p bonas actiōes cōparet. Quāob
rem ne cui ſit obſcurꝫ: quod tibi eſt luce clarius: rem ipſam vt habet:
paucis exponā Cum multi adoleſcētes ⁊ alij nōnulli e iuuētutis nu
mero epigrammata ſcripſiſſent in laudes clariſſime virginis Lucie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

Sphortianę libuit etiam cãdido ſeni huic noſtro: cui candidi nihil
eſt pter caniciem: deſcendere cum eiuſmodi ętate in aciem. ſcripſitqȝ
eulogium verſibꝰ quattuordecim ⁊ cum eo vnam ad te epl'am: quã
grauiſſimꝰ quidam Cato reliquos q̇ ante ſe ſcripſerãt: rephendens:
ſolum ſe dignum ĩſinuabat: cuiꝰ verſus haberent in precio. Fuerũt
qui mihi carmẽ illud legerẽt: non legẽdum traderent. vt alia quoqȝ
cęteroꝝ omnia. Ego autem ⁊ audiui. ⁊ lõge magis q̃ȝ par eſſet: mo-
re meo carmẽ laudaui. Addidiqȝ ꝑ iuſti viri officio ⁊ id quidẽ mo
deſtiſſimis ꝟbis: tria tamẽ eſſe emendãda vnum ex eoꝝ pręceptione
qui grãmatici dicuntur: alterum geographoꝝ hiſtoricorũ ve. terciũ
vero philoſophoꝝ. Nam neqȝ moerorem ⁊ fletũ in fortem ⁊ ingen
ti aĩo virum cadere. Neqȝ principẽ noſtrum Frãciſcum Sphorti
am. qui Mediolanẽſium ſit: ducem ligurũ recte appellari. Nã vr
bem Mediolanum nõ in liguribꝰ: ſed in inſubribꝰ ſitam eſſe ab in-
ſubribꝰ heduis. Nec abſtine cum ſit ſecũdę: nõ tercię cõiugationis:
habere vltimam ſyllabam breuem: nec vlla ꝑpria ratiõe corripi poſ
ſe huiõi ſyllabam ſiue ea ꝟba ſecũdę cõiugationis duaꝝ ſint ſyllaba-
rum: ſiue etiam plurimũ. Natura em̃ id fieri ac vi ꝑpria nõ nume-
ro ſyllabarum. Sic em̃ incipit candidanũ epigrãma. Nate patris
quondã lux vnica. gloria matris. Te precor a lachrymis abſtine na
te piȷs. Quę quidem tria errata cũ eſſent a me notata: id q̄d in cęte
ris quoqȝ epigrãmatis: vbi opꝰ fuerat: antea feceram: ſubdidit quiſ
piam e circũſtantibꝰ tuis ſcribis: at Petrꝰ candidꝰ carmẽ hoc ędi-
dit: tũc ego bene res habet: in q̃ȝ. Admonẽdus eſt candidus: hęc vt
corrigat. Nam in reliq̇s id mihi ſatis probat̃. Res ita geſta eſt mi
Cicche. vt audis. id q̄d ex omnibꝰ tuis ducalibꝰ ſcribis potes intel-
ligere. At nõ tulit candidus. vt eſt inſolẽti arrogãtia: honeſtam ad
monitionẽ: ſeu cõtinuo epl'am ad te dedit. quę ita dicẽt. Dominus
philhelcus cũ meos ꝟſus legiſſet. deinde ad ſuos vertiſſet oculum ra
narum in moram coaxãtes. ſtatim turbatꝰ eſt. Audis atticam elo-
quẽtiam cicche diſertiſſime: q̃ȝ elegãti initio rem aggredit̃. Reſpon
deat̃ igitur candido. etſi erat Philelfo honeſtius nihil omnino reſpõ
dere ineptiſſimo nebuloni: habereqȝ dignitatis ſuę potiꝰ grauitatiſ-
qȝ rationem. q̃ȝ cuiuſpiam cõuicioſę iniurię. ꝑſertim cum nõ ſit ne-
ſcius magni eſſe animi huiõi iniurias obliuiſci ac pro nihilo ducere.
Sed gerendos mos fuit Cicche. vt ſcis: amicorum quorũdam vo-
luntati magis q̃ȝ vlli meo inſtituto. Appellat me pro Philelfo py-
goſtolus cãdidus philhelcum hoc eſt hulceris ſtudioſum ⁊ ſui qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

dem hulceris ſtudioſum appellat nec illius ſane corpõralis hulceris
cuius tumore ac putreſcētia non minꝰ torquetur aſſidue quam ſtrā
gurię quam gręci nominãt decoriateqꝫ veſicę pedumqꝫ ac laterum
acerbiſſimis doloribus.ſed animalis inq̃ꝫ hulceris.quo pręſuperbię
inuidentięqꝫ vulneribꝰ ⁊ dies cruciatur ⁊ noctis. Sum inq̃ꝫ ſtudio
ſus ſtulticię tuę ⁊ immanitatis candidę mi Pigoſtolę ⁊ ea ratione
ſtudioſus iſtiuſmodi hulcerum tuorum. vt vix aliud quicq̃ꝫ magis
cupiam hoc tempore.q̃ꝫ te aliquãdo reſipiſcere ad ſanitatemqꝫ redi-
re. Sed q̊d male de te meriti ſunt ducales ſcribę modeſti ſane ⁊ egre
gij adoleſcentes.quod eos ranas coaxantes appellas. Nam pręter
ſcribas aliꝰ aderat nemo. Dicis autem me turbatum. Et recte id q̊-
dem.ſi cõmiſerationē dicas turbationem. Non em̄ ita eram ab hu-
manitatis officio alienꝰ.vt non cõmiſereſcerem tui.qui dum velles
haberi doctiſſimꝰ.omni indocto homīe te inferiorem oſtenderes At
q̃ꝫ apte defendis erratum tuū. Argumētaris idem licere tibi in abſti
ne.quod propertio ⁊ alijs licuit in caue et vide.quę cum ſint.vt ipſe
affirmat.ſecūdę cõiugationis correpta tamē in vltima ſyllaba repe
riūtur. Quod ſi donatum.ſi Seruium.ſi Priſcianum. ſi alios lati
nę linguę probatiſſimos auctores diſcere voluiſſes.intelligeres eiuſ
modi verba non eſſe ſecūdę cõiugationis.ſꝫ tercię.cum habent e vl
timam ſyllabam correptam in modo imperatiuo. Verum tu gloria
ri ſoles.quod nullo ſis vnquā doctore vſus. Quod certe vnum.cū
cętera mentiaris.veriſſimum eſſe puto. Nam quod ais Propertiū
eſſe longe Philelfo doctiorem id aliorum eruditiſſimoꝝ hominum
nõ tuo qui nihil ſani ſapis.iudicio relinquatur. Unum Philelfus
audet affirmare vel inſaniente candido neminem eſſe hac tempeſta-
te nec fuiſſe vnq̃ꝫ apud latinos.quãtum conſtet ex omni hominum
memoria.qui pręter ſe vnum.idem vnꝰ tenuerit exercueritqꝫ ⁊ gręcam pariter ⁊ latinam orationem in omni dicēdi genere ⁊ proſa et
verſu. Tu ſi quem habes alterum.memoria. Quid taces homo mi
ſerrime:ſubdis deinde licuiſſe tibi vti amphimacro.vt Virgilio.cū
ait Ferreiqꝫ eumenidum thalami. Quod licebat in ferrei non lice-
re in abſtine.neceſſitatis lex iubet.nam ſimplex eſt tene.quod ſine vi
tio in verſu pentametro poni poteſt.modo ponatur ante.poterat p̄
terea diuidi abſtine vt in in prerapidum ⁊ inuicem ⁊ hactenus ⁊ in
alijs compoſitis obſeruatū a poetis videmꝰ. Sed alia eſt ratio.quā
ipſe ignoras Leuce. Ferrei ſpondeus eſt nõ amphimacer. Nam di-
ctio eſt biſyllaba per ſynerеſim e et I duarum ſyllabarum in ſyllabā
vnam.vt ⁊ furias Aiacis oilei. Et talibus Ilionei dictis. Rurſuſ-

qꝫ in eodem libro. Fit ſtrepitus tectis. voceſqꝫ per ampla volutant Atria. dependent lychni laquearibus aureis Moerorem ⁊ fletum quos ipſos inuictiſſimo ſplendidiſſimoqꝫ principi noſtro inſanus homo tribuerat. non cadere in virum fortem ſatis concedit Candi-dus. vt eſt docticulus. cum nihil reſpondet. Ignorat enim philoſo-phos homo philoſomatꝰ. Nec mihi quiſpiam rerū grauiorū igna-rus ea obiecerit. que a Uirgilio in ſexto eneidos ſcripta ſunt. Nox ruit. Aenea. nos flendo ducimꝰ horas. Scimus em̄ eo loco Aeneā aliud nihil ſignificare oēm ſenſitiuū appetitū. qui nobis eſt cum pe-cudibꝰ cōmunis. ob idqꝫ illum a Sybilla. que ratio eſt. tempeſtiue caſtigatum. Nam quod ad nature ⁊ pietatis affectum attinet. Id gemitu ac lachrymis non moerote ⁊ eiulatu ꝓſequēdum ſapientes volunt. De duce ligurum ⁊ inſubrium addit ſe ſcripturum ad te po-ſtea. oſtēſurumqꝫ Mediolanum quod ⁊ ab inſubribus heduis. vt modo dicebam. cōditum ſit ⁊ in italie inſubribꝰ. ſitum eſſe in liguria et id quidē auctoritate Plutarchi Solini et Liuij. ſubijcitqꝫ duo ad poſtremū. me nōdum luiſſe coenam de epiſcopo hectore. ⁊ erratū a me eſſe in Sphortiade in quātitate ſyllabe. cum cecini. Sed nec ita Franciſcꝰ adhuc. Nam primam ſecūdi pedis ſyllabam que na-turaliter ſit breuis. eē a me productam. O lepidum caput. Neſcit em̄ cādidꝰ eadē rōe licuiſſe mihi ꝓducē ſyllabā vltimā i ita. ſequēte muta cū liq̄da. qua licuit et Uirgilio et Homero Legat terciū v̄ſuꝫ iliados ad principium πολλὰσ διφθιμουσ ψυχὰσ ἀιδιπροια ψεν ἡρώων. Legat apud eundem poetam cum paulo poſt tam vehementis illiꝰ ire tanqꝫ pernicioſe quam propo-ſuerat. cauſam narraturꝰ aggredit̄. ἐξοῦ δὴ τὰ πρῶτα δια στήτην ἐρίσαντε ἀτρειδησ ε ἀναξανδρῶν καὶ δῖ οσ ἀχιλλεὺσ τισ ταρ σφῶε θεῶν ἐριδιξυν ἐῆκε μάχεθαι. At greca q̄ norit leucꝰ. q̄ latina nō tenet. legat̄ etiā v̄-giliꝰ i bucolicis Aſpice cōnexū nutātē pondē mūdū Terraſqꝫ tra-ctuſqꝫ maris coelūqꝫ ꝓfundū. Et idē in georgicis. Subit ardua ſilua lappeqꝫ tribuliqꝫ iterqꝫ virētia culta Infoelix loliū. Quā v̄o coenā omniet cādidꝰ: nō intelligo. ſcribit em̄ pygoſtolꝰ i calce lr̄az Nōdum luit coenā Philhelcꝰ de ep̄o hectore Illud āt ſcio ⁊ dixiſſe me int̄dū ⁊ ſcripſiſſe. idē ꝑſepe ſignificare ep̄m apd̄ grecos qd̄ regē apd̄ latinos ⁊ hectora apud Homeꝝ appellari epiſcopum. Prete-rea quod candidus negat poni epiſcopum pro angelo. et angelum eundem eſſe apud chriſtianos. quē gentiles vocabāt. Sed nūc pau

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

cis reſpondeamꝰ epiſtolę vltimę: quam de ligurū duce noſter leucis
ad te tandem ſcribit. Reicetis Liuio. Plutarcho. et Solino quos
habet aduerſos. ⁊ tanq̄ꝫ pręuaricatores: tris adducit ignorātię ſuę
teſtes Frāciſcum Petrarcham. Antonium luſcum. Et Colucium
ſalutatum quos cum iunioris debuiſſet: nouioris appellat ꝟbum ſa
ne ⁊ inuſitatum ⁊ ineptum. Utinam voluiſſet candidꝰ ita illoꝝ il-
luſtrium viroꝝ benedicta vt errata imitari. Nō ſatis erat ſe argui ī
ſcitię: niſi optimos illos viros ſecum traxiſſet in culpam. At videat
qui nos vocat indoctos. Strabonem geographum candidꝰ: vide-
at vir doctiſſimꝰ Claudium ptolomęū coſmographū. Uideat Pli
nium noſtrū libro tercio naturalis hiſtorię. Uideat polibium: qui li
bro ſecūdo ſuarum hiſtoriaꝝ docet gallos ethruſcis expulſis eam re-
gionem q̄ eſt circa padum: occupauiſſe. atq̄ꝫ galloꝝ omnium ṗmos
lauos ⁊ lebecios ea loca tenuiſſe: quę iacēt ad padi ortus. Poſt hos
autem inſubres quę gens erat maxima int̄ gallos: ſecutos eſſe. Et ī
ſubribꝰ vrbem omniū primam eſſe Mediolanum ab illis cōditam
At poſt inſubres ſecutos coenomanos. Ex altera autē p̄te padi cā-
pos qui ſunt circa appenninū ananes incoluiſſe. Et poſt ananes cō
ſediſſe boios. Et poſt hos deinde ad hadriam ligones. Ultimos ve-
ro ſenones eos cāpos habitaſſe: qui mari adiacēt. Et hęc mi Cicche
de arrogātiſſimi cādidi noſtri peruicaci ignorātia ſatis nūc ſuperq̄ꝫ.
Quid eni̅ memorem: quat quātaq̄ꝫ errauerit homo barbarꝰ in grā
matica: qđ eo magis miror: qđ decebat hoīem librarium vel ex ipſa
excribēdi cōſuetudine ſine vllis doctoribꝰ peritiam aſſecutum p̄ce-
pta litteraꝝ atq̄ꝫ latinitatis pulcherrime callere. Sed dū diſcit ma
ledicere: dediſcit bene ſcribere. Uale Mediolani Ex ędibꝰ noſtris.
v. kal'. Martias. M. cccc. lviij.

Franciſcus philelfus. Thomę thebaldo equi-
ti aurato ſalutem plu. dicit.

v T tibi gratulor vehemēter. quod ſecūdis vſus fortunę flati
bus. te in portū quietum iſtum trāquillumq̄ꝫ recepiſti. ita mihi nō
poſſum nō dolere plurimum. qđ per abitionem amiciſſimi hominis
ea ſum priuatꝰ cōſuetudine. qua dulcius ducere nihil poterā Quis
eni̅ te vno prudentior: quis humanior: quis amicicię obſeruātior:
Quare nō poſſum nō moleſte ferre. qđ tua careo p̄ſētia. cuiꝰ cōſiliū
graue eſt. ꝓbitas ſingularis eloquētia admirāda. Ut hāc tn̄ ęgritu
dinē meam ferā modice: ea vincor ratione. quod amicꝰ amādus eſt
propter ſeipſum nullis etiam noſtris commodis. pręſertim quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

amicoꝝ etiam cōmoda nobis cū illis cōmunia ſunt ducēda. Qua-
re nō tibi modo. ſed mihi quoqꝫ gratulor ipſi. quod apud eum prin
cipem vitam tibi agēdam delegeris. cuiꝰ ſummę diuinęqꝫ virtutes
tot tantęqꝫ ſunt. vt vniuerſam nō modo italiam. ſed etiam europā
in admirationem ſui cōuerterint. Quem enī inuenias in omni pro
bitatis ⁊ excellētię genere. quem pręſtātiſſimo duci Borſio antepo
nas? Reliquū eſt. vt quam mutuam nō animoꝝ. ſed corpoꝝ preſen
tiam locoꝝ aufert interuallum eam crebritas inter nos litteraꝝ aſſi
due repſentet. Hoc autē cum facillimū eſt futuꝝ. tum vtriqꝫ nr̄m
iucundiſſimum. Uale Ex Mediolano. iij. kalendas Martias
M.cccc.lviij.

Franciſcꝰ philelfus. Thomę ſenecę ſal.

c Um iuuenis quiſpiam tuas mihi lrās vnas reddidiſſet. eēt
qꝫ pollicitꝰ ſe apud me cœnatuꝝ. nam eum tua cauſa inuita-
ram. nō modo apud me nō cœnauit: ſed ne abiens quidem quicquā
nihil locutꝰ eſt. Imitatus is certe ipm̄ te qui cum maxime adeſſe de
bes. nuſquā apparis. ſed euaneſcis repente ex amicoꝝ oculis. Itaqꝫ
nihil potui ad ea tibi reſpōdere. quę ſcripſeras. Significabas enim
byrrhiam tuum neſcio quem. dimiſiſſe apud me tuos codices duos
Solinum ⁊ innominatum alteꝝ Qui id tibi perſuaſit. aut ſomnia
bat. aut te ſomniātem captauit. Nam neqꝫ ipſe apud me vnq̄ꝫ fuit
ſine te. neqꝫ libros reliquit vllos. Quare ſi poſthac saniore conſilio
vſus fueris. vtilius cōſules tuis rebus. Scripſeras etiam de tua re
vxoria. id quod antea ⁊ audieram. ⁊ nō admodum ſum miratꝰ. qd̄
egregius quidam ab ineūte adoleſcētia mulierū amator iam vir ſe-
ptuagenariꝰ aut aliquāto grandior tādem vxorius factꝰ eſſes et ita
vir vxorius. vt ꝓpediem pater futurꝰ dicereris. Te autem nō intel
ligo: quod ſcribas te inde ab initio pœnituiſſe rei tam iucūdę. tā ſan
ctę. tam laudabilis. Neſcio. q̇d tua ſibi velit oratio. niſi fortaſſe du-
bitaris te ex alieno labore futurum patrem: quaſi nō tibi charius eſſe
debeat bonum alieno labore partū quam nec tuo nec alieno. Fac igi-
tur. te intelligam. Nam tua illa oratio monſtri aliquid alere videt̄.
Quid enī aliud opiner. cum te tam ſubito ab vxore abdicauerꝭ. Et
hac de re ſatis. Ueīt ad te bertholla noſter. ex quo intelliges: qua mi
hi in re tua opera opus eſt. Tu fac omnia mea cauſa. vt cōſueſti ſem
per ⁊ amice et diligēter. Tu diu hic multūqꝫ expectatus es fruſtra
Feciſti autem more tuo vt ſemper tibi deterius proſpicias. Uale ex
Mediolano. iiij. Idus martias. M.cccc.lviij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

¶ Franciſcus philelfus. Hieronymo caſtel-
lo philoſopho ac medico ſalutem.

q Ui tibi reddidit meas litteras. qua mihi in re tua ſit opus opera. coram verbis meis exponet. Scio quanti me facis. et q̄ꝫ tibi carus ſum. Itaqꝫ non eſſe opus intelligo. vt te aut rogem hominē amiciſſimum. aut horter virum diligentiſſimum ⁊ optimum. Qđ ſi dederis operam. ne fruſtra in te ſpem p̄cipuam collocarim. immortali me afficies beneficio. Vale Ex Mediolano. iiij. Idꝰ martias. M.cccc.lviij

¶ Franciſcus philelfus. Lodowico caſellę ſal.

ſ Jngularem tuam erga me beniuolētiam multis tuis permagniſqꝫ officijs ſum expertus. Meus autem in te animꝰ qualis ſit. qualiſqꝫ ſemper fuerit. ea tibi eſſe debet certiſſima coniectura. quod es de me ſepe meritus optime. Quo fit. vt omnibus meis in rebus non ſecus te vtendum exiſtimem q̄ꝫ et amiciſſimo et optimo viro. Itaqꝫ tuū eſt. vt beneficium beneficio cumules tibiqꝫ perſuadeas eum mihi animum eſſe. vt ſi minus referre. habere tamen gratiam non minus poſſim q̄ꝫ velim. nec minorē agam q̄ꝫ debeam. Vale. Ex Mediolano. iiij. Idus Martias. M.cccc.lviij.

¶ Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1

hawſz vnd der dorti
n den dortzuſ u
.. criſtallen der tag
en an ſol der ſpracht vnd
ls der ... und adlaz
d der ... vnd adlars
hetti des hymels ſpr
ſtym we we we dv
wardh von de ſtr
ettud de noch ſcholdn

... Capittell

war d ... vnd
vnder der ſevalle
gl ... vnd vm ward
grimme der hellen
der grimme
ſſen ſprach offen
vnd die lufft
ime vnd von de
d auff hawſch
den vnd in ward
der aban ſtorpen dor
tracht gepoten daſſe
puſ des erdreichs
en ſ alle bamen
... menſchen de mit
de ... ſitne
wiſſen das ſy ſo
d dar ... regentere
l der mung iſt als der
er ... menſch ſpricht vnd
horend menſchen ſach
ferde ... ſein mit vnden
en pfend fleiſch der dot
von dar

Nemm

fe! pupuoraij vaseg[illegible]
vnder lo[illegible]

q
op
ca
an
ſi
m
tia

ſ

lis
q
re
vi
a
ti
le

[illegible]

ſ

Pedes pedite eyn fuß knecht
Eques equitis eyn reuter
Eques auratus

Ordo ord[illegible] alis[illegible]
ob[illegible] t[illegible]

[illegible] vnd [illegible]
[illegible] der [illegible]
vnd auch mit hung[illegible]
wild [illegible] antlitz gl[illegible]
menschen [illegible] sie h[illegible]
der hu[illegible] der
als di [illegible] der lebe[illegible]
als ysene panczer [illegible]
als die stim der pf[illegible]
lauffen gaczem [illegible]
gleich der scorpian [illegible]
in zagelen vnd [illegible]
den menschen funff [illegible]
sober [illegible] ain kunig [illegible]
der name ist hebrai[illegible]
[illegible] apolian vnd [illegible]
name [illegible] auf teutsc[illegible]
[illegible] vnd [illegible]
[illegible] dem vnd der sech[illegible]
vnd ich horen [illegible]
hornern des gulden al[illegible]
vor den augen gotes [illegible]
sechsten engel der da [illegible]
auff die vier engel d[illegible]
[illegible] sein [illegible] gro[illegible]
vnd der name auff gel[illegible]
die da [illegible]
vnd [illegible]
toten den [illegible]
vnd der [illegible]
vnd [illegible] vnd [illegible]
vnd also [illegible] die [illegible]
vnd die [illegible] auff [illegible]
fewrein panczer vnd [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 1